ὀστοκόπῳ συνέχεσθαι, κινήσεως μὲν οὖν οὐδὲ βραχυτάτης ἀνέχεται· θερμότητος δ᾽ ἐπιφανοῦς ἐστιν αἴσθησις αὐτοῖς ἅμα καὶ τάσεως καὶ δήξεως, ἀναπεμπομένης εἰς ὅλον τοῦ ζώου τὸν ὄγκον κακοχυμίας δαψιλοῦς. οὐδεὶς δ᾽ ἐπιχειρεῖ τῶν οὕτως ἐχόντων σκορδινᾶσθαι, δεδιὼς ἅπασαν κίνησιν. ἐν δὲ τοῖς ἑτέροις δυσὶ κόποις, ὧν τὸν μὲν ἑλκώδη καλεῖν εἰώθασι, τὸν δὲ τονώδη, γίνεταί ποτε καὶ ἡ τοιαύτη κίνησις, ὅταν ἤτοι σμικροὶ πάμπαν ὑπάρχωσιν, ἢ φυσώδεσί τε καὶ ἀτμώδεσιν ἐπιγίγνωνται περιττώμασιν· ὁ γοῦν ἑλκώδης κόπος ὅταν μείζων συστῇ, φέρουσι μὲν οὐδ᾽ οὗτοι κίνησιν οὐδεμίαν, ἀλλ᾽ ὀδυνῶνται, καθάπερ ἕλκος, τὸ σῶμα καὶ φρίττουσιν. ἐγγὺς δ᾽ ἥκουσιν, ἢν αὐξάνηται τὸ σύμπτωμα, τῆς φρικώδους διαθέσεως· ἐν ἐκείνῃ γὰρ φρίττουσι καὶ πρὶν κινεῖσθαι. ὥσπερ δ᾽ ὅταν ἑλκώδης αἴσθησις γίγνηται, κινούμενοι φρίττουσι, καὶ μᾶλλον, εἰ σφοδρότερον· οὕτως ἡ φρικώδης διάθεσις, ὅταν εἰς κίνησιν ἄγηται, ῥῖγος ἐργάζεται. γίνεται μὲν γὰρ ταῦτα πάντα διὰ δακνώδη περιττώματα· διαφέρει δ᾽

do, fub qua fe offifrago dolore laborare dicunt, ne minimum quidem motum fuftinet; manifeftus autem in ipfis eft caloris fenfus, fimulque tenfionis et morfus, vitiofo humore in totam animalis molem ampliter transfufo. Eorum vero qui hac laborant nemo pandiculari tendat, ut qui omnem motum formident. In aliis duabus laffitudinibus (quarum alteram ulcerofam, alteram tenfivam nominare confueverunt) fit etiam talis aliquando motus, quum videlicet vel exiguae omnino funt, vel ex flatuofis et halituofis excrementis proveniunt; quum itaque ulcerof[a l]affitudo major fuerit, ne hi quidem ea laborantes motum ul[lum] ferunt, fed dolorem veluti ulceris per corpus fentiunt ho[rren]tque. Quod fi augeatur fymptoma, ad horroris affectum prope perveniunt; nam fub hoc horrent priusquam etiam moveantur. Ut autem, quum ulcerofus fit fenfus, quoties moventur, horrent, magisque, fi vehementius; fic horroris affectus, quum in motum agitur, *concutientem* rigorem efficit. Haec namque omnia a mordacibus oriuntur excrementis. Differunt autem inter fe tum excrementorum ipforum multitudine tum motu, et

ἀλλήλων τῷ τε πλήθει τῶν περιττωμάτων αὐτῶν καὶ τῇ κινήσει καὶ τῷ τὰ μὲν μᾶλλον εἶναι δακνώδη, τὰ δὲ ἧττον, καὶ τῷ τὸ σῶμα τὸ κάμνον ἢ δυσπαθὲς ἢ εὐπαθὲς ἢ ἀσθενὲς ἢ εὐαίσθητον ἢ δυσαίσθητον εἶναι φύσει. τὸ μὲν γὰρ εὐαίσθητόν τε καὶ ἀσθενὲς ὑπάρχον ὑπὸ βραχυτάτης αἰτίας ἀνιᾶται· τὸ δ' ἰσχυρὸν καὶ δυσαίσθητον μεγάλης δεῖται τῆς αἰτίας εἰς γένεσιν τοῦ τοιούτου συμπτώματος. ἆρ' οὖν ἐν τούτοις (234) μόνοις, ἢ κἂν τῷ κινεῖσθαι τὸ αἴτιον ἢ μὴ κινεῖσθαι, καὶ κινούμενον ἤτοι θᾶττον ἢ βραδύτερον κινεῖσθαι, παμπόλλη τίς ἐστιν ἐν τοῖς συμπτώμασι διαφορά; ἐμοὶ μὲν οὕτως δοκεῖ, τῷ γε τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἡσυχάζοντα μὲν ἀνωμαλίας ἐνίοτε μόνης ἀντιλαμβάνεσθαι, κινηθέντα δὲ φρίττειν, γυμνασάμενον δὲ ῥιγοῦν. ταῦτά τοι καὶ συμβουλεύουσιν οἱ ἰατροὶ τοῖς ὧδε κάμνουσιν, ὑπὸ τῆς πείρας δεδιδαγμένοι, πάσης ἀπέχεσθαι κινήσεως. [75] ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπεπτησάντων ἐνίους ἴσμεν, ἂν μὲν ἡσυχάζωσι, μηδὲν πάσχοντας· ἂν δ' εἰς βαλανεῖον εἰσέλθωσιν ἢ ἐν ἡλίῳ στῶσι, φρίττοντας, ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον ἐὰν γυμνάσωνται· καὶ γὰρ ὁ ἥλιος καὶ

quod excrementorum alia magis ſint mordentia, alia minus; et quod corpus laborantis vel non facile afficiatur, vel facile patiatur, vel robuſtum imbecillumve ſit, vel acuti natura hebetisve ſenſus. Nam quod acuti ſenſus eſt et imbecillum, etiam ex leviſſima cauſa dolet; contra quod valentiſſimum, nec facilis ſenſus eſt, magnam cauſam ad talis ſymptomatis generationem requirit. Utrumne igitur in his ſolis, an etiam in movendo cauſam, aut non movendo; praeterea quod movetur, in eo quod vel celerius vel tardius moveatur, plurima eſt in ſymptomatis differentia? Ac mihi quidem ita videtur, eundemque hominem in quiete quidem ſolam inaequalitatem ſentire, in motu vero horrere, et in exercitatione rigere. Ideoque et medici ita laborantibus experientia docti conſulunt, ut ab omni motu abſtineant. Jam aliquos cruditate laborantes ſcimus, dum quieſcerent, nihil perpeti, quum balneum fuiſſent ingreſſi aut in ſole ſtetiſſent, horruiſſe; atque hoc magis, ſi ſe exercitaſſent. Nam

βαλανεῖον καὶ γυμνάσιον εἰς κίνησιν ἐξορμᾷ τὰ τέως ἡσυχάζοντα περιττώματα, καθάπερ γε καὶ τῶν ψυχικῶν παθῶν ὁ θυμός. ἐξ ἑαυτῶν δὲ εἰς κίνησιν ἐξορμᾷ τὰ τέως ἡσυχάζοντα περιττώματα τῷ θερμαίνεσθαι καὶ λεπτύνεσθαι καὶ πνευματοῦσθαι· καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ἡσυχαζόντων μὲν αὐτῶν ἧττον ἀνιᾶσθαι τὰ σώματα, κινηθέντων δὲ λυπεῖσθαί τε μεγάλως καὶ κλονεῖσθαι φρίττοντα καὶ ῥιγοῦντα καὶ πυρέττοντα. καὶ γὰρ ὅσα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔξωθεν ἐμπίπτει σκληρὰ σώματα, μυσάντων μὲν τὰ βλέφαρα καὶ καθησυχασάντων τὸ μόριον ἢ σμικρὸν πάμπαν ἢ οὐδὲν ἀνιᾷ· κινησάντων δὲ δυσάνεκτον ἐπιφέρει τὴν ὀδύνην. ἀλλὰ καὶ χωρὶς παραδείγματος ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος τῆς φύσεως ἔνεστιν ἐξευρεῖν, ὡς τὸ κινούμενον αἴτιον ἀνιαρότερον τοῦ μένοντος, ὅταν γε διὰ τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων ἡ φορὰ γίγνηται, καθάπερ ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπόκειται νῦν. οὐ γὰρ περὶ τῶν ἐν ταῖς φλεψὶ καὶ ταῖς ἀρτηρίαις διαῤῥεόντων χυμῶν ὁ λόγος ἦν, ἀλλὰ περὶ τῶν κατὰ τὰς σάρκας τε καὶ ὅλην τοῦ ζώου τὴν ἕξιν. ὅταν οὖν διεξέρχηταί τι διὰ τούτων βιαίως ἐπὶ τὸ δέρμα

et sol et balneum et exercitatio excrementa, quae prius quieverant, ad motum excitant, quemadmodum ex animi affectibus ira; a feipfis autem ad motum excitantur quae prius quieverant excrementa, dum calefiunt, attenuantur, et in flatulentum fpiritum vertuntur. Nec mirum corpus, quum ipfa excrementa quiescunt, minus laedi; quum moventur, magnopere laedi et concuti horrore, rigore et febre. Etenim quae dura corpora extrinfecus oculis incidunt, conniventibus palpebris, et parte quiescente, vel parum omnino vel nihil contriftant; moventibus, vix tolerabilem afferunt dolorem. Sed et citra exemplum ex ipfa rerum natura invenire licet, motam caufam quiescente moleftiorem *effe*, quum per corpora fenfibilia defertur, ut nunc in oculis propofitum eft. Non enim de humoribus per venas et arterias fluentibus eft disputatio, fed de iis qui et in carnibus et toto corporis habitu continentur. Quum igitur per haec aliquid agitur et violenter ad cutim fertur, neceffe eft, in ipfo

φερόμενον, ἐν τῇ διόδῳ τῇ διὰ τῆς σαρκός τε καὶ τοῦ δέρματος ἀναγκαῖον αὐτὸ κεντεῖν τε καὶ νύττειν καὶ διαιρεῖν καὶ τιτρώσκειν οἷς ἂν ἐντυγχάνῃ πᾶσιν. ὅτι δὲ τὸ δακνῶδες καὶ κινούμενον αἴτιον ἅπαν εἰς φρίκας τε καὶ ῥίγη ἄγει τὸ ζῶον, ἄν τε θερμὸν ἄν τε ψυχρὸν ᾖ, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν τοιούτων κατανοῆσαι δυνατόν· εἰ προσράναις ἐξαίφνης ὑγιαίνοντι σώματι ζέον ὕδωρ, ἢ σπινθῆρας ἐνσείσαις πυρὸς, εὐθέως φρικῶδες γενήσεται. ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἡλκωμένων μορίων ἐνίοτε φαρμάκων ἐπιτεθέντων καυστικῶν, φρίττουσι μὲν πρῶτον, ἐφεξῆς δὲ καὶ ῥιγοῦσιν, εἶτα καὶ πυρέττουσιν ἔνιοι. ἀλλὰ καὶ οἱ τριταῖοι πυρετοὶ ἁπάντων δὴ μάλιστα πυρετῶν χολώδεις ὄντες καὶ θερμοὶ, πάντων δὴ μάλιστα φρικώδεις εἰσὶ, καὶ ὅσῳ δ' ἂν ἀκριβέστεροι τύχωσιν ὄντες, τοσούτῳ καὶ τὸ ῥῖγος αὐτοῖς γίνεται σφοδρότερον. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ῥίγεος ἐπιγενομένου λύσις, Ἱπποκράτης φησὶ, τῷ τὴν τέως ἐν ταῖς φλεψὶν ἀλωμένην χολὴν ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπωθεῖσθαι κριτικῶς ἐπὶ τὸ δέρμα διὰ τῶν σαρκῶν. τῆς οὖν κινήσεως καὶ φορᾶς αὐτῆς, ἣν διὰ τῶν αἰσθητικῶν ποιεῖται σωμάτων, ἅμα τε σύμπτωμα καὶ σημεῖόν ἐστι τὸ ῥῖγος. καὶ

per carnem cutimque tranfitu omnes in quas incidit partes pungere, ftimulare, dividere, ac vulnerare. Quod autem omnis mordax et mota caufa, five ea calida, five frigida fit, animal in horrorem ac rigorem ducit, primum quidem ex talibus intellexiffe licet. Si fano corpori ferventem aquam fubito affundas, aut ignis fcintillas incutias, ftatim horrore vexabitur. Jam quum ulceratis partibus cauflicum medicamentum imponitur, primum quidem horrent, deinde rigent, mox etiam febricitant nonnulli. Sed et tertianae febres, quae omnium certe febrium maxime biliofae et calidae funt, omnium maxime horrorem advehunt; quantoque finceriores tertianae funt, tanto etiam rigor in iis incidit vehementior: *quin etiam ardente febre laboranti rigor fuperveniens morbum folvit*, inquit Hippocrates, quod bilis, quae *prius* in venis errabat, a natura critice per carnes ad cutim trudatur. Ergo motus ejus delationisque, quae per fenfibilia corpora agitur, fimul et fymptoma et fignum rigor eft. Atque jam

δὴ καὶ ἱδροῦσι τοὐντεῦθεν οἱ οὕτω ῥιγώσαντες καὶ ἀπαλλάττονται τοῦ πυρετοῦ, κενωθείσης αὐτοῖς τῆς χολῆς. ἐνίοτε δ' οὐκ εἰς τὸ δέρμα τὴν ὁρμὴν, ἀλλ' εἰς τοὺς ἔσω τόπους ποιησαμένη, δι' ἐμέτων τε ἅμα καὶ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἐκκενοῦται. πολλάκις δὲ εἴσω τε καὶ ἔξω κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἠνέχθη, ὡς ἱδρῶσαί τε ἅμα καὶ ἐμέσαι καὶ ὑπελθεῖν κάτω τὴν χολήν. ὅσοι δ' αἴτιον ὑγιεινὸν οἴονται τὸ ῥῖγος γίγνεσθαι τοῦ καύσου διὰ τὴν ψύξιν, τὰ γὰρ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα, τοῦ παντὸς ἁμαρτάνουσι. πρῶτον μὲν γὰρ εἰ τοῦτ' ἀληθὲς ὑπῆρχεν, ἐνῆν αὐτοῖς δήπου ῥῖγος ἐργάσασθαι, τοῦτο μὲν ὕδωρ ψυχρὸν προσραίνοντας ἢ καταχέοντας, τοῦτο δ' εἰς ψυχρὸν ἀέρα τὸν κάμνοντα γυμνὸν ἀπάγοντας, ἢ εἰς ὕδατος ψυχροῦ δεξαμενὴν ἐμβάλλοντας· ἔπειτα δ' εἴπερ ἄρα διὰ τῆς πρὸς τοὐναντίον μεταπτώσεως τοῖς καυσουμένοις ἡ λύσις ἐγίγνετο ῥιγώσασιν, ἐχρῆν αὐτοὺς ἐπὶ τῷ ῥίγει πεπαῦσθαι πυρέσσοντας. ἔχει δ' οὐχ οὕτω τἀληθές· οὐ γὰρ ἅμα τῷ ῥιγῶσαι παύονται πυρέσσοντες, οἵ γε πολὺ μείζονι πυρετῷ μετὰ τὸ ῥῖγος [76] ἢ πρόσθεν ἁλίσκον-

inde fudant, qui ita obriguerunt, vacuataque in iis bile a febre liberantur. Interdum vero non ad cutim, fed ad internas partes *bilis* impetum faciens, per vomitiones fimul et alvum vacuatur. Saepenumero et intro et foras eodem die defertur, ita ut fimul et fudore et vomitione et alvi dejectione bilis vacuetur. Quicunque vero rigorem profligandae ardentis febris falubrem effe caufam propter frigus putant (nam contraria contrariorum funt remedia) omnino falluntur. Primum enim fi id verum effet, liceret ipfis rigorem excitare, partim quidem frigida aqua infperfa aut affufa, partim aegro ipfo nudo in frigidum aërem delato, aut in frigidae aquae labrum demiffo. Deinde fi per mutationem ad contrarium *affectum* iis, qui in ardenti febre obriguerant, folutio accidat morbi, oportebat poft rigorem *ipforum* febrem fedari. Non tamen ita fe habet veritas: non enim quod rigeant, febricitare definunt, qui etiam multo graviore febre poft rigorem, quam ante, corripiuntur; fed poftquam

Ed. Chart. VII. [76.] Ed. Baf. III. (234.)

ται, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ἱδρώσωσι δαψιλῶς, ἢ ἐμέσωσι τὴν ὠχρὰν χολὴν, ἢ κατ᾽ ἔντερον αὐτοῖς ὑπέλθῃ. ἐπὶ γὰρ τῇ σφοδροτέρᾳ κινήσει τῆς χολῆς σφοδρότερον εἰκὸς ἀνάπτεσθαι τὸν πυρετόν. ὅτι μὲν οὖν οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς ψυχροῖς αἰτίοις ῥιγῶσιν, ἀλλὰ κἀπὶ τοῖς θερμοῖς, ἤδη πέφανται. διὰ τίνα δὲ τὴν αἰτίαν ἐναντιωτάταις προφάσεσι ταὐτὸν ἕπεται σύμπτωμα, λεκτέον ἐφεξῆς, ἀναμνησθέντας αὖθις ὧν ἀπεδείξαμεν ὑπὲρ τῆς ἐκκρινούσης τὰ λυποῦντα δυνάμεως. οὐ γὰρ δήπου τὰ μὲν ἐν ταῖς εὐρυχωρίαις τῶν ὀργάνων ἐκκρίνει, καθάπερ ἐδείκνυτο τὰ κατὰ γαστέρα τε καὶ μήτραν καὶ τὰς κύστεις ἀμφοτέρας ἔντερά τε καὶ πνεύμονα καὶ ῥῖνας, ἀμελεῖ δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν ὑποτρεφομένων περιττωμάτων· ἀλλὰ κἀκ τούτων ὁσημέραι πᾶν ἀποκρίνει τὸ περιττὸν ἀλύπως τε καὶ κατὰ τὴν ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοὴν, ὅταν γε νόμῳ φύσεως διοικῆται τὸ ζῶον. ἐπειδὰν δέ τι δακνῶδες ἐν αὐτῷ συστῇ, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἔχῃ κίνησιν ἰσχυρὰν, ἀνιᾶταί γε καὶ ἀποκρίνειν αὐτὸ σπεύδει, καθ᾽ ὃν ἂν ἐγχωρῇ μάλιστα τρόπον ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ τῶν μελῶν ἐκκριθῆναί τι,

multum fudarunt, aut flavam bilem vomuerunt, aut per inteftinum dejecerunt, *tum febris ceffat.* Nam ex vehementiore bilis motu vehementiorem accendi febrem confentaneum eft. Quod igitur homines non folum ex frigidis caufis rigore tententur, fed etiam calidis, jam demonftratum eft. Verum quam ob caufam caufis maxime contrariis idem fymptoma fuccedat, deinceps docebimus; fed admonitis prius, quae de excretrice molefiorum excrementorum facultate monftravimus. Non enim ea, quae in amplis organorum capacitatibus funt, excernit, ut quae in ventriculo funt et utero et utraque vefica et inteftinis et pulmone et naribus; quae vero in ipfis corporibus excrementa colliguntur, negligit; fed ab iis quoque quotidie excernit quicquid fupervacaneum eft, citra ullam animalis laefionem infenfibili tranfpiratione, ubi lege naturae animal gubernatur. Quum autem mordax aliquid in iis confliterit, ac potiffimum quum vehementi agitur motu, et angitur et id expellere feftinat eo modo, quo maxime licet ex ipfo membrorum corpore aliquid excerni, partibus fcilicet

Ed. Chart. VII. [76.] Ed. Baf. III. (234.)

συναγομένων δηλονότι καὶ σφιγγομένων εἰς ἑαυτὰ τῶν μορίων, εἶθ᾽ ἑκάστου τὸ κατ᾽ αὐτὸ μέρος τοῦ περιττώματος ὠθοῦντος. ἀλλ᾽ εἰ πάντα νοήσαις ἅμα τὴν κίνησιν ταύτην κινούμενα, σεισμός τις ὅλον τὸ σῶμα καταλήψεται καὶ κλόνος, ὁποῖος ἐν τοῖς ῥίγεσι φαίνεται καταλαμβάνων. ἀνάγκη γὰρ, οἶμαι, τῶν μυῶν πάντων κλονουμένων, συγκλονεῖσθαι τὰς διαρθρώσεις αὐτοῖς, ὧν κλονουμένων ἐκτάσεις τέ τινας καὶ κάμψεις ἀκουσίους συμπίπτειν, ἑτέρας οὔσης τῆς τοιαύτης κινήσεως παρὰ τὴν ἐν τοῖς σπασμοῖς τε καὶ παλμοῖς. ἐν μὲν γὰρ τοῖς σπασμοῖς ὡσαύτως μὲν, οὐ μὴν ὑπό γε τῆς αὐτῆς δυνάμεως αἱ κινήσεις ἐπιτελοῦνται· κατὰ δὲ τοὺς παλμοὺς οὐχ ὡσαύτως, ἀλλ᾽ ὡς εἴρηται πρόσθεν, ὅτι συνεξαίρεται τῷ μυῒ τὸ κῶλον ὑπὸ τοῦ φυσώδους διαστελλομένῳ πνεύματος· ῥιγούντων δὲ, ὡς ἀρτίως εἴρηται, πᾶν μόριον κινεῖται τοῦ μυὸς ἐκκαθαίροντος ἑαυτόν· κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων κίνησιν ὅλος ὁ μῦς σειόμενός τε καὶ κλονούμενος ἅμα ἑαυτῷ τὴν διάρθρωσιν, εἰς ἣν καταφύεται, συγκλονεῖ. τοιαύτη καὶ

ipfis fefe contrahentibus atque conftringentibus, mox unaquaque earum portionem excrementi, quod in fe continet, protrudente. Verum fi univerfas partes hoc motu fimul moveri intelligas, concuffio aliqua totum corpus obfidebit et conturbatio, qualis in rigoribus obfidere cernitur. Quum enim musculi omnes concutiuntur, neceffe eft, opinor, articulos quoque cum ipfis fimul concuti; et eorum, ubi concutiuntur, tum extenfiones quasdam tum inflexiones praeter voluntatem incidere, quum tamen hic motus diverfus ab eo fit, qui in convulfione palpitationeque percipitur. In convulfione namque fimiliter quidem, non tamen ab eadem faltem facultate motus cientur. In palpitatione non fimiliter, fed ut prius dictum eft, quod membrum attollatur una cum musculo, qui a flatulento fpiritu diftenditur. At cum concuffione rigentibus, ut dudum eft dictum, movetur omnis pars, musculo fe ipfum expurgante; in illarum vero motu totus musculus concuffus vibratusque articulum, in quem inferitur, una fecum concutit. Talis etiam motus et tho-

Ed. Chart. VII. [76. 77.] Ed. Baf. III. (235. 236.)

τοῖς κατὰ θώρακα μυσὶν ἡ κίνησις ἐν ταῖς ἀνωμάλοις γίγνεται δυσκρασίαις, καὶ διὰ τοῦτο βραχυτέρα τε καὶ κεγχρωδεστέρα βὴξ αὐτοῖς ἕπεται. διασείονται γὰρ οἱ μύες ἐκκρίνειν ἐφιέμενοι τὰ λυποῦντα τῆς ἑαυτῶν σαρκὸς διὰ τῶν τοῦ πνεύμονος ἀρτηριῶν· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις βηξὶν ἐδείκνυντο σφοδρῶς ἐμπίπτοντες τῷ πνεύμονι, χάριν τοῦ πολλὴν καὶ ἀθρόαν ἐκφύσησιν ἐργάσασθαι. ἔτι τε βιαιότερον ἐμπίπτουσιν ἐν τοῖς πταρμοῖς, ἐξωθοῦντες ἀθρόον τὸ πνεῦμα, τὸ κατὰ τὰς ῥῖνας ἐκκαθᾶραι βουλόμενοι. καὶ τοῦτο κατανοήσαντές τινες ἀσθενεῖς μὲν τὴν δύναμιν, ἀναπτύειν δὲ τὰ κατὰ θώρακά τε καὶ πνεύμονα δεόμενοι, πταρμὸν ἑαυτοῖς κινοῦσιν ἐρεθίζοντες τοὺς μυκτῆρας, ἵνα τῷ βιαίῳ τῆς κινήσεως ἀναπτύ(235)σωσιν, ὃ κατὰ βῆχας ἐκβαλεῖν οὐκ ἠδυνήθησαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιούτων βηχῶν εἴρηται καὶ πρόσθεν αὐτάρκως. αἱ δὲ κατὰ δυσκρασίαν τῶν ἀναπνευστικῶν, ἐκ ταὐτοῦ μέν εἰσι τοῖς ῥίγεσί τε καὶ ταῖς φρίκαις γένους, [77] διαφέρουσι δὲ τῷ θᾶττονα γίγνεσθαι τὴν αἴσθησιν αὐτῶν, οὐδέποτε ἡσυχαζόντων τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. ἐδείκνυτο γὰρ ἔμπροσθεν,

racis musculis in inaequali intemperie accidit; ob idque brevior et levior tuffis eos fequitur; concutiuntur enim musculi, dum ftudent fibi molefta a carne fua per pulmonum arterias expellere. In caeteris autem tuffibus vehementer eos pulmonibus incumbere demonftratum eft, quod multum fimul et celerem effilatum excitent. Jam etiam vehementius per fternutationes incutiuntur, affatim fpiritum excutientes, quum quidpiam naribus inclufum expurgare nituntur. Atque id nonnulli quum intelligerent, viribus quidem imbecilles, fed indigentes fputi per thoracem ac pulmones rejectione, fternutamenta fibi cient, irritatis naribus, quo quae per tuffes ejicere non valuerunt, hujus motus violentia expuerent. Verum de ejusmodi tuffibus fatis prius dictum eft. Quae vero ob fpirabilium organorum intemperiem accidunt, ex eodem funt cum concutientibus rigoribus horroribusque genere; differunt autem eo quod celerior earum fit fenfus quod nunquam quiescant fpirabilia organa. Demonftratum

Ed. Chart. VII. [77.] Ed. Baf. III. (235.)

ὡς καὶ τὰς καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα τοιαύτας διαθέσεις ἡ κίνησις ἐξελέγχει μάλιστα. ἐπειδὰν μὲν οὖν ὑγρὰ τὰ λυποῦντα τὴν φύσιν ὑπάρχῃ, τῷ βιαίῳ τούτῳ σεισμῷ καὶ κλόνῳ τῷ κατὰ τὴν βῆχα καὶ τὸ ῥῖγος, ὑπὸ τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως ὠθούμενα φέρεται πάντη πρὸς τοὺς εἴκοντας τόπους, τὰ μὲν εἰς τὴν ἄνω, τὰ δὲ εἰς τὴν κάτω γαστέρα, τὰ δὲ ἐπὶ τὸ δέρμα πρὸς τοὐκτὸς, ὡς αἰσθητὴν αὐτῶν γενέσθαι τὴν κένωσιν. ἐπειδὰν δὲ πνευματώδης τις οὐσία μόνη χωρὶς ὑγρότητος ἤτοι θερμοτέρα τοῦ δέοντος ἢ ψυχροτέρα διεξέρχηται τὸ σῶμα, φρίττουσι μὲν δήπου τότε καὶ ῥιγοῦσιν· ἐνίοτε δὲ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν οὔτε δ᾽ ἐμοῦσιν οὐθ᾽ ἱδροῦσιν, οὔθ᾽ ὑποχωρεῖ τι κάτω τοῖς τοιούτοις οὐδὲν αἰσθητὸν, ὡς ἂν αὐτῶν ἐρεθιζόντων τὴν ἐκκριτικὴν δύναμιν ἀερωδῶν ὑπαρχόντων. οὕτως ἐν βαλανείοις περικαέσι, καὶ μάλιστα ἢν ἐξαίφνης τε καὶ ἀθρόως ἄνευ τοῦ προδιαθερμανθῆναι πλησιάσωμεν αὐτοῖς, αὐτίκα φρικώδεις γιγνόμεθα. οὕτως ὅταν εἰς τὸν ψυχρὸν ἀέρα μετέλθωμεν ἀθρόως, ἢ εἰ καὶ μὴ ἀθρόως, ἀλλὰ πολυχρονίως γε ὁμιλεῖν ἀναγκασθῶμεν, ὡς ἐν ὁδοιπορίαις ἐνίοτε

namque prius eft, quod motus etiam in toto corpore ejusmodi affectiones maxime prodat. Quum igitur humida quidem natura fint quae laedunt, violenta hac concuffione ac agitatione, quae per tuffim et concutientem rigorem concitantur, ab excretrice facultate expulfa, undique ad loca cedentia feruntur, quaedam in fuperiorem, quaedam in inferiorem ventrem, quaedam foras ad cutim; ita ut fenfibilis eorum vacuatio fit. Quum vero flatuofa quaedam tantum citra humorem fubftantia vel calidior jufto vel frigidior corpus permeat, utique horrent tunc quoque; aliquando vero rigent ob eandem caufam, neque tamen vomunt, neque fudant, neque quicquam his fenfibile per alvum dejicitur, quum aërea fint, quae excretricem facultatem irritant. Sic in balneis praecalidis maximeque fi fubito et repente minime praecalfacti ad ea accefferimus, ftatim horroribus corripimur. Sic quum in frigidum aërem repente transferimur, aut fi non fubito, faltem fi diuturnam *in eo* moram facere cogamur, quemadmodum in itinere agendo accidere aliquan-

Ed. Chart. VII. [77.] Ed. Baf. III. (235.)

συμπίπτειν εἴωθε. τοῦ τοιούτου ῥίγους ἴαμα θέρμανσίς ἐστιν, οὐχ ἱδρὼς ἢ ἔμετος ἢ διαχώρημα γαστρός. ἐπεὶ δ᾽, ὡς εἴρηται, καὶ ψυχρὸν αἴτιον καὶ θερμὸν ἐργάζεται ῥῖγος, ἐπὶ μὲν τῷ θερμῷ τῷ ἀερώδει ψύξις ἱκανὴ πρὸς τὴν ἴασιν· τῷ δὲ ὑγρῷ πυρετὸς μὲν ἐξ ἀνάγκης ἐπιγίγνεται, κένωσις δὲ ἡ ἴασίς ἐστιν. ἐπὶ δὲ τῷ ψυχρῷ τῷ μὲν ἀερώδει θέρμανσις ἴαμα· τῷ δὲ ὑγρῷ ποτὲ μὲν ἡ πέψις ἀρκεῖ μόνη, ποτὲ δὲ ἡ κένωσις, ἔστι δ᾽ ὅτ᾽ ἄμφω συμπίπτει. παλαιὸς μὲν οὖν ὁ λόγος οὗτός ἐστιν ὡς διὰ παντὸς ἕπεται ῥίγει πυρετὸς, οὐ μήν γε ἀληθὴς ὑπάρχει τὸ πάμπαν, οὐδ᾽ ἂν διορίσηταί τις αὐτὸν προσηκόντως, ὥσπερ οὖν καὶ χρὴ διορίζεσθαι φιλικῶς μᾶλλον ἐξηγουμένους τὰ τῶν παλαιῶν, οὐ δυσμενῶς ἐξελέγχοντας, ἀλλ᾽ ὅμως οὐδ᾽ οὕτως ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος, οὐδ᾽ ἂν διορισάμενοι φῶμεν ὅσα χωρὶς τῆς ἔξωθεν προφάσεως ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν ὁρμᾶται ῥίγη, πυρετὸν ἐξ ἀνάγκης αὐτοῖς ἀκολουθήσειν. ὦπται γὰρ οὐχ ἡμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς τῶν πρὸ ἡμῶν ἰατροῖς ἤδη ῥίγη συστάντα χωρὶς πυρετῶν, οὐ μὴν ἰσχυρά γε οὕτως ἐστὶν, ὡς τὰ τῶν ἀκριβῶν προηγούμενα

do confuevit. Ejusmodi rigoris remedium calfactio eft, non fudor, vel vomitus, aut alvi dejectio. Quoniam autem, ut dictum eft, et frigida caufa et calida rigorem creat; calidae quidem, quae aërea fit, refrigeratio idoneum remedium eft; humidae vero febris neceffario fuccedit; fanatio vero *ejus* vacuatio eft. At frigidae, quae aërea fit, calefactio remedium *eft*, humidae vero aliquando fola concoctio fufficit, aliquando vacuatio; nonnunquam vero ambae competunt. Ac vetus quidem hic fermo eft, *Rigori febrem femper fuccedere*, non tamen eft in totum verus, ne etiamfi quis eum ut decet definiat. Quod etiam par eft, amice definire potius veterum dicta interpretantibus, quam malevole redarguentibus. Veruntamen ne fic verus fermo eft, nec fi definientes dixerimus; *Qui citra externam caufam e corpore noftro rigores concitantur, hos febrem neceffario fequi*; quippe non nobis folis, fed etiam multis medicis qui nos praeceffferunt, jam vifi funt fine febre rigores; non tamen ita vehementes funt, ac qui legitimas tertianas quartanasve

τριταίων ἢ τεταρταίων, ἢ τὰ κρίνοντα πυρετοὺς καυσώδεις τε καὶ θερμούς. εἴωθε δὲ τὰ τοιαῦτα ῥίγη διαίταις ἕπεσθαι μοχθηραῖς, ἐμπιπλαμένων ἀργῶς ἀνθρώπων καὶ λουομένων ἐπὶ τροφαῖς πολλάκις. ὅταν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἐδεσμάτων αἱ ποιότητες πολλάκις ἐκ τῆς ψυχροτέρας τε καὶ φλεγματικωτέρας ὦσι κράσεως, ἑτοιμότατον ἁλῶναι ῥίγεσιν ἀνεκθερμάντοις τοὺς οὕτω διακειμένους. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲ τὸ μηδέποτε θεάσασθαι ῥίγη τοιαῦτα τοὺς παλαιοὺς ἰατροὺς, ὡς ἂν μήτε πλημμελούντων εἰς τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν ἴσα τοῖς νῦν τῶν τότε, μήτε τῆς τῶν βαλανείων χρήσεως εἰς τοσοῦτον ἐπιπολαζούσης. ἀλλ᾽, ὡς εἴρηται ἀρτίως, τὰ τοιαῦτα ῥίγη φρικώδη μᾶλλόν ἐστιν ἢ κλονώδη. πρώτη μὲν γὰρ αἴσθησις ἡμῖν ἐπὶ τοῖς μοχθηροῖς περιττώμασιν ἀνωμαλίας γίγνεται, καὶ ὅταν γε δριμέα τὰ τοιαῦτα ὑπάρχῃ, δακνώδης ἐστὶν ἡ αἴσθησις· δευτέρα δὲ φρίκης μικρᾶς, εἶτα μείζονος, εἶθ᾽ οὕτω μεγάλης, ὡς ἤδη καὶ ῥίγους τι μετέχειν· εἶτα τοῦ ῥίγους αὐτοῦ μόνου κλονοῦντός τε καὶ διασείοντος τὰ μόρια. τοῦτο τὸ ῥῖγος ἐπὶ τοῖς ψυ[78]χροῖς χυμοῖς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο· τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ σφοδρῶς κινοῦνται οἱ τοιοῦτοι

praecedunt, aut qui ardentes febres finiunt. Solent fane ejusmodi rigores pravam fequi victus rationem, quum homines per otium fe repleverunt ac faepe a cibo fe lavarunt. Quum vero ipfae ciborum qualitates frigidioris faepe ac pituitofioris temperamenti fint, promptiffime fic affecti rigoribus, qui aegre calefiant, capiuntur. Non igitur mirandum eft antiquos medicos nullum ejusmodi rigorem vidiffe, hominibus, qui tunc vivebant, nihil perinde, ac qui nunc vivunt, in falubri victu peccantibus, fed nec in balneorum ufu tam frequenti. Verum, ficuti dictum mox eft, ejusmodi rigores horroris magis funt, quam concuffionis. Primus enim fenfus nobis ex vitiofis excrementis inaequalitatis accidit, quae quum et acria fuerint, mordacitatis fenfus eft; fecundus horroris exigui; deinde majoris; poftea magni ita, ut jam rigoris aliquatenus fit particeps; tertius rigoris ipfius folius partes agitantis et concucientis. Hic rigor a frigidis humo-

διὰ τὸ πάχος· εἰ δὲ λεπτυνθεῖέν ποτε καὶ οὗτοι, ῥῖγος μὲν οἴσουσιν, οὐ μὴν ἰσχυρότερον. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ τὴν αὐτὴν ἐπιδέξασθαι λεπτότητα φλέγμα λεπτυνθὲν, ἣν ἡ λεπτυνθεῖσα δέχεται ξανθὴ χολή. τὸ μὲν δὴ τοιοῦτον ῥῖγος οὐ πάνυ τι γιγνώσκουσιν οἱ παλαιοὶ ἰατροί· τὸ δ᾽ ἐν νοσήμασι θανατώδεσι γιγνώσκουσιν. λέγει οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἐν ἀφορισμοῖς, ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις ῥίγεσιν ὥρμησε μὲν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ διώσασθαι τὰ λυποῦντα, νικηθεῖσα δὲ καταπίπτει καὶ κατασβέννυται, καὶ διὰ τοῦτό ἐστιν ὀλέθριον τὸ σύμπτωμα. κατὰ δὲ τοὺς τεταρταίους ἐπίμικτον τὸ ῥῖγός ἐστιν ἐκ ψυχροῦ τε καὶ θερμοῦ. φύσει μὲν γάρ ἐστι ψυχρὸς χυμὸς ἡ μέλαινα χολὴ, σηπεδόνα δέ τινα προσλαβοῦσα, δι᾽ ἣν καὶ πυρετοὺς ἐξάπτει, τοσοῦτον ἐπικτᾶται θερμότητος, ὅσον καὶ σηπεδόνος. ὅτι μὲν οὖν ἕπεται ῥίγη κἂν τοῖς θερμοῖς αἰτίοις ἀπεδείξαμεν· ὅτι δὲ κἂν τοῖς τοιούτοις ἅπασι καταψύχονταί

ribus nunquam creatur. Principio enim ob craffitudinem vehementer hi humores non moventur; quod fi aliquando attenuentur, rigorem quidem excitant, non tamen vehementiorem: neque enim poteft eandem recipere tenuitatem attenuata pituita, quam attenuata recipit flava bilis. Ac talem quidem rigorem non admodum norunt antiqui medici; qui autem in lethalibus incidit febribus, hunc norunt. Ait igitur Hippocrates in aphorismis. *Si rigor febre non intermittente laborantem, fractis jam viribus, invadat, lethale.* In talibus enim rigoribus infurgit quidem natura in res noxias expellendas: fed victa concidit atque extinguitur; ob idque lethale fymptoma eft. In quartanis autem mixtus rigor ex calido frigidoque eft; nigra namque bilis frigidus natura humor eft; fed quum putredinem quandam fibi adjunxit, cujus caufa febrem accendit, tantum poffidet caloris, quantum etiam putredinis. Ac quod rigores quidem calidis etiam caufis fuccedant, indicavimus. Quod autem in talibus quoque omnibus et perfrigerentur et exfan-

τε καὶ λειφαιμοῦσι, μάλιστα μὲν ὅσα τοῦ σώματος ἄκρα μόρια, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ τὸ δέρμα σύμπαν, ὅσα τ᾽ ἐπιπολῆς ἐστιν ὑπ᾽ αὐτῷ, καὶ διὰ τίνα τὴν αἰτίαν γίγνεται, τοῦτο σκεπτέον ἐφεξῆς. ἔστι δή τις ἐκ τῶν πρώτων καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἡγεμονικωτάτων κινήσεων ἡ ἔσω τε καὶ ἔξω φορὰ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἐπὶ πολλοῖς πάθεσι γιγνομένη ψυχικοῖς, ἅμα δ᾽ αὐτῇ δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα, ποτὲ μὲν ἔσω τε καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέρεται καὶ συστέλλεται, ποτὲ δ᾽ ἐκτὸς ἀποτείνεται καὶ χεῖται. αὐτῆς μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς τὴν οὐσίαν ἴσως μὲν καὶ κατ᾽ ἄλλην τινὰ πραγματείαν ἀποφήνασθαι τολμηρὸν, ἐν δὲ τῇ νῦν ἐνεστώσῃ πρὸς τῷ τολμηρῷ καὶ περιττόν. ἔοικε δ᾽ οὖν ἥ τις ποτ᾽ ἂν ᾖ, δυοῖν θάτερον, ἤτοι πρώτοις ὀργάνοις εἰς ἁπάσας τὰς ἐνεργείας χρῆσθαι πνεύματί τε καὶ αἵματι καὶ τῇ θερμασίᾳ τῇ κατὰ θάτερόν τε καὶ συναμφότερον, ἢ ἐν αὐτοῖς τούτοις ὑπάρχειν. ἔνεστι δὲ ἐναργῶς θεάσασθαι τὰς κινήσεις αὐτῆς ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ μάλιστα τοῖς ψυχικοῖς πάθεσιν. αὐτίκα φόβος τε καὶ θυμὸς, ὁ μὲν εἴσω τε καὶ πρὸς τὴν

gues appareant maxime quidem extremae corporis partes, cum his vero tum cutis univerfa, tum quae proxime fub ea funt; et quam ob caufam id accidat; id deinceps confiderandum. Eft igitur ex primis ac, ut ita quis loquatur, maxime principibus motibus ipfa naturalis caloris intro forasque delatio, quae multas animi perturbationes fequitur: fimul autem cum ipfo fpiritus quoque ac fanguis alias intro et ad principium feruntur ac contrahuntur, alias foras tendunt et funduntur. Ipfius namque animae fubftantiam vel alio quovis opere definiffe fortaffe fit audacia; in eo vero quod nunc proponitur, praeter audaciam, etiam fupervacaneum. Videtur tamen quaecunque ea fuerit, duorum alterum; vel primis ad omnes actiones inftrumentis et fpiritu et fanguine et calore tum alterius tum utriusque uti; vel in his ipfis effe. Licet autem motus ejus evidenter contemplari cum in aliis multis, tum maxime in ipfius perturbationibus. In praefentia fint timor et ira, ille quidem intro et ad princi-

ἀρχὴν ὑπάγει καὶ συστέλλει τό τε πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα σὺν τῷ καταψύχειν τὰ ἐπιπολῆς, ὁ δὲ ἀποτείνει τε καὶ χεῖ καὶ θερμαίνει. τὸ δ' ἀγωνιᾶν ὀνομαζόμενον ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχον σύνθετον, ἀνώμαλόν ἐστι ταῖς κινήσεσι. καὶ τοίνυν καὶ οἱ σφυγμοὶ τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ τῆς καρδίας μικρότατοι μὲν καὶ ἀτονώτατοι τοῖς φοβηθεῖσι, μέγιστοι δὲ καὶ σφοδρότατοι τοῖς θυμωθεῖσιν, ἀνώμαλοι δ' εἰσὶ τοῖς ἀγωνιῶσιν. ἐπὶ δὲ τῆς αἰδοῦς εἴσω μὲν πρῶτον ἡ κίνησις γίγνεται τῆς ψυχικῆς δυνάμεως, ἐπάνοδος δ' αὖθις ἀθρόα πρὸς τοὐκτὸς λαμβάνει· ὡς εἴγε μὴ ἐπανέρχοιτο, φόβος ἐστὶν, οὐκ αἰδώς. ἡ μὲν γὰρ αἰδὼς ἐξαίφνης γίγνεται, μηδὲν τῆς ψυχικῆς δυνάμεως προσδοκώσης κακὸν, ἀλλ', ὡς ἂν εἴποι τις, ὑπὸ μαλακίας τε καὶ δειλίας συμφύτου, μὴ φερούσης ἀνθρώπου πολὺ κρείττονος ὁμιλίαν, ἀλλ' ἀποδρᾶναί τε καὶ εἰ οἷόν τ' ἦν ἐκ ποδῶν γενέσθαι σπευδούσης. καὶ διὰ τοῦτο μόνον ἀποχωρεῖ πρὸς τὸ βάθος, οἷον ἀποδιδράσκουσα χωρὶς τοῦ καταψύχεσθαι. τοῦ λογισμοῦ δ' ἐπεγείροντος καὶ παρορμῶντος τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς,

pium tum fpiritum tum fanguinem una cum refrigeratione eorum, quae in fummo corpore funt, adducit ac contrahit; haec vero et foras agit et fundit et calefacit; quae vero compofita ex ambobus eft, nominata agonia, inaequales habet motus. Itaque etiam pulfus tum arteriarum tum cordis timentibus minimi ac imbecillimi funt; iratis vero maximi et vehementiffimi; agonia laborantibus inaequales. At in verecundia primum quidem intro agitur animalis facultatis motus; deinde rurfum confertim ad exteriora redit; quod fi non redeat, timor eft, non verecundia. Siquidem verecundia derepente fit, omnino nihil mali expectante animali facultate, fed, ut quis dixerit, prae mollitia et nativa timiditate, hominis longe praeftantioris focietatem non ferente, fed fugam capere etiam, fi fieri poffit, pedibus ftudente; ideoque ipfa veluti refugiens tantum citra ullam perfrigerationem in profundum recedit; ratione vero patibilem partem animi excitante atque impellente, quae terretur et verecun-

[79] ὅπερ ἐστὶ τὸ φο(236)βούμενόν τε καὶ αἰδούμενον, ἐπανέρχεταί τε καὶ κινεῖται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐν ὁμοίῳ μάλιστα τρόπῳ κινήσεως, ἐν οἵῳ περ ἂν ὅταν ἐπὶ ψυχρολουσίᾳ θερμασίας ἐπανάκλησις γίγνηται. ἐν δέ γε τοῖς φόβοις, ἅτε μηδ᾿ ὅλως ἐπεγείροντός τε καὶ παρορμῶντος τοῦ λογισμοῦ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς, ἀεὶ καὶ μᾶλλον καταςβέννυται τὸ θερμὸν, ὥστε καὶ ῥιγοῦν ἐνίους αὐτῶν. ὅπερ δ᾿ ἐν φόβοις ἀθρόως, τοῦτ᾿ ἐν λύπαις κατὰ βραχὺ πάσχουσι, μεγέθει καὶ σφοδρότητι τῶν παθῶν, οὐχ ὅλῳ τῷ γένει διαφερόντων. καὶ τοίνυν καὶ ἀπέθανον ἤδη τινὲς ἐπὶ φόβοις ἐξαιφνιδίοις, ὅταν ἀσθενὲς φύσει ψυχάριον ἰσχυρῷ πάθει κατασχεθὲν ἀθρόως κατασβεσθῇ τε καὶ καταπνιγῇ. τὸ μὲν γὰρ σβέννυσθαι δι᾿ αὐτὴν τοῦ πάθους γίγνεται φύσιν ἐν τῷ καταψύχεσθαι τὴν γένεσιν ἔχοντος· τὸ δὲ καταπνίγεσθαι διὰ τὸ συννεύειν τε καὶ φέρεσθαι πᾶν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὸ αἷμα. θυμωθεὶς δ᾿ οὐδεὶς ἀπέθανεν, ὡς ἂν μήτε τῆς θερμότητος καταψυχομένης μήτε τοῦ τόνου λυομένου· χαρέντες μέντοι μεγάλως ἔνιοι τῶν μικροψύχων ἀνθρώπων ἀπέθανον, ὥσπερ καὶ φοβηθέντες· οὐ γὰρ ἅμα τόνῳ καὶ ζέσει κινεῖται πρὸς τὰ ἐκτὸς ἡ ψυχικὴ

datur, et redit et foras movetur fimillimo motus modo, quo ex frigida lavatione caloris fit revocatio. In timore vero, quum ratio patibilem animi partem nec excitet nec inhortetur, perpetuo magisque extinguitur calor, ita ut etiam rigeant eorum nonnulli. Quod autem in timore confertim, id in triftitia paulatim patiuntur diffidentibus inter fe non toto genere, fed magnitudine et pathematis vehementia. Itaque etiam ex fubitaneo timore nonnulli jam interierunt, quum animula natura imbecilla vehementi pathemate detenta confertim et extincta et fuffocata eft. Nam extingui accidit propter ipfam affectus naturam in refrigerando generationem habentis; fuffocari autem, quod totus fanguis una commeet atque ad principium deferatur. At iratus nemo interiit, quod neque calor perfrigeretur, neque robur folvatur. Prae gaudio tamen ingenti nonnulli homines pufillanimes interierunt, quemadmodum et timore confecti; non enim una cum robore et fervore movetur ad exteriora animalis facultas;

δύναμις, ἀλλ' αὐτὸ τοὐναντίον, εἴ τι καὶ πρότερον εἶχε τόνου, τοῦτο νῦν ἐκλύει τε καὶ χαλᾷ· διαφορεῖται τοιγαροῦν, ὅταν ἐπιπλεῖστον χαλασθεῖσα φέρηται πρὸς τὸ ἐκτός. ὁ δὲ πόνος ἐναντίως κινεῖσθαι τὴν ψυχὴν ἀναγκάζων ὅμοια τῷ μεγίστῳ φόβῳ φέρει τὰ συμπτώματα. καὶ γὰρ ἀχροοῦσι καὶ καταψύχονται καὶ ῥιγοῦσι καὶ τρέμουσι καὶ μικροσφυκτοῦσι καὶ ἀσφυκτοῦσι καὶ τέλος ἀποθνήσκουσιν ὡσαύτως τοῖς ἐκπλαγεῖσιν. ὑποφεύγει γὰρ κἀν τούτοις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἡ ἔμφυτος θερμασία λυομένη θ' ἅμα καὶ κατασβεννυμένη. ὅπου δὲ θάνατον ἐπιφέρει τὰ τοιαῦτα τῶν παθῶν, οὐδὲν δήπου θαυμαστὸν εἰ καὶ λειποψυχίαν. οὔκουν οὐδ' ὅτι τὰ λειποψυχίας ἀκόλουθα συμπτώματα, τά τε ἄλλα καὶ ἡ ἀκούσιος ἔκκρισις τῶν περιττωμάτων ἕπεται οὐδὲν ἔτι χρὴ θαυμάζειν. ἀλλὰ γὰρ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ μηκύνειν ἔτι ὑπὲρ τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἰτέον. ὅταν οὖν ἐπὶ θερμοῖς τε ἅμα καὶ δακνώδεσι χυμοῖς γίνηται ῥῖγος, οὐδὲν θαυμαστόν ἐστι καταψύχεσθαι τὰ ἐκτὸς ἅπαντα, τῆς ψυχικῆς δυνάμεως εἰς τὸ βάθος συννευούσης ἅμα τῷ αἵματι. γίγνεται γὰρ αἴσθησις

fed contra fi quid prius habuit roboris, id nunc et exoluit et laxat; ergo quum plurimum laxata ad exteriora fertur, difcutitur. Dolor autem contra quum animam cogat moveri, peraeque ac maximus timor, affert fymptoma; etenim *laborantes* decolores apparent, rigent, tremunt ac pulfu funt parvo, atque eodem privantur, demum moriuntur fimiliter iis qui perterrentur, refugit enim in his quoque ad principium innatus calor, ubi refolvitur fimul et extinguitur. Quum autem mortem afferant ejusmodi affectiones, nihil profecto miri eft, fi animi *excitent* deliquia. Ne igitur id quidem mirum eft, fi reliqua, quae animi deliquia fequuntur, fymptomata invehant, cum caetera tum excrementorum praeter voluntatem exitum. Caeterum pluribus in his morari praefentis occafionis non eft, fed ad propofitum redeundum. Quum itaque rigor a calidis et mordacibus humoribus excitetur, mirum non eft, fi refrigerentur omnes externae partes, animali facultate una cum fanguine in profundum commeante. Tunc enim fit fenfus externarum par-

τηνικαῦτα τῆς τῶν ἐκτὸς ψύξεως, οὐ τῆς τῶν ἐν τῷ βάθει. καὶ γὰρ διψῶσιν ἰσχυρῶς ἔνιοι κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὡς ἂν τῆς ἔνδον θερμασίας διαφυλαττομένης αὐτοῖς. ὅτι δὲ εὐλόγως τὰ τοιαῦτα τοῖς ῥιγοῦσι συμβαίνειν εἴωθεν, ἔνεστι κἀντεῦθεν συλλογίσασθαι. εἰ γὰρ καθ᾽ ἕν τι μέρος ἐρείδουσαι σφοδρότερον ὀδύναι λειποψυχίας τε ἅμα καὶ καταψύξεις ἐπιφέρουσιν, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν τὰς καθ᾽ ὅλον ἅμα τὸ σῶμα συνισταμένας, εἰ καὶ μὴ τὰς λειποψυχίας τε καὶ τοὺς θανάτους, ἀλλὰ τάς γε καταψύξεις ἐργάζεσθαι. εἰσὶ γὰρ ὁμογενεῖς καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ὀδύναις αἱ κατὰ τὸ ῥῖγος, ἀπολείπονται δὲ τῶν ἀναιρουσῶν μεγέθει καὶ χρόνῳ. καὶ γὰρ ἐλάττους εἰσὶ πολλῷ καὶ βραχυχρόνιοι. κωλικὴ μέντοιγε πολλάκις ὀδύνη δυοῖν ἐφεξῆς ἡμερῶν κατέσχε· ῥῖγος δ᾽ ὅσωπερ ἂν ᾖ σφοδρότερον, τοσοῦτον ὀλιγοχρονιώτερον γίγνεται. προσέοικε γὰρ ἡ κατ᾽ αὐτὸ κίνησις τῆς ψυχῆς οὐ τῇ κατὰ τοὺς φόβους, ἀλλὰ μᾶλλόν πως τῇ κατὰ τὴν αἰδῶ τε καὶ ψυχρολουσίαν. ἀναμάχεται γοῦν ἡ δύναμις καὶ διαγωνίζεται πρὸς τὰ λυποῦντα, μέχρι περ ἂν ἐκμοχλεύσῃ τε καὶ διώσηται πάντα. διά τε οὖν τὰς σφοδρὰς ἐμπτώσεις, καὶ ὅτι

tium frigoris, non earum quae funt in profundo; quippe quum vehementer fitiant eo tempore nonnulli, tamquam fervato calore in interioribus. Quod autem talia cum ratione rigentibus accidant, licet inde colligi. Si enim in una quapiam parte dolor vehemens infixus tum animi deliquia tum perfrigerationem inferat, mirum non eft eum, qui in toto fit corpore, etfi non animi deliquia mortemque, certe perfrigerationem efficere. Sunt enim dolores in rigore ejusdem cum caeteris omnibus doloribus generis; deficiunt autem ab iis qui interimunt, magnitudine et tempore, quippe quum et minores multo fint et brevioris temporis. Colicus namque dolor faepe duobus continuis diebus detinuit; rigor quanto eft vehementior, tanto brevioris eft temporis. Eft enim in eo fimilis animae motus non ei qui in timore, fed ei potius qui in verecundia ac frigida lavatione fit; pugnat itaque facultas ac certat contra ea, quae laedunt, quoad excufferit profligaveritque omnia. Ergo tum ob vehementes

κατὰ τὸ βάθος ἀθροισθεῖσα μετὰ πολλῆς ἐπανέρχεται θερμασίας, τὸν ἐπὶ τοῖς ῥίγεσι πυρετὸν ἐξάπτει, [80] τὴν ὕλην ἔχουσα σύμμαχον εἰς τὸ μέγεθος αὐτοῦ. εἰ δέ ποτε διαγωνιζομένη φθάσειε καμεῖν αὕτη, πρὶν διώσασθαι τὰ λυποῦντα, γίγνεται μὲν γὰρ καὶ τοῦτο δι᾽ ἀῤῥωστίαν δυνάμεως, ἢ μέγεθος αἰτίου, θάνατος ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ, καθάπερ ἔμπροσθέν εἴρηται.

Κεφ. στ΄. Ὁπότε οὖν ἐνταῦθα τοῦ λόγου γεγόναμεν, ἐπιθῶμεν ἤδη τὴν κεφαλὴν αὐτῷ, βραχέσι κεφαλαίοις ἅπαντά τε τὰ προειρημένα περιλαβόντες, ὅσα τε λείπεται προσθέντες. αἱ μὲν βῆχες καὶ οἱ πταρμοὶ καὶ αἱ λύγγες καὶ τὰ ῥίγη τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως ἰσχυραὶ καὶ βίαιοι κινήσεις εἰσίν· οἱ δὲ σκορδινισμοὶ καὶ αἱ χάσμαι τῆς αὐτῆς μὲν, ἀλλὰ μέτριαι· μετριώτεραι δὲ κἂν ταῖς φρίκαις αἱ κινήσεις εἰσί· καὶ πολὺ δὴ τούτων μετριώτεραι αἱ κατὰ τὰς ἀνωμαλίας κινήσεις, ὥστε σχεδὸν οὐδὲ κινήσεις εἴποι τις τὰς τοιαύτας, ἀλλ᾽ αἰσθήσεις μόνον ὑπάρχειν, οἷαί περ καὶ αἱ κατὰ τοὺς ἑλκώδεις κόπους αἰσθήσεις εἰσί. καὶ τούτων μᾶλλον ἔτι ἐν τῷ κνηστιᾷν.

impetus, tum quod in profundo collecta cum multo calore revertatur, febrem poft rigores accendit, materiam habens in magnitudinem ejus adjutricem. Si quando autem certans prius fatigatur, quam quae infeftant profligaverit (fit enim et hoc vel ob facultatis imbecillitatem, vel caufae magnitudinem) neceffario mors fequitur, ut prius eft dictum.

Cap. VI. Quum itaque huc orationem perduxerimus, jam imponamus illi fummam, praedicta omnia brevibus capitibus complexi, iis etiam quae deficiunt adjectis. Tuffis quidem et fternutatio et fingultus et rigores, excretricis facultatis validi violentique funt motus; pandiculatio et ofcitatio ejusdem quidem facultatis motus funt, fed moderati; in horrore vero etiam moderatiores motus funt; ac multo fane his moderatiores funt, quos inaequalitas ciet; ita ut ejusmodi motus dixerit quis propemodum motus non effe, fed tantum fenfus; cujusmodi fenfus in ulcerofa laffitudine advertuntur; atque hoc etiam magis in pruritu.

αἴσθησις γὰρ ἐν τούτῳ τῷ συμπτώματι μόνον ἐστὶ περιττωμάτων κνησμωδῶν· οὐδὲ γὰρ ὀνομάσαι δυνατὸν ἄλλως αὐτὰ, πλὴν εἰ νιτρώδη καὶ ἁλμυρά τις ἢ πικρὰ προσαγορεύειν ἐθέλοι, τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις αὐτῶν. ἔνεστι δὲ μαθεῖν περὶ αὐτῶν ἀπό τε τῶν ἔξωθεν, οἷον ἀκαλήφης τε καὶ σκίλλης καὶ ἅλμης καὶ θαλάττης, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα καὶ τούτων οὐδὲν ἧττον ἀπ' αὐτῶν τῶν κατὰ τὸ σῶμα. τοῖς γὰρ ἀλουτοῦσι καὶ ῥυπῶσι καὶ ἀπεπτοῦσι καὶ τροφὰς κακοχύμους ἐσθίουσι κνηστιᾶν συμβαίνει, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον ἐν ψώραις τε καὶ λέπραις, ὅτι πλείων τε καὶ παχύτερος ὁ χυμὸς ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι. καὶ διὰ τοῦτο κνῶνται μὲν ἐπὶ πλεῖόν τε καὶ μᾶλλον ἁπάντων ἄνευ τῆς τοιαύτης διαθέσεως κνηστιώντων· ὀνίνανται δ' οὐδὲν οὐδ' ἂν ἐκδείρωσιν ἑαυτοὺς κνώμενοι σφοδρότατα, διὰ τὸ μένειν ἐν αὐτοῖς ἐμπεπλασμένον τε καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐσφηνωμένον ἐν τῷ δέρματι τὸν λυποῦντα χυμόν. οὔτε γὰρ ὀλίγος οὗτος οὔτε λεπτός ἐστιν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀλουτησάντων μόνον ἢ ῥυπώντων, ἀλλὰ καὶ πλεῖστος καὶ παχὺς, ἐνίοτε δὲ καὶ γλίσχρος. ἅπαντα γοῦν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα κακοχυμίας ἐστὶν ἔγγονα, διαφέροντα

In hoc enim fymptomate pruritum excitantium excrementorum eft tantum fenfus; neque enim aliter ea nominare licet, nifi quis nitrofa ea et falfa vel amara nominare velit, talis namque natura eorum eft. Licet autem difcere tum ab externis, veluti urtica et fcilla et muria et mari et ejus generis reliquis, tum nihilo minus ab iis, quae in ipfo funt corpore. Nam illotos, fordidos, cruditate laborantes et pravi fucci cibos comedentes pruritus exercet; multoque magis in fcabie et lepra, quod in his affectibus et copiofior et craffior *fit vitiofus* humor; ideoque et diutius et magis fcabiunt, quam ulli alii, qui citra talem affectum pruriunt; nec tamen juvantur, nec fi feipfos immodice fcabendo excorient, quod ejusmodi noxius humor his infixus maneat, ac, ut quis dixerit, cuti impactus haereat; non enim hic exiguus et tenuis eft, ut in illotis aut forde affectis, fed et plurimus et craffus, interdum vero et glutinofus. Omnia igitur ejusmodi fymptomata vitioforum humorum funt foboles; diffident vero

δὲ ποιότητι καὶ ποσότητι τῆς αἰτίας, ἔτι τε πρὸς τούτοις ἡσυχίᾳ τε καὶ κινήσει. ὀλίγη μὲν γὰρ καὶ λεπτὴ καὶ ἁλμυρὰ καὶ ἀκίνητος ἐν τοῖς κνηστιῶσιν· ὀλίγη δὲ καὶ λεπτὴ καὶ δακνώδης καὶ ἀκίνητος ἐπὶ τοῖς ἑλκώδεσι κόποις· πολλὴ δὲ καὶ παχεῖα καὶ ἁλμυρὰ καὶ ἀκίνητος ἐν λέπραις τε καὶ ψώραις· ὀλίγη δὲ καὶ λεπτὴ καὶ δακνώδης καὶ βραχεῖαν ἔχουσα τὴν κίνησιν ἐν ταῖς φρίκαις. εἰ δ᾽ ἤτοι κινηθείη σφοδρῶς ἢ πλείων ἢ δακνωδεστέρα γένοιτο, ῥῖγος, οὐ φρίκην ἐπιφέρει, μέγιστον μὲν ἡ πλείστη τε καὶ σφοδροτάτη καὶ δακνωδεστάτη καὶ σφοδρότατα κινουμένη, ἐλάχιστον δὲ, εἰ καθ᾽ ἕν τι τούτων μετρίως αὐξηθὲν ἐκ φρίκης εἰς ῥῖγος μεταπέσοι. πάμπολλαι δὲ ἄλλαι μεταξὺ τοῦ τ᾽ ἐλαχίστου ῥίγους ἐστὶ καὶ τοῦ μεγίστου, τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσαι παρά τε τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον κινεῖσθαι τὴν αἰτίαν καὶ παρὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον εἶναι δακνώδη, καὶ προσέτι τὴν ἐν τῇ ποσότητι διαφορὰν, ἔτι τε πρὸς τούτοις ἤτοι παρὰ τὸ πάσαις ταῖς εἰρημέναις διαφοραῖς, ἢ παρά τό τισιν ἤ τινι τὴν ποιοῦσαν τὸ ῥῖγος αἰτίαν ηὐξῆσθαι.

inter fe caufae tum qualitate tum magnitudine, itemque quiete et motu. Paucus enim tenuis, falfus, immotusque humor in iis eft, qui pruriunt. Paucus, tenuis, mordens et immotus in ulcerofis laffitudinibus. Multus, craffus, falfus et immotus in lepra et fcabie. Paucus, tenuis, mordax et cum exiguo motu in horroribus. Quod fi vel vehementer moveatur vel copiofior mordaciorve fit, rigorem infert, non horrorem, maximum quidem, qui plurimus eft et vehementiffimus et mordaciffimus et vehementiffime movetur; minimum vero, qui propter quid unum horum mediocriter auctum ex horrore in rigorem degenerat. Sane complures alii inter maximum minimumque rigorem funt *motus* excefſu et defectu inter fe diffidentes, prout caufa magis minusve movetur, vel prout magis minusve mordax eft; ad haec prout in quantitate eft diverfitas; praeterea prout caufa rigorem excitans in dictis differentiis vel quibusdam, vel aliqua fue-

ταυτὶ μὲν οὖν [81] ἅπαντα τὰ συμπτώματα περὶ τὸ δέρμα καὶ τὰς ὑπ᾽ αὐτὸ σάρκας ἀθροιζομένης τῆς αἰτίας εἴωθε συνίστασθαι. βῆχες δὲ καὶ πταρμοὶ καὶ λύγγες, αἱ μὲν βῆχες ἐν τοῖς κατὰ πνεύμο(237)νά τε καὶ φάρυγγα καὶ θώρακα τῶν αἰτίων συνισταμένων· οἱ πταρμοὶ δὲ ἐν τοῖς κατὰ τὰς ῥῖνας· λύγγες δὲ ἐν τοῖς κατὰ γαστέρα καὶ στόμαχον. ἐν ἅπασι δὲ τοῖς εἰρημένοις κοινὸν ἡ τῶν λυπούντων ἐκκριτικὴ δύναμις, ἑαυτὴν ἐπεγείρουσα πρὸς τὰς σφοδροτάτας κινήσεις ὑπὲρ τοῦ διώσασθαι τὰ λυποῦντα, καθάπερ ἔμπροσθεν εἴρηται τά τ᾽ ἄλλα περὶ τῆς γενέσεως αὐτῶν καὶ ὅτι κατὰ συμβεβηκός ποτε καὶ ὁ πταρμὸς τῶν κατὰ πνεύμονα συνεστώτων ὑγρῶν ἴαμα καθίσταται, μὴ γινόμενος ἐκείνων ἕνεκεν. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ τὸν στόμαχον, ἐφ᾽ οἷς αἱ λύγγες συνίστανται, κατὰ συμβεβηκὸς ἐκκαθαίρουσιν οἱ πταρμοὶ, καὶ ταύτῃ γίγνονται λυγγῶν ἰάματα. συνεπωθοῦσι γὰρ τὴν κοιλίαν οἱ κατεπιγάστριοι μύες ἐκτεινόμενοί τε καὶ προστέλλοντες, ὡς βιαιοτέραν γίνεσθαι τὴν ἔμπτωσιν αὐτοῖς τοῖς λυποῦσιν αἰτίοις, ἃ διώσασθαι σπεύδει. εἴρηταί μοι σχεδὸν ἅπαντα

rit adaucta. Atque haec quidem omnia fymptomata circa cutim et in omnibus fubjectis illi carnibus acervata caufa confiftere confueverunt. Tuffes autem et fternutationes et fingultus, tuffes quidem in pulmone et faucibus confiftente caufa, fternutationes vero in naribus, fingultus in ventriculo et ftomacho. In omnibus autem dictis commune eft, quod expultricem facultatem feipfam ad vehementiffimos motus concitare, ut quae oblaedunt, ea propellat, ficut praediximus et reliqua quae ad ortum eorum *fpectant*, tum quod fternutatio per accidens aliquando humorum in pulmone confiftentium remedium fit, quamquam eorum caufa non fiat. Sic etiam ventriculum et ftomachum, in quibus fingultus confiftunt, fternutationes ex accidenti purgant, et hac ratione fiunt fingultuum remedia; nam abdominis musculi dum extenduntur et contrahuntur, ventriculum fimul impellunt, ut violentiorem impetum faciat in ipfas infeftantes caufas, quas feftinat expellere. Ac dixi ferme omnia tum

τὰ τῶν ψυχικῶν ἐνεργειῶν τε καὶ δυνάμεων συμπτώματα σὺν ταῖς ἀπογεννώσαις αἰτίαις αὐτά· κατὰ μέντοι τὸ πρῶτον ὑπόμνημα τῶν ἐν ταῖς φυσικαῖς ἐνεργείαις τε καὶ δυνάμεσι γιγνομένων συμπτωμάτων οὐδενὸς ἐπεμνήσθην, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῷδε κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου λέλεκταί τι καὶ περὶ ἐκείνων ἐπ᾽ ὀλίγον, ἀλλά γε τὸν τέλεόν τε καὶ ἴδιον αὐτοῖς λόγον ἀποδώσομεν ἐν τῷ τρίτῳ τῷ μετὰ τοῦτον.

Κεφ. ζ. Νυνὶ δὲ πρὸς τὸ πάνθ᾽ ἡμῖν ἐν τοῖς δύο συμπεπληρῶσθαι τὰ ταῖς ψυχικαῖς δυνάμεσι γενόμενα συμπτώματα, καὶ περὶ τῶν κατὰ τὰς ἡγεμονικὰς ἐνεργείας ἐροῦμεν. ἔστι μὲν οὖν κἂν ταύταις τρία τὰ πρῶτα γένη τῶν συμπτωμάτων· ἓν μὲν ἀπώλεια τῆς ἐνεργείας· ἕτερον δὲ βλάβη· τὸ δὲ τρίτον εἰς ἑτέραν ἰδέας ἐκτροπήν. ἀπώλεια μὲν ἐν ταῖς καλουμέναις μωρώσεσί τε καὶ λήθαις. ὦπται γὰρ οὐκ ὀλιγάκις ὡς εἰς ἀπόστασίν τινα κατασκήψαντα νοσήματα μώρωσιν ἢ λήθην ἐπήγαγεν. ἐνίους γοῦν καὶ γράμματα καὶ τέχνας τελέως ἐπιλαθο-

actionum, tum facultatum animalium, una cum caufis ipfa gignentibus, fymptomata. Verum in primo libro nullius, quod naturalibus actionibus facultatibusque fuperveniat, fymptomatis mentionem feci; in hoc fecundo ex fermonis confortio de illis quoque pauca loquuti fumus, verum abfolutam ac propriam ipfis difceptationem in tertio qui hunc fequetur libro faciemus.

Cap. VII. Nunc quo omnia, quae animalibus facultatibus oboriuntur fymptomata, duobus his libris fint abfoluta, de *fymptomatis* quoque ad principes actiones fpectantibus differemus. Sunt igitur in his tria prima fymptomatum genera; unum actionis abolitio, alterum *actionis* laefio, tertium *ejus* in alteram fpeciem mutatio. Abolitio quidem in ftultitia et oblivione; vifum namque non raro eft, morbos in abfceffum aliquem abeuntes ftultitiam aut vocatam oblivionem induxiffe. Vidimus enim quosdam, qui et literas et artes

Ed. Chart. VII. [81. 82.] Ed. Baf. III. (237.)

μένους ἐθεασάμεθα καὶ μηδὲ τῶν σφετέρων ὀνομάτων μεμνημένους, ὁποῖόν τι καὶ ὁ Θουκυδίδης φησὶν ἐν τῷ λοιμῷ συμβῆναι· τινὰς γὰρ τῶν διασωθέντων ἀγνοῆσαι σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐπιτηδείους. ὤφθησαν δὲ καὶ διὰ γῆρας ἔσχατον ἔνιοι παραπλησίοις ἁλόντες συμπτώμασιν· ᾧ καὶ δῆλον, ὡς ἐπὶ καταψύξει γίνεται καὶ μώρωσις καὶ λήθη. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὰ φάρμακα τὰ τῶν τοιούτων συμπτωμάτων ποιητικὰ ψυχρὰ ταῖς δυνάμεσίν ἐστι. τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα συμπτώματα τὸ σῶμα αὐτὸ κατεψύχθαι δηλοῖ τοῦ ἐγκεφάλου, ὥσπερ καὶ τὰ ἀποπληκτικὰ καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ διὰ φλεγματώδους χυμοῦ πλῆθος ἐν ταῖς κοιλίαις αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου συναθροισθέντος ἔοικε γίγνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ἐξαιφνίδιος ἥ τε γένεσις αὐτῶν ἐστι καὶ ἡ λύσις, οὐδαμῶς τούτου συμβῆναι δυναμένου κατὰ τὰς τῶν σωμάτων δυσκρασίας. αἱ δὲ μέτριαι βλάβαι καὶ οἷον νάρκαι τοῦ λογισμοῦ τε καὶ τῆς μνήμης ἐπὶ βραχυτέρᾳ καταψύ[82]ξει συμβαίνουσιν, ἤτοι διά τι τῶν εἴσω τοῦ σώματος ληφθέντων φαρμάκων ψυχρῶν, ἢ κατὰ

omnino fuerant obliti, imo nec propria nomina meminerant. Cujusmodi aliquid Athenis in peste accidisse memorat Thucydides; quosdam enim ex iis qui evaserant et se ipsos et suos necessarios ignoravisse. Jam visi sunt et propter extremum senium nonnulli similibus symptomatis tentari. Quo patet et fatuitatem et oblivionem ex refrigeratione creari. Quin etiam medicamenta, quae ejusmodi symptomata inducunt, sunt frigida facultatibus. Ac talia quidem symptomata ipsum cerebri corpus perfrigeratum esse docent, quemadmodum apoplexiae et epilepsiae ex pituitosi humoris multitudine in ipsius cerebri ventriculis collecti gigni videntur. Proinde subitanea est earum tum generatio tum solutio, quod accidere per corporum intemperiem nullo modo potest. At mediocres tum rationis tum memoriae noxae et quasi torpores ex minore refrigeratione accidunt, veluti aut ex medicamento aliquo refrigeranti in corpus assumpto, aut

τῆς κεφαλῆς ἐπιτεθέντων, ἢ καὶ χυμοῦ ψυχροῦ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἠθροισμένου· καὶ παραφροσύναι δὲ πᾶσαι, πλημμελεῖς ὑπάρχουσαι κινήσεις τῆς ἡγεμονικῆς δυνάμεως, ἐπὶ μοχθηροῖς συνίστανται χυμοῖς ἢ δυσκρασίᾳ τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον. ὀνομάζονται δὲ φρενίτιδες μὲν αἱ μετὰ πυρετῶν, μανίαι δὲ αἱ χωρὶς τούτων, ποτὲ μὲν τοῖς δακνώδεσι καὶ θερμοῖς ἑπόμεναι χυμοῖς, ὁποῖος ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς ἐστι μάλιστα, πολλάκις δὲ κατὰ τὴν δυσκρασίαν τὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου συνιστάμεναι· μόναι δ᾽ αἱ μελαγχολικαὶ παράνοιαι ψυχρότερον ἔχουσι τὸν αἴτιον χυμόν. ἡ μὲν γὰρ φρενῖτις οὐδὲ ἁπλῶς ἐπὶ θερμοῖς συνίσταται χυμοῖς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι κατά τε τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰς μήνιγγας. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πυρετοῖς αἱ παραφροσύναι πληθύνοντος ἐν ἐγκεφάλῳ γίγνονται τοῦ τοιούτου χυμοῦ· καὶ ὅσαι γε κατὰ τὰς ἀκμὰς συνίστανται τῶν ὀξυτάτων πυρετῶν, ἀτμὸν δακνώδη καὶ θερμὸν ἀναθυμιώμενον ἴσχουσιν ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον. αἱ δὲ μελαγχολικαὶ παράνοιαι πολυειδεῖς

capiti impofito, aut etiam frigido humore in cerebro collecto. Jam deliria omnia, quae depravati motus principis facultatis funt, in vitiofis humoribus confiftunt vel in eorum intemperie, quae funt in cerebro. Nominantur autem, quae cum febre funt, phrenitides, quae fine febre, maniae, quae interdum mordacas et calidos fequuntur humores, qualis maxime flava eft bilis; faepe etiam e calidiore cerebri intemperie ortum ducunt. Sola vero illa, quae melancholica vocantur, deliria frigidiorem humorem pro caufa habent. Nam phrenitis non fimpliciter a calidis humoribus ortum habet, fed etiam a phlegmone, quum in cerebro, vel ejus involucris generatur. In reliquis vero febribus deliria fiunt, ejusmodi humore in cerebro exuberante. Quae vero acutiffimarum febrium fummo incremento oriuntur, *hae* vaporem aliquem mordentem ac calidum ad cerebrum afcendentem *caufam* habent. Melancholica vero deliria multarum

Ed. Chart. VII. [82.] Ed. Baf. III. (237.)

μέν εἰσι ταῖς κατὰ μέρος ὑπούλοις φαντασίαις, ἓν δ' αὐταῖς ἔοικεν ἁπάσαις ὑπάρχειν κοινὸν, ὃ πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται· ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον ἔχουσα διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. δυσθυμοῦσι γὰρ ἅπαντες ἀλόγως, οὐδ', ἢν ἐρωτήσῃς, ἔχοντες εἰπεῖν ἐφ' ὅτῳ λυποῦνται, δεδίασί τε ἐξ αὐτῶν οὐκ ὀλίγοι θάνατόν τε καὶ ἕτερά τινα μηδενὸς ἄξια δείματος· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ σφοδρῶς ἐπιθυμοῦσι θανάτου. τό γε μὴν ἐπὶ τῇ μελαίνῃ χολῇ καταλαμβανούσῃ τὴν ἀρχὴν τῆς λογικῆς ψυχῆς φόβους τε γίγνεσθαι καὶ δυσθυμίας καὶ θανάτου προσδοκίας, οὐδὲν θαυμαστόν. ὁρῶμεν γὰρ καὶ τῶν ἔξωθεν τοῦ σώματος οὐδὲν οὕτως ἡμῖν φοβερὸν, ὡς τὸ σκότος. ὅταν οὖν οἷον σκότος τι περιχυθῇ τῷ λογιστικῷ μορίῳ τῆς ψυχῆς, ἀναγκαῖον ἀεὶ φοβεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἂν ἀεὶ τὴν αἰτίαν τοῦ φόβου συμπεριφέροντα τῷ σώματι· ὅπερ γὰρ ἡμῖν ἔξωθεν γίνεται κατὰ χρόνον τινὰ, βαθυτάτου σκότους καταλαβόντος τὸν πέριξ ἀέρα, τοῦτο τοῖς μελαγχολῶσιν ἔνδοθέν τε κἀξ αὐτοῦ τοῦ σώματος ὁρμᾶται,

funt fpecierum e corruptis particulatim imaginationibus, unum tamen, quod ab Hippocrate perhibetur, omnibus commune effe videtur; *Si timor et moeftitia multo tempore perdurent, melancholicum ejusmodi fymptoma eft.* Sunt enim omnes praeter rationem moefti, nec fi roges quamobrem moereant, reddere caufam poffunt. Timent autem eorum nonnulli tum mortem, tum alia, quae minime funt timenda. Sunt et qui mortem vehementer expetant. Caeterum quod ab atra bile rationalis animae arcem occupante timor moerorque ac mortis expectatio accidant, nihil mirum: videmus enim etiam eorum, quae extra corpus funt, nihil nos peraeque terrere ac tenebras. Ergo quum veluti quaedam tenebrae rationalis animae parti fint circumfufae, neceffe eft hominem femper timere; ut qui femper una cum corpore fuo timoris caufam circumferat. Quod enim nobis extrinfecus fit, altiffimis tenebris ambientem nos aërem ad tempus aliquod occupantibus, id melancholiae vitio laborantibus, ab

καταλαβούσης τὸν ἐγκέφαλον ἤτοι τῆς μελαίνης χολῆς αὐτῆς, ἤ τινος ἀναθυμιάσεως ἀτμοῦ μελαγχολικοῦ, καθάπερ ἐν τῷ νοσήματι τῷ φυσώδει τε καὶ ὑποχονδριακῷ προσαγορευομένῳ.

interno et ipſo corpore contingit; vel ipſa nigra bile cerebrum occupante, vel aliqua melancholici halitus exhalatione, veluti in morbo, quem flatulentem et hypochondriacum vocant,

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΑΙΤΙΩΝ ΣΥΜΠΤΩΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

Ed. Chart. VII. [83.] Ed. Baſ. III. (237.)

Κεφ. α'. Ὅτι δὲ ὅσα κατὰ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας τε καὶ δυνάμεις ἀποτελεῖται συμπτώματα τὴν αὐτὴν μὲν ἔχει μέθοδον τῆς εὑρέσεως, ἥνπερ καὶ τὰ ταῖς ψυχικαῖς ἐνεργείαις ἐπιγινόμενα, κάλλιον μὲν ἴσως ἐστὶ κἀν τοῖς τούτων εἴδεσι γυμνάσασθαι κατὰ μέρος, ὥσπερ κἀν τοῖς τῶν ψυχικῶν ἐγυμνασάμεθα. τὸ μὲν δὴ κεφάλαιόν ἐστι τῆς εὑρέσεως ἁπάντων τῶν αἰτίων ὅσα λυμαίνεται ταῖς δυνάμεσιν ἡ γνῶσις τοῦ τρόπου καθ' ὃν ἐνήργουν ὑγιαίνουσαι.

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBER TERTIVS.

Cap. I. Quod autem quae in naturalibus tum functionibus tum facultatibus ſymptomata fiunt, eandem inventionis methodum habent, quam quae in animalibus actionibus oboriuntur, praeſtiterit fortaſſis et in horum ſpeciebus particulatim exercitatos eſſe, quemadmodum etiam in iis quae animalium ſunt actionum, ſumus exercitati. Id profecto caput eſt inventionis omnium cauſarum facultates laedentium, cognitio modi quo hae ſanae ſuas functiones obi-

Ed. Chart. VII. [83.] Ed. Baf. III. (237. 238.)

εἰ μὲν γὰρ τῷ τρίβειν ἡ γαστὴρ ἔπεττε τὰ σιτία, περὶ τὸ τρίβειν ἐμποδισθεῖσα τὰ τῆς πέψεως ἀποτελέσει συμπτώματα· μηδ᾽ ὅλως μὲν τρίψασα, τὸ μηδ᾽ ὅλως πέψαι· μοχθηρῶς δὲ τρίψασα, τὸ μοχθηρῶς πέψαι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, εἰ τῷ σήπειν ἔπεττεν, οὐ πέψει τῷ μὴ σῆψαι. εἰ δ᾽, ὡς ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν, αὐτὴ μὲν ἡ πέψις ἀλλοίωσίς ἐστι κατὰ [238] *ποιότητα, γίγνεται δὲ ὑπὸ τῆς γαστρὸς ὁμοιούσης ἑαυτῇ τὰ σιτία, παντί που δῆλον, ὡς ἡ περὶ τὴν ἀλλοίωσιν ἀποτυχία σύμπτωμα γενήσεται πέψεως. εἰ μὲν δὴ μηδ᾽ ὅλως ἀλλοιωθείη, καλεῖται μὲν ἀπεψία τὸ σύμπτωμα, καθάπερ ἀκινησία τε καὶ ἀναισθησία περὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα, σημαινουσῶν ἀπώλειάν τε καὶ στέρησιν τῆς ἐνεργείας τοῦ πρώτου μορίου τῆς ψυχῆς. εἰ δ᾽ ἀλλοιωθείη, οὐχ ὡς προσῆκε δὲ, ἀπεψία μὲν καὶ τοῦτο καλεῖται· σημαίνει δ᾽ οὐ στέρησιν ὡς πρότερον, ἀλλὰ κάκωσιν μόνην. οὔσης δὲ καὶ αὐτῆς τῆς κακώσεως διττῆς, ἢ τῷ βραδύνειν τε καὶ μηδέπω δέχεσθαι τὴν οἰκείαν μεταβολὴν, ἢ τῷ διεφθάρθαι παντάπασιν, ὡς μηδ᾽ ὅλως δύνασθαι τὸν ἐκ τῆς φύσεως κόσμον δέξασθαι,*

bant. Si enim conterendo concoqueret cibos ventriculus, is in conterendo impeditus, concoctionis fymptomata efficiet, fi prorfus non conterat, etiam non prorfus concoquet; fi prave conterat, prave etiam concoquet. Eadem ratione fi putrefaciendo concoqueret, quod non putrefaceret, non concoqueret. At fi, ut nos demonftravimus, ipfa concoctio alteratio in qualitate eft, fit autem a ventriculo cibum fibi affimilante, cuique patet, fruftrationem in alteratione concoctionis fymptoma fore. Quod fi nulla penitus alteratio fuerit, id fymptoma cruditas vocatur, ad eum modum, quo in animae functionibus immobilitas et infenfibilitas, fignificantibus his vocibus actionum primariae animae partis et abolitionem et privationem. Si vero fiat alteratio, fed non ut oportet, cruditas id quoque appellatur: fignificat tamen non ut prius *fymptoma* privationem, fed depravationem folam. Quum autem fit depravatio duplex, vel quod tardet et nunquam convenientem mutationem cibus fufcipiat; vel quod corrumpatur omnino, ita ut naturalem perfectionem prorfus recipere nequeat;

Ed. Chart. VII. [83. 84.] Ed. Baſ. III. (238.)

βραδυπεψίαν μὲν ὀνομάζουσι τὴν προτέραν· ἡ δευτέρα δὲ οὐδὲν ἴδιον ὄνομα κέκτηται. τοσαῦται μὲν οὖν αἱ βλάβαι τῆς [84] πέψεως. αἰτίαι δὲ αὐτῶν, κοινὴ μὲν ἡ τῆς ἀλλοιούσης δυνάμεως ἀποτυχία τοῦ σκοποῦ. διῄρηται δ' αὕτη κατ' εἴδη τε καὶ γένη. τὰ μὲν δὴ πρῶτα δύο γένη τῆς ἀποτυχίας εἰσὶ τὸ μὲν ἕτερον ἡ δύναμις αὐτὴ πεπονθυῖα, τὸ δὲ ἕτερον ἔξωθέν τις πλημμέλεια. διαιρεῖται δὲ ἑκάτερον, ἡ μὲν τῆς δυνάμεως βλάβη κατὰ τρόπον διττὸν, ἤτοι διὰ τὴν ἑαυτῆς οὐσίαν ἢ διά τι νόσημα τῶν ὀργανικῶν· ἡ δ' ἔξωθεν πλημμέλεια τριττὴ μὲν καὶ αὐτή· ἡ μὲν ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα περιττώμασιν· ἡ δὲ ἐν τοῖς σιτίοις· ἡ δὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῶν ὕπνων. ἀλλ' αἱ μὲν κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν τῆς δυνάμεως βλάβαι δυσκρασίαι τινές εἰσι τῶν δραστικῶν ποιοτήτων· αἱ δ' ἀπὸ τῶν ὀργανικῶν νοσημάτων ἐρυσιπέλασι καὶ οἰδήμασι καὶ φλεγμοναῖς καὶ σκίῤῥοις καὶ ἀποστήμασι καὶ ἄνθραξι, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα νοσήματα περὶ τὴν γαστέρα συνίσταται. διὰ ταῦτα μὲν δὴ πάντα κακῶς ἡ γαστὴρ πέττει, τῆς δυνάμεως αὐτῆς ἢ

priorem quidem tardam concoctionem nominant; ſecunda nullum proprium nomen adepta eſt. Tot itaque concoctionis ſunt noxae. Cauſa vero earum communis quidem eſt, alteratricis facultatis a ſcopo *aberrantis* fruſtratio. Ea dividitur tum in ſpecies tum in genera. Ac prima quidem duo genera fruſtrationis ſunt, alterum facultas ipſa affecta; alterum externus quidam error. Dividitur vero horum utrumque; facultatis quidem laeſio *fit* biſariam, aut per ſuam ipſius ſubſtantiam, aut per aliquem morbum organicum. Externus error triplex et ipſe eſt; alius in excrementis ventriculi; alius in cibis; alius in tempore ſomni. Verum quae in propriam facultatis ſubſtantiam *cadunt* noxae, intemperies quaedam ſunt activarum qualitatum; quae vero ab organicis oriuntur morbis, eae in eryſipelatis et oedematis et phlegmonis et ſcirrhis et abſceſſibus et carbunculis et caeteris ejusmodi circa ventriculum partim ſimplicibus, partim compoſitis morbis, conſiſtunt. Propter haec quidem omnia ventriculus male concoquit, ipſa qua concoquit facultate laeſa,

πέττει βλαπτομένης, ἐν μὲν ταῖς δυσκρασίαις κατὰ τὴν οἰκείαν ἑαυτῆς οὐσίαν, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις νοσήμασιν, ὅσα μὲν ἁπλῶς ἐστιν ὀργανικὰ, παραποδιζομένης μόνον, ὅσα δὲ ἐκ δυσκρασιῶν τε καὶ ὀργανικῶν σύνθετα, κατ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους. ἐπὶ ταύταις ταῖς προφάσεσιν ἡ γαστὴρ κακῶς πέττει, κἂν μηδὲν τῶν ἄλλων πλημμελῆται τῶν ἔξωθεν. τὸ ἔμπαλιν δὲ τῆς γαστρὸς αὐτῆς μηδὲν πεπονθυίας, οὐ πέττει τὸ ζῶον ἤτοι διὰ πλῆθος ἄμετρον ἐδεσμάτων τε καὶ πομάτων ἢ διὰ ποιότητα μοχθηρὰν ἢ δι᾽ ἀκαιρίαν ἢ δι᾽ ἀταξίαν ἢ περίττωμα φαῦλον ἢ ὕπνον ὀλίγον. ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν ταῖς μοχθηραῖς τῶν σιτίων ποιότησι καὶ τοῖς περιττώμασιν, ὅσα κατὰ τὴν γαστέρα συνίσταται, μετὰ διαφθορᾶς ἀπεπτοῦσιν, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ δι᾽ ἀταξίαν τε καὶ ἀκαιρίαν. λέγω δὲ ἀταξίαν μὲν, εἰ μῆλα καὶ ῥοιὰς, εἰ οὕτως ἔτυχε, πρῶτα, τελευταῖα δὲ προσφέροιντο λάχανα δι᾽ ἐλαίου καὶ γάρου· ἀκαιρίαν δ᾽, εἰ ἕωθεν, πρὶν ὑπελθεῖν καλῶς τὴν προτέραν τροφὴν, ἢ πρὸ ὀλίγου τῶν γυμνασίων ἀριστήσειεν. αἱ διαφθοραὶ δὲ κνισώδεις μὲν ἐπὶ τοῖς θερμοτέροις τε καὶ χολωδεστέροις ἐδέσμασι

ab intemperie quidem in propria fui ipfius fubftantia; a caeteris vero morbis, qui fimpliciter funt organici, duntaxat impedita; ab iis vero qui ex intemperie et organicis morbis compofiti *funt,* utroque modo *laeditur.* Atque his de caufis venter male concoquit, etiamfi in caeteris externis nullus error fit. Rurfus ventre ipfo minime affecto, non concoquit animal, vel propter eduliorum ac potuum immoderatam copiam, vel propter pravam qualitatem, vel propter tempus inopportunum, vel ob incongruum ordinem, vel vitiofum excrementum, vel fomnum exiguum. Verum a vitiofis ciborum qualitatibus et excrementis quae in ventriculo confiftunt cum corruptione fit apepfia; interdum etiam ob praepofterum ordinem et tempus non opportunum. Dico autem praepofterum ordinem, fi mala *cydonia,* fi ita contingat, et punica primis menfis fumantur, olera cum oleo et garo ultimis. Intempeftivitatem vero, ut fi quis mane antequam prior cibus defcenderit, vel paulo ante exercitationem pranfus fuerit. Porro corruptelae nidorofae a calidioribus ma-

συμπίπτουσιν· ὀξώδεις δὲ ἐπὶ τοῖς ψυχροτέροις φύσει καὶ φλεγματωδεστέροις. οὕτω δὲ κἀπὶ τοῖς περιττώμασιν ὀξώδεις μὲν ὅσα φλεγματικὰ καὶ ψυχρά· κνισώδεις δὲ ὅσα θερμά τε καὶ πικρόχολα. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ γαστὴρ ἐπὶ μὲν τοῖς ψυχροτέροις νοσήμασι τὰς ὀξώδεις, ἐπὶ δὲ τοῖς θερμοτέροις τὰς κνισώδεις ἐργάζεται μεταβολάς. βραδυπεψίας δὲ ἐργάζεται τὰ δυσδιάφθαρτα μὲν, ὑπὲρ τὴν δύναμιν δὲ ἢ ὑπὲρ τὸν ὕπνον. ὅταν δὲ χωρὶς τοῦ διαφθαρῆναι στέρησις παντελὴς γένηται πέψεως, ἰστέον ἐν τῷδε νενικῆσθαι τὴν γαστέρα τελέως ἤτοι διὰ πλῆθος ἄμετρον, ὡς πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως, ἢ διὰ ψῦξιν ἰσχυράν· ἀπεπτεῖ γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις καταστάσεσιν ἡ γαστὴρ, ὡς μηδ᾽ ἐπιχειρεῖν ὅλως πέψαι. ταῦτ᾽ οὖν ἔστω σοι παραδείγματα καὶ τῆς ἐν τοῖς ἀγγείοις ἀπεψίας. εἰς γὰρ τοὺς αὐτοὺς αὖ τρόπους ἀνάξεις κἀκείνας, καὶ πρὸς ἐκείναις γε τὰς κατὰ τὴν τρίτην πέψιν, αἷς ἡ θρέψις ἕπεται τοῦ σύμπαντος ὄγκου, τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἐχούσης πρὸς μὲν τὰς φλέβας τῆς ἐκ κοιλίας εἰς αὐτὰς ἀναδιδομένης τροφῆς, πρὸς δὲ τὰς σάρκας τῆς ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς ἐκείνας,

gisque biliofis accidunt cibis; acidae vero, a frigidioribus natura magisque pituitofis. Ita vero et in excrementis; acidas quidem *creant*, quae pituitofa funt et frigida; nidorofas, quae calida et biliofa. Etiam ipfe venter in frigidioribus nidorofas mutationes facit. Tardas concoctiones efficiunt ea quae aegre quidem corrumpuntur, fed fuperant facultatem aut fomnum. Quum autem citra corruptelam concoctionis omnino eft privatio, fcire licet eo cafu prorfus fuperatum effe ventriculum vel ab immodica multitudine pro facultatis imbecillitate, vel a vehementi frigore; ita enim in tali ftatu ventriculus non concoquit, ut etiam concoquere prorfus non tentet. Ergo haec tibi quoque cruditatis in vafis *fanguinis* oborientis exempla funto. Hanc enim rurfus ad eosdem modos reduces, ficuti ad hanc etiam eam quae in tertia eft concoctione, quam totius molis corporis nutritio fequitur, eandem rationem ad venas habente alimento, quod e ventre in eas defertur; et ad carnes, quod e venis in has

ἥνπερ εἶχε τὰ ἐσθιόμενά τε καὶ πινόμενα πρὸς τὴν γαστέρα. ταῦτ᾽ οὖν ἅπαντα ἡμῖν ἐνεδείξατο προγιγνωσκόμενος ὁ τῆς πέψεως [85] τρόπος. ὅτι γὰρ ἡ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων τοιάδε τις κρᾶσις, ἡ καὶ τὴν ἰδιότητα τοῦ τῆς γαστρὸς ἐργασαμένη σώματος, αἰτία τῆς ἀλλοιώσεώς ἐστι τῶν σιτίων, ἐπιστάμενοι, καὶ ὅτι πλείστην εἰς τοῦτο δύναμιν εἰσφέρεται τὸ θερμὸν στοιχεῖον, ἐποδηγήθημεν εἰς τὴν εὕρεσιν τῶν ἐν ταῖς ἀπεψίαις αἰτίων. ἔστι δὲ οὐ μόνον ἐν ταῖς ἀπεψίαις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ σύμπαντα τῶν συμπτωμάτων γένη, τὸ μὲν οἷον ἀπώλεια τῆς ἐνεργείας ἢ στέρησις ἢ ὡς ἄν τις ἑτέρως ὀνομάζειν ἐθέλοι· τὸ δὲ οἷον ἀτελὴς καὶ ἐλλιπὴς ἐνέργεια· τὸ δὲ μοχθηρά τε καὶ πλημμελής. ἐν μὲν οὖν τῇ γαστρὶ, καθάπερ ἀρτίως εἴρηται, στέρησις μὲν τῆς ἐνεργείας ἐστὶν, ὅταν μηδ᾽ ἐπὶ βραχύτατον ἀλλοιωθῇ τὰ σιτία· πέψις δὲ ἐλλιπὴς ἐν ταῖς βραδυπεψίαις, ὥσπερ γε καὶ ἡ μοχθηρὰ καὶ ἡ πλημμελὴς ἐν ταῖς διαφθοραῖς. κατὰ δὲ τὰς φλέβας ἡ μὲν τῆς ἐνεργείας στέρησις ἐν τοῖς παντάπασιν ὠμοῖς χυμοῖς· ἡ δὲ ἐλλιπὴς ἐνέργεια κατὰ τοὺς ἡμιπέπτους· ἡ δ᾽ αὖ

diftribuitur, quam habent ad ventriculum, quae comeduntur et bibuntur Haec igitur omnia nobis indicavit concoctionis modus praecognitus. Scientes enim, quod quatuor elementorum certa. quaedam temperies, quae proprietatem corporis ventriculi effecit, alterationis ciborum fit caufa, tum quod plurimam in id vim calidum elementum conferat, veluti manu ad caufarum cruditatis inventionem ducti fumus. Eft porro non in cruditatibus modo, fed etiam in omni fymptomatum genere, aliud actionis veluti jactura, feu privatio, feu quomodocunque aliter id nominare libet, aliud imperfecta deficiensque actio, aliud depravata et errans. Atque in ventriculo quidem (ut mox eft dictum) privatio actionis eft, quum cibi ne vel minimam quidem mutationem accipiunt; imperfecta autem coctio in bradypepfiis *confiftit,* quemadmodum depravata et errans in corruptelis. In venis autem privatio actionis eft, quum humores omnino funt crudi; deficiens actio, quum femicocti; depravata, quum vitiofi. Sic et in

πλημμελὴς ἐν ταῖς κακοχυμίαις. οὕτω δὲ καὶ καθ' ὅλην τοῦ ζώου τὴν ἕξιν ἡ μὲν οἷον στέρησις ἐν τοῖς ὠμοῖς κατ' ἐκεῖνα χυμοῖς· ἡ δ' οἷον ἐλλιπὴς ἐν τοῖς ἡμιπέπτοις· ἡ δὲ μοχθηρὰ κατὰ τὰς ἐν αὐτοῖς κακοχυμίας. ἐκ τούτων τῶν κακοχυμιῶν ἐρυσιπέλατά τε καὶ καρκῖνοι καὶ γάγγραιναι γίγνονται, φαγέδαιναί τε καὶ ἄνθρακες, καὶ ἕρπητες, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα. κατὰ δὲ τὴν τῆς θρέψεως ἐνέργειαν ἀτροφία μὲν ἡ στέρησις τῆς ἐνεργείας· ἐλλιπὴς δὲ θρέψις ἡ ἰσχνότης· μοχθηρὰ δὲ ἡ ἐν ταῖς λεύκαις τε καὶ κατὰ τὸν ἐλέφαντα προσαγορευόμενον. αἱ δὲ αἰτίαι τῶν λελεγμένων ἁπάντων συμπτωμάτων αἱ αὐταὶ κατὰ τὸ γένος εἰσὶ ταῖς ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς γαστὸς εἰρημέναις, ἔνιαι μὲν αὐτῶν εἰς ἀῤῥωστίαν δυνάμεως, ἔνιαι δὲ εἰς τὴν τῆς τροφῆς πλημμέλειαν, αἱ τρίται δ' εἰς ἐπιτηδεύματά τε καὶ τὰ προσπίπτοντα τοῖς ζώοις ἔξωθεν ἀναγόμεναι. καὶ κατά γε τὸν αὐτὸν ἐκείναις τρόπον αἱ ἀῤῥωστίαι τῆς δυνάμεως, αἱ μὲν οἰκεῖαι ταῖς τῶν ὁμοιομερῶν δυσκρασίαις, αἱ δ' οὐκ οἰκεῖαι τοῖς ὀργανικοῖς ἕπονται νοσήμασιν. αἱ δὲ πλημμέλειαι τῆς τροφῆς εἰς πλῆθός τε καὶ

toto quoque animalis habitu, quae velut privatio eft, in crudis ifthic *confiftit* humoribus; quae tanquam deficiens eft *functio*, in femicoctis; ficut depravata, in vitiofis humoribus. Porro ex iis vitiofis humoribus eryfipelata, cancri, gangraenaeque nafcuntur; praeterea phagedaenae, carbunculi, ulcera ferpentia aliaque ejusmodi. In nutriendi autem actione, privatio quidem actionis atrophia eft, deficiens vero nutritio gracilitas; vitiofa in leucis et elephantiafi appellata cernitur. Caufae omnium praedictorum fymptomatum eaedem genere funt cum iis, quae fupra de ventriculo funt dictae; quaedam ipfarum ad facultatis imbecillitatem; quaedam ad alimenti depravationem; tertiae ad vitae rationem, et ea, quae extrinfecus animali incidunt, reductae. Ad eundem quoque modum facultatis imbecillitates, quae quidem propriae funt fimilarium, intemperiem, quae non propriae, organicos fequuntur morbos. Depravationes vero nutrimenti in quantitatem et qualitatem humorum dividuntur;

ποιότητα χυμῶν διαιροῦνται, καθάπερ, οἶμαι, καὶ αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων τε καὶ τῶν ἔξωθεν ὁμιλούντων εἰς ἀταξίαν τε καὶ ἀκαιρίαν τινά. ἐπιτηδεύματα δὲ καλῶ νῦν ἱππασίας, ἁλιείας, ἀφροδίσια, λουτρὰ, περιπάτους, πλοῦς, κυνηγέσια, καὶ ἅπανθ᾽ ἁπλῶς ἐν οἷς ἐνεργοῦμέν τι τῷ σώματι. χρὴ δ᾽ οὐκ αὐτῶν δήπου μόνον τῶν συμπτωμάτων διαγνωστικόν τε ἅμα καὶ τῆς γενέσεως εὑρετικὸν εἶναι τὸν ἰατρὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦ τρόπου τῆς γενέσεως αὐτῶν ὡς ἐν τῇ (239) διαφορᾷ τέτακται τῶν ποιητικῶν αἰτίων. οὐ γὰρ εἰ μηδ᾽ ὅλως ἔπεψε μόνον ἡ γαστὴρ ἐπίστασθαι προσῆκεν, ἀλλὰ καὶ διότι, πότερον δι᾽ ὑπερβάλλουσαν ἀσθένειαν τῆς πεπτικῆς δυνάμεως, ἢ διά τι πλῆθος ἄμετρον, ἢ μοχθηροτάτην τινὰ σιτίων ποιότητα. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς σιτίοις σύμπτωμα ῥᾳδίως ἐπανορθοῦται· τὸ δ᾽ ἐπὶ ταῖς ἐσχάταις καταπτώσεσι τῆς δυνάμεως εἰς λειεντερίαν ἢ τὸν καλούμενον τυμπανίαν ὕδερον ἀφικνεῖται· καὶ κατὰ φλέβας δὲ ὡσαύτως οὐ μόνον ἀποτυχίαν αἱματώσεως ἐπισκοπεῖν χρὴ, ἀλλὰ καὶ διότι γίγνεται·

quemadmodum, arbitror, et vitae rationum, et eorum quae extrinfecus appropinquant, errores, in ordinem vitiatum, et intempeftivitatem quandam dividuntur. Voco rationem vitae, equitationem, pifcationem, venerem, balneas, ambulationes, navigationes, venationes, omnia denique, in quibus aliquid corpore agimus. Oportet autem medicum non folum fymptomatum dignofcendorum facultatem habere, ac generationis eorum inveniendae peritum effe, fed etiam modi quo generentur, qui inter effectricum caufarum differentias numeratur. Non enim illud tantum noffe convenit, num ventriculus nihil omnino concoxerit, fed etiam quamobrem; utrumne propter exuperantem concoctricis facultatis imbecillitatem, an ob copiam aliquam immodicam, an peffimam aliquam ciborum qualitatem. Nam fymptoma cibis fuccedens facile corrigitur; quod vero ob extremum facultatis incidit collapfum, in lienteriam, aut tympanitem vocatum hydropa finitur. In venis quoque fimili ratione non folum fanguinis fruftrationem aeftimari conveniet, fed

Ed. Chart. VII. [85. 86.] Ed. Baf. III. (239.)

πότερον δι' ἀῤῥωστίαν τῆς αἱματοποιοῦ δυνάμεως, οὐδὲν γὰρ χεῖρον οὕτως αὐτὴν ὀνομάζειν, ἢ διὰ πλῆθός τι χυμῶν ἀπέπτων τε καὶ ψυχρῶν [86] ἐκ τῆς γαστρὸς ἀναδιδομένων· εὐίατον μὲν γὰρ τοῦτο, θάτερον δ' εἰς ὕδρωπα τελευτᾷ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τῇ σαρκί. διὰ μὲν γὰρ τοὺς ὠμοὺς χυμοὺς οἱ ἐκ νοσημάτων ἀνέδην ἐμφορούμενοι φυσώδεις τε καὶ ὑδαλέοι τὴν ὅλην ἕξιν ἀποτελοῦνται· διὰ δὲ τὴν ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως οἱ ἀνὰ σάρκα προσαγορευόμενοι τῶν ὑδέρων. ἅπασαι μὲν οὖν αἱ μεγάλαι δυσκρασίαι καταβάλλουσι τὴν δύναμιν· ἀλλ' αἱ μὲν ἐπὶ τῷ ψυχρῷ κρατοῦντι τὰ ψυχρὰ τῶν παθῶν ἐργάζεσθαι πεφύκασιν· αἱ δὲ ἐπὶ τῷ θερμῷ τἀναντία. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ περὶ τῆς ὑπολοίπου γιγνώσκειν ἀντιθέσεως καὶ συζυγίας. ἐν ἁπάσαις δ', ὡς εἴρηται, κοινὸν ἡ μεγίστη τοῦ κατὰ φύσιν ἐκτροπή. τὸ γὰρ μηδ' ὅλως ἐνεργῆσαι περὶ τὰ σύμμετρά τε καὶ συνήθη σιτία μεγίστην ἐνδείκνυται τῆς γαστρὸς τὴν δυσκρασίαν· ἀλλ' εἰ μὲν δι' ὑπερβάλλουσαν θερμότητα συμβαίνει τὸ τοιοῦτον, εὐθὺς καὶ διαφθείρεται τὰ σιτία, κοινὴν μέν τινα διαφθορὰν ἐπὶ τὸ

etiam qua ex caufa ea contingat; utrumne ob fanguificae facultatis imbecillitatem (non enim ita ipfam nominare abs re fuerit) an ob multitudinem humorum crudorum frigidorumque qui a ventriculo diftribuuntur; quippe hoc facilis fanationis eft, illud in hydropem terminatur. Ad eundem modum in carne. Ob crudos namque humores, qui a morbis immodice fe fatiant, flatuofi ac toto corporis habitu aquis turgidi redduntur. Ob imbecillitatem vero virium, qui intercutes vocantur hyderi *exiftunt.* Atque omnes quidem magnae intemperies facultatem dejiciunt. Verum quae ex frigido fuperante conftant, frigidos affectus excitare funt idoneae; quae vero ex calido, contrarios: eodem autem modo et in reliqua oppofitione conjugationeque intellige. In omnibus vero, ut dictum eft, communis eft a naturali ftatu maxima everfio. Circa mediocres enim et confuetos cibos nihil omnino effeciffe, maximam ventris intemperiem prodit. Verum fi propter exuperantem calorem tale *quid* accidat, protinus etiam corrumpuntur cibi; generatim quidem cor-

κνισῶδες· ἰδίαν δὲ ἕκαστον, ὡς ἂν φύσεως ἔχῃ. τὰ μὲν γὰρ οἷον βρώμου τινὸς ἢ βορβόρου διαφθειρόμενα· τὰ δὲ ἰχθύων τινῶν ὠμῶν ἢ ἀῤῥήτου τε καὶ ἀλλοκότου σηπεδόνος ἐξόζει. διαμεῖναι γὰρ ἀσήπτῳ θερμαινομένῳ σφοδρῶς οὐδενὶ τῶν ἐδεσμάτων δυνατόν· εὐθὺς δὲ δήπου καὶ διψῶσιν ἀμέτρως οἱ οὕτω διακείμενοι καὶ πυρέττουσιν ἐνίοτε λεπτοὺς καὶ μικροὺς ἑκτικοὺς πυρετούς· εἰ δὲ διὰ ψύξιν ἄμετρον ἀπόλοιτο παντάπασιν ἡ πέψις τῶν σιτίων, ἄδιψοί τέ εἰσι καὶ ἀπύρετοι, καὶ αὐτῶν τῶν σιτίων ἀκριβεῖς ἀποσώζουσι τὰς ποιότητας, εἴτ᾽ ἐρυγγάνειν ἐθελήσειαν, εἴτε καὶ ἐμεῖν. εἰ δὲ καὶ βραχεῖά τις ἐνέργεια παρὰ τὴν πέψιν αὐτῶν γένοιτο, καὶ ἡ τῶν σιτίων φύσις ἤτοι τῆς μέσης εἴη κράσεως ἢ τῆς ψυχροτέρας, ὀξυρεγμιώδεις ἀποτελοῦνται. θερμοτέρων δὲ κατὰ κρᾶσιν ὄντων ἢ καὶ φύσει φυσωδεστέρων, ἐμπίπλαται πνεύματος ἀτμώδους ἡ γαστήρ. εἰς μὲν δὴ τὰς τοιαύτας δυσκρασίας ἐγχωρεῖ διὰ ταχέων αὐτὴν ἀφικέσθαι· καθ᾽ ὑγρότητα δὲ καὶ ξηρότητα δύσκρατος εἰς τοσοῦτον, ὡς ἀπολέσαι τὴν ἐνέργειαν, οὐκ ἄν ποτε γένοιτο γαστὴρ, ἄνευ χρόνου παμπόλλου· καὶ

ruptela quadam, quae ad nidorofum inclinet; fpeciatim vero pro fua quisque natura. Nam alia quum corrumpuntur, tanquam virus; alia tanquam lutum; alia crudos pifces, aut indicibilem alienamque putredinem olent; nullum enim eduliorum vehementer calefactum durare imputre poteft: protinus autem fitiunt quoque immodice qui ita funt affecti, febricitantque interdum tenui parvaque hectica febre. Sin ex frigore immodico periit plane ciborum concoctio, nec fiti nec febri affliguntur, et ciborum ipforum qualitates, five ructare velint five vomere, plane fervant. Quod fi exigua quaepiam circa concoctionem eorum fit actio, et ciborum natura fit vel medii temperamenti vel frigidioris, acidi ructus fiunt; fin calidiore temperie cibi fint, aut etiam natura flatulentiores, ventriculus halituofo impletur fpiritu. In ejusmodi quidem intemperiem brevi incidere poteft ventriculus; in humiditate vero et ficcitate adeo intemperatus venter effe, ut actionem amittat, non potefl fine prolixo temporis fpatio; debet-

χρὴ προηγήσασθαι τῆς μὲν ὑγρότητος ὕδερον· τῆς δὲ ξηρότητος ἤτοι γῆρας ἢ μαρασμόν. ἀλλὰ τὰς μὲν τοιαύτας διελέσθαι διαφορὰς πραγματείας ἑτέρας ἐστίν.

Κεφ. β΄. Ἐπὶ δὲ τὴν καθεκτικὴν δύναμιν ἰτέον ἤδη. γίγνεται γὰρ κατὰ ταύτην ἡ μὲν πρώτη διαφορὰ τῶν συμπτωμάτων τριττὴ, ἤτοι μηδ᾽ ὅλως περιστελλομένη, ἢ ἐλλιπῶς, ἢ πλημμελῶς. τῷ μὲν οὖν μηδ᾽ ὅλως ἢ ἀῤῥώστως περιστέλλεσθαι πνευματώσεις τε καὶ κλύδωνες ἀκολουθοῦσι· πνευματώσεις μὲν, ἐπειδὰν τὰ σιτία φυσώδη καὶ ἡ γαστὴρ ὑπάρχῃ μὴ πάνυ τι ψυχρά· κλύδωνες δὲ, ὅταν ἤτοι μηδὲν ἐν αὐτῇ περιέχηται πνευματοῦσθαι δυνάμενον, ἢ καταψυχθῇ σφοδρῶς, οὐδένα γὰρ ἀτμὸν ἡ τοιαύτη γεννᾷ διάθεσις. πρόδηλον δὲ, ὡς οὐκ ἄνευ πόματος ὁ κλύδων γίγνεται τῇ γαστρί. τοῦ δ᾽ ἄτονον εἶναι ἐσχάτως αὐτὴν αἰτία νόσος ἐστὶν, ἡ μὲν ὡς ὁμοιομεροῦς μορίου τῆς γαστρὸς, ἡ δὲ ὡς ὀργανικοῦ. περὶ δὲ τῶν πλημμελῶν κατ᾽ αὐτὴν κινήσεων [87] ὅτι μὲν ἤτοι τρομώδεις τινές εἰσιν ἢ παλμώδεις ἢ οἷον κλονώδεις ἢ σπασμώδεις, εἴρηται πρότερον ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν

que praeceffiffe humiditatem quidem hydrops, ficcitatem vero vel fenium vel marasmus. Verum tales diftinxiffe differentias alterius eft operis.

Cap. II. Jam ad retentricem facultatem veniendum eft. In hac enim occurrit prima fymptomatum differentia triplex; quum ea vel omnino cibos non complectitur, vel diminute, vel depravate. Quod itaque vel prorfus non complectatur, vel debiliter, et inflationes et fluctuationes cum fonitu fuccedunt; inflationes quidem, quum et cibi flatulenti funt et ventriculus non admodum frigidus: fluctuationes cum fonitu, quum vel nihil in eo continetur, quod verti in flatus poffit; vel quum vehementer perfrigeratus eft, talis enim affectus nullum creat halitum. Conftat autem citra potionem non poffe fieri in ventro fonoras fluctuationes. Extremae vero imbecillitatis ejus caufa morbus eft; alius, ut fimilaris eft pars ventriculus, alius ut organica. De motibus autem in eo depravatis, quod vel tremuli quidam fint vel palpitantes, vel tanquam concuffivi vel convulfivi, di-

συμπτωμάτων διαφορᾶς· ὁποία δέ τις ἑκάστη τῶν εἰρημένων ἐστὶ κινήσεων, ἥ τις τε ἡ καθ' ἑκάστην αὐτῶν αἰτία, διὰ τοῦ προτέρου δεδήλωται λόγου. νυνὶ δὲ τοσοῦτον ἔτι προσθετέον, ὡς ἐπιμίγνυται τά τε νοσήματα καὶ τὰ συμπτώματα τῆς καθεκτικῆς καὶ ἐκκριτικῆς δυνάμεως. αὐτίκα ἡ οἷον σπασμώδης κίνησις τῆς γαστρὸς, ἥπερ ἐν τῷ λύζειν συμπίπτει, σπασμὸς μὲν ἀκριβῶς οὐκ ἔστιν, ὅς γε μόνοις γίγνεται τοῖς μυσὶν, (ἡ δέ γε γαστὴρ οὔτ' αὐτὴ μῦς ἐστιν οὔτε ὁ στόμαχος αὐτῆς) οἷον σπασμὸς δέ τις, ἀμφοτέρων κοινόν τι σύμπτωμα τῶν δυνάμεων· τῆς μὲν καθεκτικῆς, ὅτι μοχθηρῶς τε καὶ οὐ κατὰ φύσιν ἡ γαστὴρ λύζουσα περιστέλλεται τοῖς σιτίοις· τῆς δὲ ἐκκριτικῆς, διότι πρώτως ἐκείνης αὐτῆς ἐστιν ἡ κίνησις ἡ πλημμελὴς, ἀποτρίψασθαί τι τῶν λυπούντων ἐφιεμένης. ἔστι δὲ οὐχ ἡ αὐτὴ κίνησις, ὅτι μηδὲ ἡ αὐτὴ διάθεσις, ἐμοῦσί τε καὶ λύζουσιν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἐμέτοις τὰ κατὰ τὴν εὐρυχωρίαν ἐκκρίνουσιν· ἐν δὲ τῷ λύζειν τὰ κατ' αὐτὸ τῆς γαστρὸς τὸ σῶμα, παραπλησίας τῆς τε διαθέσεως καὶ τῆς κινήσεως

ctum fupra eft in lihro de fymptomatum differentiis; qualis vero dictorum quisque fit motuum, tum quae cujusque eorum caufa, fuperiore libro declaratum eft. Nunc tantulum etiamnum adjiciendum eft, quod tam retentricis quam excretricis facultatis tum morbi tum fymptomata mifcentur. Verbi gratia veluti convulfivus ventriculi motus, qui in fingultiendo accidit, convulfio quidem abfoluta non eft, quae folis accidit mufculis (ventriculus autem neque ipfe mufculus eft, neque ejus orificium) fed veluti convulfio quaedam, ambarum facultatum commune fymptoma; retentricis quidem, quod ventriculus quum fingultit, et prave et non fecundum naturam cibos complectitur; excretricis, quod primum ejus fit ipfe motus depravatus, dum ea, quae molefta funt, expellere conatur. Sane non idem eft vomentibus atque fingultientibus motus, quod non idem fit affectus. Nam vomitionibus, quae in capacitate funt *ventriculi*, ejiciuntur; fingultu quae in ipfo ventriculi funt corpore, fimili tum affectu tum motu, qualem in iis, qui ob intemperiem

γιγνομένης, οἷαν καὶ τοῖς βήττουσι κατὰ δυσκρασίαν ἐδείκνυμεν γίγνεσθαι, πάντων τῶν μορίων τῆς κοιλίας ἐκθλιβόντων τὸ λυποῦν αὐτά. διὰ τοῦτο τοῖς τε ῥιγώσασι τὴν γαστέρα τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα γίγνεται καὶ τοῖς πεπέρεως ἀθροώτερον λαβοῦσιν ἤ τι θερμὸν οὕτω φάρμακον, εἶτ' ἐπιπίνουσι θερμὸν ποτὸν, καὶ μᾶλλόν γε γίγνεται λύζειν αὐτοῖς, ὅταν ἀκριβῶς ᾖ λεπτὸν τὸ πέπερι, μᾶλλον γὰρ ἐγκαταδύεται τὸ τοιοῦτον αὐτῷ τῷ σώματι τῆς κοιλίας. οὕτω δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὅσα ψύχοντά τε καὶ θερμαίνοντα τῷ σώματι τῆς γαστρὸς ἐγκαταβαίνει, τὸ λύζειν ἕπεται, πρώτως μὲν τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως κίνησίς τις οὖσα πλημμελὴς, δευτέρως δὲ καὶ τῆς καθεκτικῆς τε καὶ περισταλτικῆς ὀνομαζομένης. οὕτως δὲ καὶ αἱ ναυτίαι καὶ οἱ ἔμετοι τῆς ἐκκριτικῆς δυνάμεως κινήσεις εἰσὶ πλημμελεῖς, ἐπὶ τῷ τὰ λυποῦντα τὸ σῶμα τῆς γαστρὸς ὅτι τάχιστα κενῶσαι διὰ τοῦ στομάχου. παραπλήσιον δὲ τούτῳ σύμπτωμά ἐστι καὶ τὸ κατὰ τὰς λειεντερίας, ὅταν ὑπό τινος ἡ γαστὴρ ἤτοι δάκνοντος ἢ βαρύνοντος λυπῆται, τοῦτ' ἀποκρίνειν εὐθέως ἐφιεμένη. ὄντων δὲ αὐτῇ δυοῖν

tuffiunt, demonftravimus; omnibus nimirum ventriculi partibus, quae fibi molefta funt, premendo expellentibus. Proinde ejusmodi fymptoma tum iis, quibus ventriculus obriguit, tum iis qui piper aut calidum perinde medicamentum liberalius fumpferunt, deinde calidam potionem fuperbiberunt, accidit; his magis etiam fingultire contingit, quum piper tenuiffime tritum fuerit; nam ejusmodi piper altius in ipfum ventriculi corpus inferitur. Sic et caeteris omnibus refrigerantibus calefacientibusque, quae in corpus ipfum ventriculi defcendunt, fupervenit; eftque is fingultus primo excretricis facultatis motus depravatus; fecundo retentricis ac complectentis nominatae. Ita vero et naufeae et vomitus excretricis facultatis depravati motus funt, ad ea, quae ventriculo molefta funt, quam citiffime per ftomachum vacuanda. Simile huic fymptoma eft et quod in lienteriis *apparet*, quum ventriculus ab aliqua re vel mordaci vel gravante vexatus, ejicere eam ftatim cupit. Quum autem ipfi

Ed. Chart. VII. [87.] Ed. Baf. III. (239. 240.)

στομάτων, ἄνω μὲν τοῦ κατὰ τὸν στόμαχον, ἐν δὲ τοῖς κάτω τοῦ κατὰ τὸν πυλωρὸν, ἐφ᾽ ὁπότερον ἂν αὐτῶν ῥέπη τὸ λυποῦν, ἐκείνῳ συγχρῆται πρὸς τὴν ἔκκρισιν. εἰ δ᾽ ὅλη ποτὲ αὐτῇ συμβαίη τοιαύτη διάθεσις, ἀμφοτέροις ἅμα χρῆται τοῖς στόμασιν, ὡς ἐν ταῖς χολέραις. ἡ δὲ λοιπή τε καὶ τετάρτη δύναμις αὐτῆς ἡ ἑλκτικὴ συμπτώμασιν ἁλίσκεται τριττοῖς μὲν καὶ αὐτὴ κατὰ γένος· ἤτοι μηδ᾽ ὅλως ἕλκειν δυναμένη τὰ σιτία, καὶ καλεῖται τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα στομάχου παράλυσις· ἢ μόγις ἕλκουσα, καθ᾽ ὃν χρόνον ἄρχεται μὲν παραλύεσθαι, παρεῖται δ᾽ οὐδέπω· καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις, ἐπειδάν τι πλημμελῶς. αἱ πλημμελεῖς δὲ κινήσεις εἴρηνται πολλάκις, ὥσπερ οὖν καὶ αἱ διαθέσεις ἐφ᾽ αἷς γίγνονται. συμβαίη δ᾽ ἐνίοτε καὶ βλάστημά τι σαρκῶδες κατὰ τὸν στόμαχον, οἷα κἀκτὸς ὁρᾶται πολλάκις γενόμενα, ὡς ἤτοι παντάπασιν ἀποφράξαι τὴν ὁδὸν τῶν σιτίων, ἢ παραβλάψαι κατά τι. καλεῖται δ᾽ ὀργανικὰ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, καὶ διήρηται περὶ αὐτῶν ἐν τῇ (240) περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς. ἐν μὲν δὴ τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν ἡ γαστὴρ ἕλκει μὲν

duo' fint orificia, unum fuperius ad gulam, alterum inferius ad pylorum, ad utruncunque horum vergit quod laedit, illo utitur ad expulfionem; quod fi toti illi talis affectus aliquando contingat, utroque orificio fimul utitur, veluti in choleris. Reliqua vero quartaque ejus facultas attractrix triplici genere fymptomatum et ipfa corripitur. Vel enim cibos attrahere omnino non poteft, vocaturque id fymptoma ftomachi paralyfis; vel aegre attrahit, quo tempore refolvi quidem incipit, refolutus tamen adhuc non eft; tertium praeter haec eft, quum aliquid depravate *trahit*. Depravati autem motus faepe jam dicti funt, quemadmodum et affectus, quibus fuccedunt. Sane accidit aliquando et carnofum aliquod tuberculum, qualia faepe foris videmus, in ftomacho nafci, quod vel omnino ciborum viam obftruit, vel aliquatenus impedit. Vocantur autem ejusmodi morbi organici, et proditum de iis eft in libro de morborum differentiis. Quum enim fecundum naturam fe habet ventriculus, e fupernis

ἄνωθεν εἰς ἑαυτὴν διὰ τοῦ στομάχου, κάτω δὲ ἐκκρίνει· παρὰ φύσιν [88] δὲ διατεθεῖσα κᾀκ τῶν κάτωθέν τι μεταλαμβάνει. καὶ γὰρ καὶ κλυστὴρ ἐπανῆλθέ τισιν ὡς ἐμεθῆναι, καὶ κόπρος ἐν τοῖς ὀλεθρίοις εἰλεοῖς. ἄμεινον γὰρ οὐχ ἕλκειν αὐτὴν ἐν ταῖς τοιαύταις διαθέσεσιν ὑπολαμβάνειν, ἀλλὰ δέχεσθαι μόνον ὅσον ἂν ὑπὸ τῶν ἐντέρων ἀναθλιβόντων βιαίως ἄνω φέρηται. κατὰ φύσιν μὲν γάρ ἐστιν ἐν τοῖς ἐντέροις, ἤδη γὰρ καὶ περὶ τούτων λέγειν καιρὸς, ἡ περιστολὴ, καθάπερ ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικται, καὶ ταύτῃ χρώμενα προωθεῖ τὴν τροφὴν ἄχρι τοῦ κάτω πέρατος. ἐν διαθέσεσι δέ τισιν, ὅταν ἡ περισταλτικὴ κίνησις ἄρξηται κάτωθεν, ἡ φορὰ τῶν περιεχομένων ἐν αὐτοῖς ἄνω γίγνεται. οὕτω καὶ χυμός τις δριμὺς ἐνίοτε κατενεχθεὶς ἐπὶ τὴν ἕδραν, ἤτοι κατ᾽ ἀγορὰν διατριβόντων ἢ κατ᾽ ἄλλό τι χωρίον ἢ πρᾶξιν, ἧς οὐχ οἷόν τε ἦν ἀπαλλαγῆναι, βιαίως ἐπισχεθεὶς, ἀνηνέχθη πάλιν ἄνω, καὶ τήν τε γαστέρα δάκνει καὶ τὴν κεφαλὴν ἀναθυμιώμενος πληροῖ, τὴν μὲν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἀπὸ τοῦ σφιγκτῆρος λαβὼν ὀργάνου ψυχικοῦ, τοὐντεῦθεν δ᾽ ἑκάστου τῶν ἐντέρων

partibus per ftomachum ad fe trahit, atque per inferiores excernit; quum praeter naturam affectus eft, etiam ab inferioribus aliquid affumit; nam et clyfteres ita nonnullis afcenderunt, ut vomuerint, et ftercus per lethales volvulos. Satius enim eft exiftimemus eum in ejusmodi affectibus non trahere, fed quod ab inteftinis violenter comprimentibus furfum fertur, duntaxat recipere. Nam in inteftinis (jam enim de iis agere tempeftivum eft) fecundum naturam eft comprehenfio, ut aliis in libris demonftratum eft, et hac quum utuntur, nutrimentum ad inferiorem fuum exitum propellunt. In quibusdam tamen affectibus quum periftalticus motus inferne incipit, quae in ipfis continentur, furfum feruntur. Ita quoque humor acer quispiam ad fedem aliquando delatus, ab iis qui in foro vel alio quopiam loco verfantur aut negocio aliquo, quod deferere non licuit, diftringuntur, violenter retentus, rurfus furfum ductus eft, ventriculumque mordet ac caput vaporibus implet, principio quidem motus ab animali organo fphinctere accepto, abhinc

ὠθοῦντός τε αὐτὸ πάλιν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πρὸς τὸ ὑπερκείμενον, ἐν οἵῳ τρόπῳ πρότερον εἰς τὸ κάταντες ὠθοῖτο. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν ἐνίοτε τρόπον καὶ ἡ φῦσα κατασχεθεῖσα παλινδρομεῖ. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν, εἰ καὶ κλύσματός τι καὶ κόπρου ταῖς οὕτω βιαίοις περιστολαῖς τῶν ἐντέρων ἐπαναφέρεταί ποτε εἰς γαστέρα παρὰ φύσιν, εἶθ᾽ οὕτως ὁρμᾶται πρὸς ἔκκρισιν. αἱ δὲ ἕτεραι κινήσεις αὐτῶν ἐκ μὲν τοῦ γένους εἰσὶ τῶν κατὰ φύσιν, ἤτοι δ᾽ ἐλλιπεῖς εἰσιν ἢ πλημμελεῖς, καὶ διὰ τοῦτο καὶ συμπτώματα. ληπτέον δὲ αὐτὰς ἀνάλογον ταῖς ἐπὶ τῆς γαστρὸς εἰρημέναις. οὕτω δὲ καὶ ἡ τῆς κινήσεως αὐτῶν στέρησις, οὐ σμικρότατον οὖσα σύμπτωμα· καὶ γένοιτ᾽ ἄν ποτε καὶ διὰ τοιαύτην αἰτίαν εἰλεὸς, ὥσπερ γε καὶ οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι ποτὲ μὲν οὐδ᾽ ὅλως ἐπιτρέψουσι φέρεσθαι κάτω τοῖς περιττώμασιν, ἔστι δ᾽ ὅτε ἐλλιπῶς· ἀλλὰ καὶ σκληρὰ κόπρος ἔν τινι τῶν ἐντέρων ἕλικι σφηνωθεῖσα κωλύσειεν ἄν ποτε διεξέρχεσθαι κάτω τὴν ὑπερκειμένην κόπρον. καὶ φυλάττεται κἀνταῦθα τοῖς ἐπὶ τῆς γαστρὸς εἰρημένοις ἡ

vero unoquoque inteſtino ipſum a ſe ad ſupra poſitum propellente, ſimili modo quo prius deorſum protrudebat. Ad eundem vero modum flatus retentus recurrit. Ergo mirum non eſt, clysmatis quoque aliquid et ſtercoris ex tam violenta inteſtinorum comprehenſione ad ventrem aliquando praeter naturam ſurſum ferri, deinde ſic ad exitum properare. Caeteri vero eorum motus ex genere quidem motuum ſecundum naturam ſunt, verum vel diminuti, vel depravati, atque idcirco etiam ſymptomata. Accipiendi vero ſunt ad eorum, qui de ventre ſunt dicti, proportionem. Pari modo et motus eorum privatio, quae non leviſſimum ſymptoma eſt: ob eamque cauſam gignitur etiam interdum volvulus, quemadmodum et tumores praeter naturam, qui interdum nullo modo deorſum ferri excrementa ſinunt, interdum vero parciora. Quin et durum ſtercus in quibusdam inteſtinorum anfractibus impactum, ſuperiora deorſum ferri excrementa nonnunquam prohibebit. Ac ſervatur hic quoque ad ea quae de ventre ſunt dicta, proportio, omni-

ἀναλογία πάντων τῶν συμπτωμάτων τῶν τοῖς ἐντέροις ἤτοι διὰ δυσκρασίαν τινὰ συμβαινόντων, ἢ δι᾽ ὄγκους οὐ κατὰ φύσιν, ἢ δι᾽ αὐτὰ τὰ περιεχόμενα περιττώματα. οὔκουν οὐδὲ χρονίζειν ἔτι κατὰ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν λόγον ἄμεινον, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἕτερόν τι αὐτῶν γένος ἰέναι συμπτωμάτων καιρός.

Κεφ. γ΄. Ἔστιν οὖν τι φυσικὸν ἔργον ἀνάδοσις τροφῆς, ἐκ κοιλίας μὲν εἰς ἧπαρ, ἐξ ἥπατος δὲ εἰς ὅλον τὸ σῶμα. καὶ δέδεικται καὶ περὶ ταύτης, ὡς ἕλκοντος ἑκάστου μορίου τὴν οἰκείαν ἑαυτῷ τροφὴν ἐπιτελεῖται. συμπτώματα δὴ τριττὰ καὶ περὶ τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν ἔσται, ποτὲ μὲν ἐλλιπῶς, ἢ μοχθηρῶς, ποτὲ δὲ οὐδ᾽ ὅλως ἐπιτελουμένην. αἱ δὲ αἰτίαι τριτταὶ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν, ἤτοι δυσκρασίαι τῶν ἑλκόντων, ἢ νοσήματα ὀργανικὰ τῶν αὐτῶν τούτων, ἢ τῆς ἀναδιδομένης τροφῆς μοχθηρία. αἱ μὲν οὖν δυσκρασίαι τὴν δύναμιν ἄῤῥωστον ἀποτελοῦσιν, [89] τὰ δὲ ὀργανικὰ νοσήματα τὰς ὁδοὺς στενοχωρεῖ. τῆς τροφῆς δ᾽ ἡ μοχθηρία πάχος τέ ἐστι καὶ γλισχρότης· περὶ δὲ τῆς διαγνώσεως αὐτῶν οὐ νῦν λέγειν καιρὸς, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὰς διακρίσεις τῶν

bus fymptomatis vel ob intemperiem aliqũam vel ob tumores praeter naturam vel ob ipfa quae continentur excrementa, *factis.* Itaque fatius eft in his non oratione amplius morari, imo ad aliud ipforum fymptomatum genus accedere tempeftivum eft.

Cap. III. Eft igitur naturale quoddam opus, alimenti ex ventriculo in jecur, ex jecore vero in totum corpus distributio. Hanc perfici demonftratum eft, quum fingulae partes familiare fibi alimentum alliciunt. Quare fymptomata circa hujusmodi quoque actionem triplicia incident, alias diminute, alias depravate, alias omnino non peractam. Caufae vero triplices funt, quemadmodum in antedictis, vel intemperies *partium* trahentium; vel organici earundem morbi; vel alimenti, quod diftribuitur, pravitas. Ac intemperies quidem facultatem reddit imbecillem; organici morbi vias coarctant; alimenti pravitas eft craffitudo et lentitia, de quorum dignotione dicendi tempus nunc non eft. Sed ad fecretionem excrementorum veniendum.

Ed. Chart. VII. [89.] Ed. Baf. III. (240.)

περιττωμάτων ἰτέον. εἰσὶ δὲ κἀν ταύταις αἰτίαι τριτταί· μία μὲν ἡ τῶν ἐκκαθαιρόντων αὐτὰ μορίων ἀτονία· δευτέρα δὲ ἡ στενοχωρία τῶν ὁδῶν· ἡ δ᾽ ὑπόλοιπος τοῦ περιττώματός ἐστιν αὐτοῦ μοχθηρία. τῆς μὲν οὖν ἀτονίας αἰτία δυσκρασία τετύχηκεν οὖσα· τῆς δὲ στενοχωρίας ἔμφραξις ἢ ὄγκος τις τῶν ὀργάνων. ἀλλὰ τῶν μὲν ὄγκων αἴτιον ὑπάρχει ῥεῦμα χυμῶν εἰς αὐτὸ κατασκῆπτον τὸ σῶμα τῶν ὀργάνων· τῆς δὲ ἐμφράξεως ἤτοι πάχος ἢ γλισχρότης τῶν χυμῶν ἢ βλαστήματα· τῶν περιττωμάτων δ᾽ αὐτῶν ἡ μοχθηρία πλῆθός ἐστι καὶ πάχος καὶ γλισχρότης. ὄντων δὲ τριῶν περιττωμάτων τῆς ἐν ταῖς φλεψὶ πέψεως, ἑνὸς μὲν τοῦ πικροχόλου, δευτέρου δὲ τοῦ μελαγχολικοῦ, καὶ τρίτου τοῦ ὀῤῥώδους, τὸ μὲν πικρόχολον ἡ ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστις ἐκκαθαίρει· τὸ δὲ μελαγχολικὸν ὁ σπλήν· τὸ δὲ ὀῤῥῶδες οἱ νεφροί. καὶ τοίνυν καὶ καθαρθήσεται φαύλως ἕκαστον ἢ διά τι τῶν οἰκείων ὀργάνων ἀῤῥωστῆσαν, ἢ τῶν ὁδῶν στεγνωθεισῶν ὁπωσοῦν, ἅτε δὴ διττῶν ὑπαρχουσῶν τῶν ὁδῶν, ἑτέρων μὲν δι᾽ ὧν ἕλκεται τὸ περιττὸν, ἑτέρων δὲ δι᾽ ὧν ἐκκρίνεται,

Eſt vero in hac quoque cauſa triplex, una quidem partium *excrementa* ipſa expurgantium imbecillitas; ſecunda viarum anguſtia; quae vero ſupereſt excrementi ipſius pravitas. Ac imbecillitatis quidem cauſa intemperies eſt; viarum anguſtiae, obſtructio vel aliquis organorum tumor. Verum tumoris ejusmodi cauſa fluxio humorum eſt, quae in ipſum organorum corpus decumbit; obſtructionis vero, vel craſſitudo humorum vel lentor vel tubercula. Excrementorum ipſorum pravitas eſt multitudo, craſſitudo et lentor. Quum autem triplex ſit in venarum concoctione excrementum, unum amara bilis, alterum melancholicum, tertium ſeroſum: bilioſum quidem veſica jecinori adjacens expurgat; melancholicum, lien; ſeroſum, renes. Itaque etiam vitioſe purgabuntur horum ſingula, vel ob imbecillitatem aliquam propriorum organorum, vel viis quomodocunque obſtructis: quum autem via duplex ſit, alia per quam trahitur excrementum, alia per quam excernitur, in utraque ſecretionem

Ed. Chart. VII. [89.] Ed. Baf. III. (240.)

κατ᾽ ἀμφοτέρας ἡ στενοχωρία βλάψει τὴν διάκρισιν· ἔστι δ᾽ ὅτε τούτων μὲν οὐδὲν ἐβλάβη· τὸ δὲ πλῆθος τοῦ περιττώματος, ὅταν ἄμετρον ᾖ, πᾶν ἐκκαθαρθῆναι μὴ δυνάμενον, ἅμα τῷ αἵματι φέρεται πανταχόσε τοῦ σώματος. τῆς δὲ ἀμετρίας αὐτοῖ διττὸν αἴτιον, ἥ τ᾽ ἀλλοιωτικὴ δύναμις οὐ καλῶς διακειμένη καὶ τῶν ἐδεσμάτων ἡ μοχθηρία· τοῦ μὲν δὴ βεβλάφθαι τὴν δύναμιν ἡ δυσκρασία τῶν μορίων αἰτία, καθάπερ εἴρηται πολλάκις· ἡ δὲ τῶν ἐδεσμάτων μοχθηρία καθ᾽ ἕκαστον τῶν περιττωμάτων ἐστὶν ἰδία· τὰ μὲν γὰρ μελαγχολικώτερα φύσει, τὰ δὲ ὑδατωδέστερα, τὰ δὲ πικρόχολα ταῖς οὐσίαις ἐστὶν, ὡς ἐν τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν λόγοις διῄρηται. καὶ μέν γε καὶ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως ἡ δυσκρασία πρὸς μὲν τὸ θερμότερον ἐκτρεπομένη ποτὲ μὲν τὸ πικρόχολον, ἔστιν ὅτε δὲ τὸ μελαγχολικὸν ἀποτελεῖ περίττωμα· δέδεικται δ᾽ ἐν ἑτέροις ὁποῖόν ἐστιν ἑκάτερον· ἐπὶ δὲ τὸ ψυχρότερον, ἤτοι φλεγματικώτερον ἢ ὑδατωδέστερον. ἀκολουθήσει δ᾽ ἑκάστῳ τῶν περιττωμάτων οἰκεία τοῦ συμπτώματος ἰδέα, τῇ μὲν ὠχρᾷ πλεοναζούσῃ καθ᾽ ὅλον μὲν τὸν ὄγκον ἴκτεροι, καθ᾽ ἓν δέ τι

laedet angustia; aliquando horum nullum laesionis est causa, sed excrementi mutitudo, quum immoderata est, nec tota simul expurgari potest, una cum sanguine per totum corpus defertur. Immoderationis hujus *excrementi* duplex causa, et alteratrix facultas male affecta et alimentorum pravitas. Ac laesae quidem facultatis intemperies partium causa est, ut saepenumero dictum est; alimentorum pravitas cuique excremento respondet: alia namque magis melancholicae naturae sunt, alia magis aquosae, alia magis biliosae, ut in libris de his editis dictum est. Sed alteratricis facultatis intemperies, quae ad calidius sit versa, alias biliosum, alias melancholicum efficit excrementum, (cujusmodi autem utrumque sit, in aliis est traditum) ad frigidius vero *mutata*, vel pituitosius vel aquosius *facit excrementum.* Porro singula excrementa propria symptomatis species comitabitur; pallidam quidem *bilem* quum in toto corpore redundat, regius morbus; quum unam quampiam partem obsidet, erysipelata

Ed. Chart. VII. [89. 90.] Ed. Baf. III. (240.)

μέρος ἐρυσιπέλατά τε καὶ ἕρπητες· τῇ μελαίνῃ δὲ καθ' ὅλον μὲν τὸν ὄγκον ἐλέφας, καθ' ἕν δέ τι μέρος ὁ καρκῖνος· τῷ φλεγματώδει δὲ καθ' ὅλον μὲν τὸν ὄγκον ὁ λευκοφλεγματίας ὀνομαζόμενος ὕδερος, ἐν ἑνὶ δέ τῳ μορίῳ τὸ καλούμενον οἴδημα, λέγουσι δὲ οὕτω τὸν ἀνώδυνόν τε καὶ χαῦνον ὄγκον, ὀῤῥώδεσι δὲ περιττώμασι πλεονάζουσιν, ὅ τ' ἀσκίτης ὀνομαζόμενος ὕδερος ἕπεται, ἔτι τε φλυκταινῶν γενέσεις ἐν ἐκείνοις τοῖς τοῦ ζώου μέρεσιν, εἰς ἅπερ ἀνηνέχθη τὰ περιττά. οὕτω μὲν ἐπειδὰν εἰλικρινὲς ἕκαστον αὐτῶν πλεονάζῃ, μιγνυμένων δ' ἀλλήλοις τε καὶ τῷ αἵματι πάμπολλαι συμπτωμάτων τε καὶ νοσημάτων ἰδέαι συνίστανται, περὶ ὧν οὐκ ἀναγκαῖον ἐν τῷδε μηκύνειν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέρχεσθαι.

Κεφ. δ'. [90] Τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ἡ πρώτη τε καὶ ἀναγκαιοτάτη σχεδὸν ἁπασῶν ἡ θρέψις ἐστὶν, εἶδός τι τῆς ἀλλοιωτικῆς ἐνεργείας ὑπάρχουσα. ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἡ κατὰ τὴν γαστέρα πέψις ἀλλοίωσις· ἔστι δὲ καὶ ἡ ἐν ταῖς φλεψίν· ἔστι δὲ καὶ ἡ καθ' ἕκαστον μόριον, ἐφ' ᾗ τετάρτη τις ἀλλοίωσις,

et herpetes: atram vero in toto quidem corpore elephas; in una quadam parte cancer; pituitofo excremento per universam corporis molem *succedit* hydrops leucophlegmatias dictus; in una parte, vocatum oedema (fic autem vocant doloris expertem ac laxum tumorem) ferofa excrementa quum redundant, tum afcites vocatus hydrops comitatur, tum papularum in iis animalis partibus, in quas perducta excrementa funt, proventus. Ita quidem fit, ubi fingula excrementa fincera redundant; ubi autem inter fe et cum fanguine mifcentur, complures tam fymptomatum, quam morborum fpecies exiftunt, de quibus hic pluribus disputare non eft neceffe; fed ad propofitum redeundum.

Cap. IV. Naturalium actionum prima ac propemodum omnium maxime neceffaria nutritio eft, quae alteratricis actionis quaedam eft fpecies. Eft enim et in ventre concoctio; eft quoque et in venis; eft et in fingulis partibus, in quibus et quarta quaedam eft alteratio, quam affimilationem

Ed. Chart. VII. [90.] Ed. Baf. III. (240. 241.)

ἣν ἐξομοίωσιν ὀνομάζουσιν, οὐ ταὐτὸν μὲν ὄνομα τῇ θρέψει, τὸ δὲ ἔργον οὐχ ἕτερον. ἀποτυγχάνεται δὲ καὶ ἡ θρέψις, ἤτοι μηδ᾿ ὅλως, ἢ ἐλλιπῶς, ἢ πλημμελῶς γιγνομένη, διά τε τὴν θρεπτικὴν δύναμιν, ἧς τὸ γένος ἐστὶν ἡ ἀλλοιωτικὴ, ἢ διὰ τὴν τῆς ὕλης ἔνδειαν, ἢ μοχθηρίαν· ἔνδειαν μὲν ἐν ταῖς ἀτροφίαις, ὅσαι τε ἐλλιπῶς καὶ ὅσαι στερητικῶς ὀνομάζονται· μοχθηρίαν δὲ, ὡς ἐν ἐλέφασί τε καὶ λεύκαις, (241) ὅσα τ᾿ ἄλλα τοιαῦτα. συμβαίνει γὰρ ἐν τῷ προσφύεσθαι τὴν τροφὴν ταῖς σαρξὶν, ἐπειδὰν φλεγματικώτερον ὑπάρχῃ τὸ αἷμα, καὶ τὴν σάρκα γίνεσθαι φλεγματικωτέραν. οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστιν αὐτῇ σαρκί τε εἶναι καὶ φλεγματικῇ σαρκί· ὥσπερ οὐδὲ ταὐτόν ἐστι σαρκί τε εἶναι καὶ μελαγχολικῇ σαρκί· καὶ νὴ Δία γε πικροχόλῳ τε καὶ εὐκράτῳ τε καὶ δυσκράτῳ, καὶ κατὰ τὰς πρώτας ὀνομαζομένας ποιότητας, ὑγροτέρᾳ τε καὶ ξηροτέρᾳ καὶ θερμοτέρᾳ καὶ ψυχροτέρᾳ. πιστεύσεις δὲ τῷ λόγῳ βεβαιότερον, ἐννοήσας τῶν ζώων τὰς σάρκας ἐναίμων τε καὶ ἀναίμων, καὶ πρὸς τούτοις τῶν ἑρπετῶν, ὅσα κατὰ τὸ ἔαρ ὁρᾶται γεννώμενα, καὶ μάλιστ᾿ αὐτῶν ὅσα βοτάναις χλωραῖς

appellant, a nutritione nomine quidem diverfam, fed opere eandem. Fruftratur autem et nutritio, quum vel prorfus non fit, vel diminute vel depravate fit; idque vel ob nutricem facultatem, cujus genus eft alteratrix, vel ob materiae defectum, vel pravitatem; ob defectum quidem in atrophiis, tum quae ex defectu, tum quae ex privatione dicuntur; ob pravitatem vero, ut in elephantiafi et vitiliginibus caeterisque id genus. Accidit enim dum agglutinatur carnibus nutrimentum, ubi pituitofior fanguis eft, carnem quoque effici pituitofiorem; non enim idem eft ipfi carni effe et pituitofae carni effe; ut neque idem eft et carni effe et melancholicae carni *effe;* neque biliofae et temperatae et intemperatae, et in primis, quas vocant, qualitatibus, humidiori et ficciori et calidiori et frigidiori. Certiorem fidem fermoni noftro adhibebis, fi animalium carnes tum fanguine praeditorum, tum exanguium aeftimaveris; ad haec etiam reptilium, quae veris tempore gigni cernuntur, maximeque

Ed. Chart. VII. [90.] Ed. Baf. III. (241.)

ἔοικεν. ἀλλὰ τούτων μὲν ἡ σὰρξ ὁμοιοτάτη ταῖς πόαις ἐστίν· ἑτέρων δὲ λευκὴ καὶ ἄναιμος, ὥσπερ τῶν καράβων τε καὶ πολυπόδων, ἄλλων τε ἄλλη τις· οὐδὲ γὰρ ὀνομάσαι τὰς διαφορὰς αὐτῶν ἔνεστιν, οὕτως ἄπειροι τὸ πλῆθος ὑπάρχουσιν. ὅταν οὖν, ὡς ἐλέγομεν, ὑπὸ φλεγματικοῦ τε ἅμα καὶ γλίσχρου τοῦ αἵματος ἡ σὰρξ τρέφηται χρόνῳ πολλῷ, σὰρξ μὲν ἔτι μένει, μεταλλάττεται δ᾽ αὐτῆς ἡ διαφορὰ καὶ πρὸς ἑτέραν ἰδέαν ἐκτρέπεται, καὶ γίνεται μεταξὺ τῶν ἐναίμων σαρκῶν καὶ ἀναίμων. ἐπειδὰν δὲ τοιαύτη καταστῇ, συμβαίνει λοιπὸν αὐτῇ μηδ᾽ ἐπιχειρεῖν ἔτι τὴν ἐπιφερομένην ἑαυτῇ τροφὴν εἰς ἐρυθρὰν σαρκὸς ἰδέαν μεταβάλλειν, οὐ μᾶλλον ἢ πολύποσί τε καὶ καράβοις· ἐν τούτῳ δὴ καὶ τάχιστα λευκή τε γίγνεται πᾶσα καὶ φλεγματώδης, ὅταν α᾽τή τε μηκέτι δύνηται τὴν τροφὴν εἰς ἐρυθρότητα μεταβάλλειν, ἐπιῤῥέει τε τὸ φλεγματῶδες ἐκεῖνο. οἵαν οὖν ἐξ ἀρχῆς ὁ κάραβος ἔχει τὴν σάρκα καὶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ ὄστρεα, τοιαύτην ἐκ μεταπτώσεως ἴσχουσιν οἱ ταῖς λεύκαις ἁλισκόμενοι· καὶ γὰρ ὀνομάζουσιν οὕτω τὸ πάθημα τῆς σαρκὸς ἀπὸ τῆς χροιᾶς τὴν ὀνομασίαν

ex iis, quaecunque viridibus herbis colore funt fimilia. Caeterum horum caro fimillima ipfis herbis eft; aliorum alba et exanguis, veluti carabi et polypi atque aliorum alia quaedam; neque enim nominare facile eft eorum differentias, adeo infinitae multitudinis funt. Ergo quum, ut diximus, caro longo tempore pituitofo fimul ac glutinofo fanguine nutritur, caro quidem adhuc manet, mutatur tamen ejus differentia et in alteram fpeciem vertitur, fitque media quaedam inter fanguineam exanguemque carnem. Ubi autem talis eft reddita, accidit ei, ut de caetero allatum fibi nutrimentum non magis tentet in rubram carnis fpeciem mutare, quam polypodes et carabi: ita fit, ut tum alba tum pituitofa tota quam citiffime evadat, quum nec ipfa poffit nutrimentum in ruborem transmutare, et pituitofum illud affluat. Ergo qualem ab initio carabus carnem habet fereque omnes oftreae, talem ex transmutatione habent, qui leucis foedantur (ita enim carnis vitium nominant, a colore

Ed. Chart. VII. [90. 91.] Ed. Baf. III. (241.)

θέμενοι· τῆς δέ γε μελαίνης σαρκὸς ἅμα καὶ ὀχθώδους ἀπὸ τοῦ ζώου τοῦ ἐλέφαντος ἐποίησαν τοὔνομα. γίγνεται δὲ κἀκείνη κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῇ λεύκῃ, χρόνῳ παμπόλλῳ μελαγχολικῆς ἐπιῤῥεούσης τροφῆς τῇ σαρκί. τῶν δὲ ἀλφῶν ἡ γένεσις ὁμοειδὴς μέν ἐστι τοῖς εἰρημένοις πάθεσιν, οὐ μὴν αὐτῆς γε δι' ὅλου πεπονθυίας τῆς σαρκὸς, ἀλλ' ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος οἷον λεπίδες τινὲς ἐπιπεπήγασιν οἱ ἀλφοὶ, λευκοὶ μὲν ἐκ φλεγματικοῦ, μέλανες δὲ ἐκ μελαγχολικοῦ γινόμενοι χυμοῦ. πηλίκα δὲ δύναται τροφὴ, καὶ ὡς μέγιστα πρὸς ἀλλοίωσιν σαρκὸς, εἴρηται καὶ Ἀριστοτέλει μεμνημένῳ χωρίων, ἐν οἷς ἀλλοιοῦται τὰ βοσκήματα μεθιστάμενα χρόαν τε καὶ ἄλ[91]λας αἰσθητὰς διαφοράς. ὅσοι δ' οὐ συγχωροῦσιν ὑπὸ τροφῆς ἀλλοιοῦσθαι τὰ τρεφόμενα, κρατουμένου γὰρ οὐ κρατοῦντος ὄνομα ὑπάρχειν τὴν τροφὴν, οὔτε περὶ τῆς κατὰ τὰ ζῶα μεταβολῆς οὔτε πολὺ μᾶλλον ἔτι περὶ τῆς κατὰ τὰ φυτὰ δύνανται λέγειν ὑγιὲς μηδὲν, ἀλλ' ἀποροῦνται παντάπασιν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐναργῶς ἅπασι φαινομένων. τὰ μὲν γὰρ τοῦ Περσικοῦ φυτοῦ τοῦ μετακομισθέντος ἐκ Περσῶν εἰς Αἴγυπτον

albo nomen imponentes) nigrae vero fimul et callofae carni ab elephante animali nomen fecerunt; fit itaque eodem quo leuce modo, melancholico nutrimento ad carnem longo tempore confluente. Vitiliginum autem generatio praedictis affectibus fimilis eft; non tamen tota ipfa caro vitiatur, fed in fuperficie cutis, veluti fquamae quaepiam, vitiligines infiguntur; quae albae quidem ex pituitofo, nigrae ex melancholico exoriuntur. Quanta vero fit alimenti facultas praecipueque ad carnis mutationem, etiam ab Ariftotele eft traditum, ubi meminit regionum, in quibus pecora, quae tam colore quam caeteris differentiis fenfibilibus mutantur, alterantur. Qui vero ab alimento alterari alita non concedunt, quod victi, non vincentis alimentum fit nomen, hi neque de animantium, neque etiamnum magis de plantarum transmutatione quicquam fanum dicere poffunt, fed omnino in rebus unicuique luculentrr apparentibus haerent. Quae de perfica planta ex Perfide in Aegyptum translata *produn-*

Ed. Chart. VII. [91.] Ed. Baf. III. (241.)

οὐδεὶς ἀγνοεῖ· θανάσιμον μὲν ἦν κατὰ τὴν Περσίδα, μετακομισθὲν δὲ εἰς Αἴγυπτον μετέβαλε τὸ κινδυνῶδες, καθάπερ, οἶμαι, καὶ τὸ τῶν παρ᾽ ἡμῖν ἀμπέλων, ὡς ὑπαλλάττουσαι τὰ χωρία διάφορον ἐκφέρουσι τὸν οἶνον· τὰ δὲ τῶν ἄλλων φυτῶν οἱ τὰ γεωργικὰ ἀναγράψαντες ἐδήλωσαν, ὥσπερ γε καὶ τὰ τῶν βοτανῶν οἱ τὰ βοτανικά· μετακομιζόμεναι γὰρ ἐξ ἑτέρων χωρίων εἰς ἕτερα πολλάκις οὐδὲ δυοῖν σταδίοιν διάστημα κατὰ πολλὰς ἀλλοιοῦνται διαφοράς. ἐχρῆν οὖν ὅσοι φάσκουσι κρατουμένου καὶ ἀλλοιουμένου καὶ μεταβαλλομένου τὴν τροφὴν ὑπάρχειν ὄνομα, μὴ τοῦτο μόνον ἐπίστασθαί τε καὶ λέγειν, ἀλλὰ καὶ περὶ λεύκης γενέσεως ἐπιχειρῆσαι διελθεῖν. ἤτοι γὰρ τρεφομένη σὰρξ αἰτία τοῦ παθήματος, ἢ τὸ τῆς τροφῆς μοχθηρόν. ἀλλ᾽ εἴπερ οὐχ ἡ τροφὴ, βούλονται γὰρ οὕτως, ἀνάγκη φάναι τὴν σάρκα. τί ποτ᾽ οὖν αὐτὴ παθοῦσα τὴν τροφὴν οὐκ ἔτι ἑαυτῇ κατὰ πᾶν ὁμοιοῖ; γενήσεται γὰρ οὕτω γε τοῦ πάθους ἡ φύσις αἰτία, πολὺ δ᾽ ἦν ἄμεινον, οἶμαι, τὴν τροφὴν αἰτιᾶσθαι. οὐ μὴν οὐδ᾽ ὅτι τὸ μὲν ὁμοιοῦν ἑαυτῷ τὴν τροφὴν ἔργον ἐστὶ τοῦ τρεφομένου,

tur, nemo ignorat; lethalis ſiquidem in Perſide erat, in Aegyptum autem translata quod inerat periculoſum mutavit; quemadmodum, arbitror, et id vites apud nos, quae quum loca mutant, diverſum afferunt vinum. De aliis vero ſtirpibus tradiderunt qui de agricultura ſcripſerunt, ut etiam de herbis, qui de herbaria; transportatae enim ex aliis in alia loca, ſaepe minori quam duorum ſtadiorum intervallo multis differentiis alterantur. Oportebat igitur, qui ajunt alimenti nomen eſſe rei, quae vincitur, alteratur ac mutatur, eos non id modo ſcire ac dicere, ſed etiam de leuces generatione diſſertationem aggredi. Nam aut quae alitur caro, ejus morbi cauſa eſt, aut alimenti pravitas; ſed ſi alimentum *cauſa non eſt* (ita enim volunt), neceſſe eſt carnem dicere. Quo ergo pacto ipſa alimentum ſibi in totum non aſſimilat? ita enim natura hujus affectionis ducetur cauſa; at multo, arbitror; ſatius erat alimento cauſam imputare. At quod aliti quidem actio ſit ſibi alimentum aſſimilare, aſſimi-

τὸ δ' ὁμοιοῦσθαί τε καὶ μεταβάλλεσθαι πάθος τῆς τροφῆς, διὰ τοῦτο οὐκ ἀδύνατόν ἐστι τῷ πάσχοντι περὶ τὸ ποιοῦν ἀντιδρᾶσαί τι, κᾂν ᾖ σμικρότατον. αὐτὸ γὰρ δήπου ἐναντιώτατον ἐν τοῖς περὶ τούτων λογισμοῖς ἐπεδείξαμεν οὐχ ἡμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν φιλοσόφων ὅσοι δεινότατοι τῶν ὅλων τῆς φύσεως ἐνεργειῶν τε καὶ παθῶν ἐξηγηταὶ γεγόνασι. φαίνεται γοῦν ἅπαντα κᾂν ἰσχυρότερα πολὺ τῶν ὁμιλούντων τυγχάνῃ, πάσχοντά τι πρὸς αὐτῶν αἰσθητὸν καὶ σαφὲς, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὴν πρώτην τούτων ὁμιλίαν, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ γε προϊόντι. καί που καὶ σίδηρος ὁ τμητικώτατος ἠμβλύνθη τέμνων σάρκα μαλακωτάτην, ὅ τε σκληρότατος λίθος ἔσχε τι κοῖλον ἐν ἑαυτῷ χρόνῳ πολλῷ πληττόμενος ὑπὸ τοῦ σταλαγμοῦ. τί δεῖ λέγειν ἔτι περὶ τῶν κεραννυμένων, ἅπαντες γιγνώσκουσιν. κᾂν τε γὰρ εἰς ἀμφορέα ζέοντος ὕδατος ἐμβάλῃς κοτύλην ψυχροῦ, τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν οὐ μόνον ἐνδείκνυται τὴν ἧτταν τῆς κοτύλης, ἀλλὰ καὶ τοῦ νικήσαντος τὸ πάθος· ἐάν τις ἔμπαλιν εἰς ἀμφορέα ψυχροῦ κοτύλην θερμοῦ ἐμβάλῃ, νικηθήσεται μὲν ἡ κοτύλη, πείσεται δέ τι βραχὺ

lari vero et transmutari alimenti paffio, non tamen propterea impoffibile eft, quod in agendo patitur, agenti aliquid etiamfi minimum fuerit, rependere. Ipfum enim maxime contrarium in differtatione de his demonftravimus, neque nos duntaxat, verum etiam philofophorum graviffimi, qui omnium naturae tum actionum tum paffionum interpretes fuerunt. Apparet igitur, omnia, etiamfi multo iis, quibuscum congrediuntur, fint valentiora, aliquid tamen ab ipfis fenfibile manifeftumque pati; et fi non primo ftatim eorum occurfu, at certe temporis proceffu. Nam et ferrum acutiffimum in molliffima carne fecanda eft hebetatum, et duriffimus lapis a guttula longo tempore ictus cavitatem contraxit. Jam quid de iis, quae inter fefe mifcentur, dicendum fit, omnes norunt. Si enim in amphoram aquae ferventis frigidae heminam injicias; quod mixtum ex ambabus eft, non folum expugnationem heminae declarat, fed etiam vincentis paffionem: fi quis rurfus heminam calidae immittat in amphoram frigidae, vincetur quidem hemina, patietur

συμπίπτουσιν, ἢ ἄλλως ἐν ἰσχυρῷ κρύει διατρίψασιν ἐπὶ πλέον, ἴδιόν ἐστι καὶ αὐτὸ τῶν ἐπὶ σηπεδόνι χυμῶν ἀναπτομένων πυρετῶν, οὐ μὴν ἀχώριστόν γε. οὐ γὰρ ἅπασιν αὐτοῖς ὑπάρχει, καθάπερ οὐδὲ αἱ φρῖκαι· αὗται μέν γε οὐ μόνον οὐκ εἰσὶν ἀχώριστοι τῶν τοιούτων πυρετῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἴδιαι. τὸ δὲ τῆς ἀνωμαλίας τῶν σφυγμῶν καὶ τῆς θερμασίας, εἴτ᾽ ἐν ταῖς εἰσβολαῖς εἴτ᾽ ἐν ταῖς ἀναβάσεσι γίγνοιτο, τοῦ γένους μέν ἐστι τῶν τοιούτων πυρετῶν ἴδιον, οὐ μὴν ἀχώριστόν γε οὐδ᾽ αὐτό· πολλοὶ γὰρ χωρὶς ἀνωμαλίας αἰσθητῆς ἐσβάλλουσί τε καὶ ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὴν ἀκμήν. ἔτι δὲ δὴ μᾶλλον οὐδὲ τὸ πολλὰς οἷον εἰσβολὰς ἴσχειν τοὺς παροξυσμοὺς, ὅπερ ἐπιπαροξύνεσθαι καλοῦμεν· ὥσπέρ γε καὶ τὸ τῆς θλίψεως τῶν σφυγμῶν (οὕτω δὲ ὀνομάζουσιν, ὅταν ἀρχομένου τοῦ παροξυσμοῦ μικροὺς ἱκανῶς ἔχωσι καὶ ἀνωμάλους αὐτοὺς) οὐδ᾽ αὐτὸ τῶν τοιούτων πυρετῶν ἀχώρι[118]στον, οὐ μὴν οὐδὲ κοινόν ἐστιν ἑτέρῳ τινὶ γένει πυρετῶν, ἀλλ᾽ ἴδιον ἐξαίρετον τούτων, ὥσπερ καὶ τὸ τῆς ἀνωμαλίας, ὅταν γε μὴ κατά τι σύμπτωμα γίνηται. πολλάκις γὰρ

qui per nivem faciunt iter vel alio modo in vehementi frigore verfantur diutius, proprium eft et hoc febrium, quae ex humorum putredine accenduntur, fed haud quaquam infeparabile. Non enim omnibus ipfis, quemadmodum nec horror, ineft: is enim non folum non infeparabilis eft ab hujusmodi febribus, fed nec ab initio proprius eft. Caeterum pulfuum atque caloris inaequalitatem effe, five per acceffiones five per incrementa, talium generi febrium proprium eft, fed haudquaquam infeparabile; multae enim etiam fine inaequalitate fenfibili incipiunt, atque ad ftatum perveniunt. Jam vero multo minus illud *infeparabile eft*, quod acceffio multas habeat invafiones, quod rurfus exacerbari appellamus. Quemadmodum et pulfuum compreffio (ita vero nominant, ubi incipiente acceffione parvi admodum et inaequales exiftunt) neque id talium febrium infeparabile *eft*, non tamen commune eft alteri ulli generi febrium, fed harum proprium, quemadmodum ipfa inaequalitas, ubi alicujus fymptomatis ratione non accidit. Saepe enim in ipfo ore ventri

ἐν αὐτῷ στόματι τῆς κοιλίας (326) ἠθροισμένου τινὸς χυμοῦ μοχθηροῦ καὶ δάκνοντος ἢ ψύχοντος αὐτὸ, μικροί τε ἅμα καὶ ἀνώμαλοι γίνονται. πλεονάζει μὲν ἐπὶ μὲν τῶν ψυχόντων ἡ μικρότης, ἐπὶ δὲ τῶν δακνόντων ἡ ἀνωμαλία, ἀλλὰ ἐμεσάντων γε ταῦτ᾽ ἄμφω παραχρῆμα καθίσταται. ὅτε δὲ οὐδὲν ἡ γαστὴρ πέπονθε, τοῦ γένους τῶν προκειμένων εἰσὶ πυρετῶν οἱ τοιοῦτοι σφυγμοί. μέγιστον δὲ γνώρισμα τῶν ἐπὶ σήψει πυρετῶν ἐστι καὶ ἡ τῆς θερμασίας ποιότης. οὐδὲν γὰρ ἔχει χρηστὸν, οὐδὲ μέτριον, οὐδ᾽ ὅμοιόν τι τῶν ἐφημέρων, ἀλλ᾽ ὥσπερ εἴρηται καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν πρὸ ἡμῶν ἰατρῶν, δακνώδης πώς ἐστι μᾶλλον, ὡς ἀνιᾷν καὶ διαβιβρώσκειν τὴν ἁφὴν, ὥσπερ ὁ καπνὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τοὺς μυκτῆρας. ἀλλ᾽ ἐν μὲν ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν παροξυσμῶν, ὡς ἂν ἔτι καταπνιγομένου τε τοῦ θερμοῦ καὶ τυφομένων ἔνδον τῶν περιττωμάτων, οὐκ εὐθέως ἐπιβαλλόντων τὴν χεῖρα διαγινώσκεται, χρονισάντων δὲ, τὸ εἰρημένον εἶδος τῆς θερμότητος ἐκ βάθους ἀναφέρεται. καί μοι δοκεῖ τοιοῦτόν τι κατιδὼν Θεμίσων ἴδιόν τε καὶ ἀχώριστον ὑπάρχειν ἅπασι τοῖς πυρέττουσιν ὑπε-

culi collecto quodam pravo humore ac mordente ipſum vel refrigerante, parvi ſimul inaequalesque fiunt. In frigidis quidem humoribus parvitas, in mordacibus vero inaequalitas exuperat: ſed vomentibus haec ambo ſtatim deſiſtunt. Ubi vero ventriculus nihil ejusmodi patitur, generis praedictarum febrium tales pulſus exiſtunt. At vero maximum indicium febrium putridarum eſt caloris qualitas. Nihil enim ſuave, neque moderatum, neque diariis ſimile habet; ſed quemadmodum optimi ante nos medici dixerunt, mordax potius quodammodo eſt, ut laedat mordeatque tactum, veluti fumus oculos ac nares. Verum inter initia acceſſionum, dum adhuc ſuffocatur calor ac ſuccenduntur intus excrementa, non ſtatim admoventibus manum dignoscitur; ſed diutius immorantibus praedictum caloris genus de profundo emergit Ac, ut mihi videtur, quum tale aliquid vidiſſet Themiſon, proprium atque inſeparabile eſſe omnibus febribus exiſtima-

λάμβανεν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου ἐν οἰκείῳ τοῦδε τοῦ λόγου χωρίῳ καὶ αὖθις σκεψόμεθα. τὸ δ' εἰρημένον εἶδος τῆς θερμασίας, τὸ κεντοῦν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἢ διαβιβρῶσκον, ὥσπερ τι φάρμακον δριμὺ, τὴν ἐπιβαλλομένην χεῖρα, σηπεδόνος ἐστὶ χυμῶν ἔγγονον, ἐναργῶς μὲν ταῖς ἀναβάσεσί τε καὶ ταῖς ἀκμαῖς τῶν πυρετῶν φαινόμενον, οὐκ ἐναργῶς, οὐδ' εὐθέως ἐν ταῖς εἰσβολαῖς. ἴδιον δὲ ἀχώριστόν ἐστι τοῦ γένους τῶν ἐπὶ χυμοῖς ἀναπτομένων πυρετῶν καὶ τὸ τάχος τῆς τῶν σφυγμῶν συστολῆς, ἐναργέστερον μὲν ἐν ταῖς ἐπιδόσεσι φαινόμενον, οὐκ ἀσαφὲς δὲ οὐδ' ἐν ταῖς εἰσβολαῖς τε καὶ ταῖς ἀκμαῖς. σύνεστι δ' αὐτοῖς κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ὁ μικρός τε ἅμα καὶ ὁ ταχὺς σφυγμὸς, ἔν τε ταῖς ἀκμαῖς ὁ μέγας τε ἅμα καὶ ταχύς. οὕτω δὲ καὶ ἡ κατὰ τὴν ἐκτὸς ἠρεμίαν πυκνότης ἐναργής ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις πυρετοῖς, οὔτε τοῖς ἐφημέροις οὔτε τοῖς ἑκτικοῖς ὅμοιος ὑπάρχουσα. ἴδιον δὲ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τοιούτων πυρετῶν ἐστι καὶ ἡ τῶν οὔρων ἀπεψία, καὶ ἡ ἀμυδρὰ πέψις ἴδιόν ἐστι γνώρισμα τῶν ἐπὶ χυμοῖς πυρετῶν. οὔτε γὰρ ἄπεπτον οὔτε ἀμυδρῶς πεπεμμένον ἐν τοῖς

bat. Sed de his ſuo loco rurſus agetur. Praedicta autem ſpecies caloris perpugens, ut ita dixerim, aut erodens, veſuti medicamentum aliquod acre impoſitam manum, putredinis humorum ſoboles eſt, perſpicue per incrementa atque vigores febrium apparens; non tamen ſtatim per initia acceſſionum perſpicue *exiſtit.* Proprium praeterea inſeparabile eſt generi febrium, quae ex humorum putredine accenduntur, velocitas contractionis pulſus, evidentior quidem per incrementa apparet, ſed minime obſcura per ipſos vigores atque acceſſiones. Comitatur autem has per initia parvus ſimul ac velox pulſus; per vigorem autem magnus ſimul ac velox. Nec ſecus frequentia ipſa per exteriorem quietem perſpicua eſt in ejusmodi febribus, neque diariis, neque hecticis ſimilis. Maxime proprium praeterea eſt talium febrium urinae cruditas; atque obſcura concoctio proprium indicium eſt febrium ex humoribus conſiſtentium. Neque enim cruda, neque obſcure concocta in febribus diariis

ἐφημέροις φαίνεται. ἑκάτερον μὲν αὐτῶν ἰδίᾳ λεγόμενον ἴδιόν ἐστι γνώρισμα τῶν ἐπὶ χυμοῖς πυρετῶν· ἅμα δ' ἄμφω λεγόμενα κατὰ τὸ παραδιεζευγμένον ἀξίωμα παντάπασιν ἀχώριστα. τῷ γὰρ τοιούτῳ γένει τῶν πυρετῶν τὰ πρῶτα τῶν οὔρων ἤτοι παντάπασιν ἄπεπτα, ἢ ἀμυδρῶς πεπεμμένα συνεισβάλλει. μέγα δὲ καὶ ἀξιόλογον γνώρισμα πέψεως ἐν τοῖς πρώτοις οὔροις οὐδέποτε φαίνεται κατὰ τοὺς τοιούτους πυρετοὺς, ἀφωρισμένης τῆς ἐκ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν μεταπτώσεως, ὑπὲρ ἧς ἔμπροσθεν ἔφαμεν. ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις γνωρίσμασι τῶν προκειμένων πυρετῶν ἐστὶ καὶ τὸ κατὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ παροξυσμοῦ προδεῖξαί τι σύμπτωμα καυσώδους πυρετοῦ. καὶ μέντοι γε καὶ τὰ τῶν ἠπιάλων καὶ λειπυριῶν εἰ φανείη συμπτώματα, καθάπερ οὖν καὶ τὰ τῶν ἡμιτριταίων, ἢ τυφωδῶν, ἤ τινος ἄλλου τοιούτου πυρετοῦ, ἅπερ ἴδια μέν ἐστι τοῦ γένους τῶν ἐπὶ χυμοῖς σηπομένοις ἀναπτομένων πυρετῶν, οὐ μὴν ἀχώριστά γε, καὶ διὰ τοῦτο μὴ παρόντων μὲν αὐτῶν, ἐξ ἑτέρων ἡ διάγνωσις· εἰ παρείη δὲ, οὐ μόνον τοῦ γένους τῶν τοιούτων πυρετῶν, ἀλλὰ καί

exiſtit. Atque alterutra quidem earum ſeorſum dicta proprium eſt febrium putridarum indicium; ſed ambo ſimul dicta per ipſam enunciationis disjunctionem penitus inſeparabilia ſunt. Nam primae urinae in tali febrium genere vel penitus crudae, vel obſcure concoctae ſimul prodeunt. Magnum vero atque inſigne indicium concoctionis in primis urinis nunquam exiſtit per hujusmodi febres, excepta diariarum in has transmutatione, quam paulo ante docuimus. Caeterum praeter haec, quae diximus, indicia propoſitarum febrium, id quoque exiſtit, per acceſſionis vigorem declarare ſymptoma quoddam ardentis febris; quemadmodum ſi quod epialae, ac lipyriae, vel ſemitertianae, vel typhodis, vel alterius talis febris ſymptoma fuerit; quae propria quidem ſunt generis febrium ex putredine humorum conſiſtentium, non tamen inſeparabilia, et ob eam rem, ſi quidem haec minime adfuerint, ex aliis indicium *quaerendum;* ſi vero adfuerint, non ſolum genus talium febrium, ſed et ſpecies

Ed. Chart. VII. [118. 119.] Ed. Baf. III. (326.)

τινος εἴδους ἑνὸς ἐξ αὐτῶν ἐστι δηλωτικά. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ μὴ παύσασθαι τὴν παρακμὴν εἰς ἀπυρε[119]ξίαν, εἴτ' οὖν μεθ' ἱδρῶτος εἴτε καὶ ἄλλως γένοιτο, δυοῖν θάτερον, ἤτοι μεταπτώσεώς ἐστιν ἴδιον, εἰ τὰ πρόσθεν ἅπαντα τῶν ἐφημέρων εἴη γνωρίσματα· εἰ δὲ μηδὲν τούτων εἴη, τῶν ἐπὶ χυμοῖς τινα πυρετῶν εὐθέως ἐξ ἀρχῆς εἰσβάλλειν ἐνδείκνυται. εἰ δέ ποτε φανείη σκληρὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ὁ σφυγμὸς, ἐπισκέπτεσθαι, πότερα πῆξίς τις ἐκ ψύξεως, ἢ ξηρότης, ἢ τάσις σπασμώδης ἐν τῷ σώματι τοῦ κάμνοντος, ἢ φλεγμονή τις, ἢ σκίῤῥος ἐστὶν, εὖ εἰδότας, ὡς ἐπὶ τούτοις μόνοις ὁ σφυγμὸς γίνεται σκληρός. Ἀρχιγένης γὰρ ὅσα πλημμελεῖ περί τε τὴν ἔννοιαν καὶ τὴν διάγνωσιν τοῦ σκληροῦ σφυγμοῦ, διὰ τῆς περὶ τῶν σφυγμῶν πραγματείας αὐτάρκως ἐπιδέδεικται, ἧς δηλονότι τὸν ὁμιλήσοντα τοῖσδε τοῖς γράμμασιν ἐμπείρως ἔχειν ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ μάλιστα τῆς διαγνωστικῆς. τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα τῶν σφυγμῶν καὶ τὰ σημαινόμενα πρὸς αὐτῶν ἅπαντα διὰ μιᾶς ἐξηγησάμεθα πραγματείας, ἣν περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν σφυγμῶν ἐπιγράφομεν· ὅπως δ' ἕκαστον χρὴ δια-

una aliqua ex ipfis fignificatur. Quod fi declinatio minime definat ad integritatem, five per fudorem, five etiam aliter fiat, alterum e duobus erit, aut indicium tranfitus *in aliam febrem*, fi fuperiora omnia diariae fuerint indicia; vel fi nullum ex his fuerit, febrem quandam ex humoribus confiftentem ftatim ab initio invafiffe oftenditur. Si vero pulfus prima die durus exiftat, confiderandum num concretio quaedam ex frigore, an ficcitas, an tenfio convulfifica in corpore laborantis, an inflammatio quaedam, an fcirrhus fit; fcientes quod ex his tantummodo pulfus durus efficiatur. Nam Archigenis errores circa notionem dignotionemque duri pulfus in opere de pulfibus abunde docuimus, in quo verfatus fit oportet qui ad hos libros legendos accedet, ac potiffimum in *ea* parte quae de pulfuum dignotione *agit*. Etenim pulfuum ipforum nomina ac fignificata ab eis omnia omnemque numerum uno volumine indicavimus, quod quidem infcripfimus de differentiis pulfuum. Sed quonam mo-

Ed. Chart. VII. [119.] Ed. Baf. III. (326.)

γινώσκειν, ἐν ἑτέρα πραγματεία λέγεται διὰ βιβλίων τεττάρων, ἣν περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν ἐπιγράφομεν· ὥσπερ γε καὶ τὴν ἑξῆς αὐτῇ τετράβιβλον ἑτέραν περὶ τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων ἐποιησάμεθα· καὶ τετάρτην ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις περὶ τῆς διὰ τῶν σφυγμῶν προγνώσεως, οὐ λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐπιδειξάμενοι τῆς τοιαύτης θεωρίας τὸ χρήσιμον. καὶ εἴ τις ἡμῖν ἐπ᾽ ἀῤῥώστων συμπαρεγένετο, τὴν τῶν βιβλίων θεωρίαν ἔργῳ διαδεικνυμένοις, οὗτος ἐπείσθη τά τε ἄλλα καὶ ὡς οὐκ ἔστιν οὔτ᾽ ἴδιος οὔτ᾽ ἀχώριστος τῶν πυρετῶν τούτων ὁ σκληρὸς σφυγμός. ἀλλ᾽ οὐ νῦν περὶ τούτου καιρός· ἔν τε γὰρ ταῖς εἰρημέναις πραγματείαις καὶ δι᾽ ἑτέρας ὀκτωβίβλου, καθ᾽ ἣν ἐπισκοπούμεθα τὸ περὶ τῶν σφυγμῶν Ἀρχιγένους βιβλίον, αὐτάρκως ἐπιδέδεικται τὰ τοιαῦτα συμπτώματα. νυνὶ δὲ ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον, εἰρήσεται. ὁ σκληρὸς σφυγμὸς οὐκ ἔστιν οὔτ᾽ ἴδιος οὔτ᾽ ἀχώριστος οὐδενὸς γένους πυρετῶν, οὔτε τῶν ἐφημέρων οὔτε τῶν ἐπὶ χυμοῖς οὔτε τῶν ἑκτικῶν· σύνεστι δὲ ὡς τὰ πολλὰ μὲν τοῖς ἑκτικοῖς, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοῖς ἄλλοις δύο

do unumquemque conveniat dignoscere, alio volumine dicimus in quatuor libros *diſtincto,* quod inſcripſimus de dignotione pulſuum: quemadmodum alios deinceps quatuor libros de cauſis pulſuum effecimus; et item quatuor praeter dictos de praenotione ex pulſibus, non ſolum verbis, ſed etiam re ipſa indicantes hujus ſcientiae utilitatem. Et ſi quis nobiscum una acceſſit ad aegros, horum librorum ſpeculationem re ipſa demonſtrantibus, cum caetera ei perſuaſa ſunt, tum *vero etiam illud,* non eſſe *videlicet* durum pulſum aut proprium talium febrium aut inſeparabilem. Sed de hoc nunc non eſt dicendi locus; nam praedictis libris et aliis octo libris, quibus expendimus librum de pulſibus Archigenis, abunde hujusmodi ſymptomata docuimus; hoc loco, quod ſit neceſſarium, tantummodo indicabitur. Pulſus durus neque proprius eſt, neque inſeparabilis cuipiam generi febrium, neque diariae, neque putridae, neque hecticae. Sed hecticae ineſt magna ex parte, atque interdum in aliis duobus generi-

γένεσι κατά τι σύμπτωμα· τοῖς μὲν ἐφημέροις, ἐπειδὰν ἐπ' ἐμψύξει σφοδρᾷ πυρέττωσιν, ἤ τις αὐτοῖς συνυπάρχῃ τάσις νευρώδης· ἔστι δ' ὅτε καὶ δι' ἔγκαυσιν ἰσχυρὰν, ἢ κόπον ἅμα, ἢ ἔνδειαν τροφῆς, ἢ ἀγρυπνίαν ἄμετρον, ἢ κένωσιν, ὅταν ἐπ' ἐνδείᾳ τροφῆς καὶ ταῦτα συστῇ· τοῖς δὲ ἐπὶ σήψει χυμῶν σκληρὸς ὑπάρχει σφυγμὸς, ἐπειδὰν ἤτοι φλεγμαίνῃ τι σπλάγχνον, ἢ σκιῤῥωθῇ, καὶ κατὰ σύμπτωμα δέ τι συνὸν, ἤτοι νευρώδη τινὰ τάσιν, ἢ ξηρότητα, γένοιτ' ἂν καὶ οὕτως σκληρὸς ὁ σφυγμὸς, ὥσπερ καὶ τοῖς ἀκαίρως πιοῦσι ψυχρὸν, ἢ λουσαμένοις ἐν ψυχρῷ, καί τινας ὀπώρας προσενεγκαμένοις δαψιλῶς. κατ' αὐτὸν δὲ τὸν τοῦ πυρετοῦ λόγον, ᾗ πυρετός ἐστιν, οὐδέποτε γίνεται σκληρὸς ὁ σφυγμὸς οὔτε τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς οὔτε τοῖς ἐπὶ σήψει χυμῶν· οὐδὲ γὰρ ὅταν ἐπὶ φλεγμονῇ πυρέττωσι, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὅ τε πυρετὸς ἕπεται καὶ ἡ τοῦ σφυγμοῦ σκληρότης· ἀλλὰ ὁ μὲν πυρετὸς ἐπὶ σήψει τῶν χυμῶν, ἡ δὲ σκληρότης ἐπὶ τῇ διὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν ἀγγείων τάσει. συλλήβδην γὰρ εἰπεῖν ἡ σκληρότης τοῖς χιτῶσι τῶν ἀρτηριῶν ἐγγίγνεται, ἢ διὰ πῆξιν,

bus ob ſymptoma quoddam. In diaria quidem, quoties febris affligit ob perſrigerationem vehementem, vel tenſio quaedam nervoſa ineſt; atque interdum *efficitur* ob aeſtum vehementem, vel laſſitudinem ſimul, vel inopiam alimenti, vel vigilias immodicas, vel evacuationem; quum ob alimentum defectum haec quoque conſtiterint. Per febres autem putridas pulſus quoque durus habetur, quoties in viſcere inflammatio fatigat vel ſcirrhus; et ob ſymptoma aliquod conjunctum, aut nervoſam aliquam tenſionem, aut ſiccitatem, durus quoque ſic pulſus evadit, velut et iis qui intempeſtive frigidam biberunt, aut eadem laverunt et fructus quosdam largiter comederunt. Sed pulſus durus nunquam efficitur per ipſam febrem, qua febris eſt, neque per ipſam diariam, neque per ipſam putridam; neque enim quoties ex inflammatione febris affligit, eodem modo febris ac pulſus durities comitatur; ſed febris quidem ſequitur putredinem humorum; durities autem tenſionem ex repletione vaſorum. Nam, ut ſemel dicatur, durities tunicis arteriarum accedit,

ἢ τάσιν, ἢ ξηρότητα. πῆξιν μὲν οὖν αἱ ἰσχυραὶ καταψύξεις ἐργάσονται· τάσιν δὲ αἵ τε φλεγμοναὶ καὶ οἱ σκίῤῥοι καὶ ἡ τῶν νεύρων ἀνάλογος φλεγμοναῖς [120] διάθεσις· ξηρότητα δὲ αἵ τε κενώσεις αἱ πολυχρόνιοι, ἢ διὰ ῥεῦμα γαστρὸς, ἢ λειεντερίαν, ἢ δυσεντερίαν, ἢ ἐμέτους μακροὺς, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, ὅ τε πολυχρόνιος λιμὸς, οἵ τε καυσώδεις τῶν (327) πυρετῶν οἱ μακροὶ, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν, ὅσοι ξηραίνουσιν ἰσχυρῶς αὐτοῦ τοῦ ζώου τὰ μόρια τὰ στερεὰ, καθάπερ οὖν καὶ οἱ ἑκτικοὶ πυρετοὶ, περὶ ὧν ἤδη λέγειν καιρὸς, ἀπὸ τῆς γενέσεως αὐτῶν ἀρξαμένους.

Κεφ. ί. Γίνονται τοίνυν οἱ ἑκτικοὶ καλούμενοι πυρετοὶ κατὰ διττὸν τρόπον, ὡς τὰ πολλὰ μὲν ἐπὶ τοῖς καυσώδεσιν, ἤτοι μηκυνθεῖσιν εἰς τοσοῦτον, ὡς ἐκδαπανῆσαι τῷ χρόνῳ τὴν ἰκμάδα τοῦ τῆς καρδίας σώματος, ἢ καὶ μενούσης ἔτι συχνῆς. ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐχ ἑκτικοὶ μόνον εἰσὶν, ἀλλὰ ἤδη καὶ μαρασμώδεις· οἱ δ' ἔτι μενούσης τῆς ὑγρότητος γιγνόμενοι, τὸ σῶμα τῆς καρδίας αὐτὸ καταλαβόντες, ἐντεῦθεν

vel propter concretionem, vel tenfionem, vel ficcitatem. Concretionem igitur refrigeratio vehemens committit; tenfionem vero inflammatio ac fcirrhus, atque etiam nervorum proportione refpondens inflammationibus difpofitio; ficcitatem vero evacuationes diuturnae vel ob alvi fluorem, vel lienteriam, vel dyfenteriam, vel vomitum longum, vel aliud iftiufmodi, et fames diuturna atque ardentes febres, diuturnae et, ut in totum dicatur, quaecunque vehementer exiccant ipfius animalis partes folidas, velut et hecticae; de quibus nunc dicere fuerit tempeftivum, ab earum generatione exorfis.

Cap. X. Quae igitur febres vocantur hecticae, duobus modis ortum habent magna ex parte febribus ardentibus, quae vel prorogantur adeo, ut confumant fpatio temporis humorem corporis cordis, vel etiam quum adhuc multus permaneat. Illae igitur non folum hecticae, fed etiam tabidae jam exiftunt. Hae vero quae manente adhuc humore fiunt, corpus ipfum cordis prehendentes, inde maxime ac-

ἀνάπτονται μάλιστα, καθάπερ ἡ τῶν λύχνων φλὸξ ἐκ τῆς θρυαλλίδος. ἡ μὲν δὴ μία γένεσις αὐτῶν εἴρηταί μοι· ἡ κατάλοιπος δ' ἐστὶν, ὅταν ἐξ ἀρχῆς εὐθέως εἰσβάλλωσι, τὴν πρώτην γένεσιν ὁμοίαν ποιησάμενοι τοῖς ἐφημέροις ἐπὶ λύπῃ καὶ θυμῷ καὶ κόπῳ πλείονι μετ' ἐγκαύσεως ἅμα γινομένῳ. τούτους μὲν οὖν τοὺς πυρετοὺς οὐ χαλεπόν ἐστιν ἰᾶσθαι· τοὺς δ' ἐξ αὐτῶν εἰς μαρασμὸν ἀφικομένους ἀμαθίᾳ τῶν ἐπιστατούντων ἰατρῶν, οὐ μόνον οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ οὐδὲ δυνατόν ἐστιν ἰᾶσθαι συστάντας γε ἀκριβῶς ἤδη, καὶ μηκέτ' ἀρχομένους. ἡ γάρ τοι φύσις αὐτῶν ἐστι ξηρὰ καὶ θερμὴ, παραπλήσιόν τι πασχούσης τῆς καρδίας, οἷόν περ ἡ θρυαλλὶς ἐν τοῖς λύχνοις, ἐπειδὰν ἐπὶ πλεῖστον ἐκκαυθῇ. θρύπτεται γὰρ ἡ οὕτω φρυγεῖσα καὶ διαλύεται, καὶ τὸ συνεχὲς ἀπόλλυσιν ὑπὸ κραυρότητος, ὡς μηδ' εἰ παραχέοις ἄφθονον ἔλαιον, ἀναφθῆναι δύνασθαι φλόγα δαψιλῆ. περισπείρεται τοιγαροῦν ἐν αὐτῇ ἡ μικρὰ καὶ ἄτονος φλὸξ, ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐλάττων γιγνομένη, μέχρι περ ἂν ἀποσβεσθῇ. ὁ μὲν ἀκριβῶς μαρασμώδης πυρετὸς τοιοῦτός ἐστιν, οὐ ταὐτὸν ὑπάρχων

cenduntur, quemadmodum lucernarum flamma ex ellychnio. Atque una quidem ejus generatio a me eſt prodita. Reliqua autem eſt, quoties ſtatim ab initio invaſerint, primum ſui ortum diariis ſimilem facientes ob moerorem, iram, laſſitudinem magnam cum aeſtu contractam. Has igitur febres ſanare nequaquam difficile eſt; quae vero ex eis devenerint in marasmum inſcitia medicorum, qui curationi praefecti fuerunt, eas ſanare non ſolum non facile, ſed etiam impoſſibile eſt, quoties plane jam confirmatae fuerint, nec amplius incipiant. Earum enim natura calida ac ſicca exiſtit, quum cor ſimiliter afficitur ac ellychnium in lucerna, quoties plurimum crematum fuerit. Etenim ita exuſtum comminuitur atque diſſolvitur, perditque continuitatem prae ariditate, ut neque ſi affundas abunde oleum, queas rurſus accendere flammam copioſam. Parva enim atque infirma flammula in ipſo diſpergitur, ac ſemper minor efficitur, usquequo extincta ſit. Atque exacte quidem tabida febris hu-

νόσημα τῷ πάθει τῷ μαρασμῷ. τουτὶ μὲν γὰρ ἐπί τε τῶν γηρασάντων γίγνεται χωρὶς πυρετοῦ, σβεσθείσης αὐτοῖς τῆς ἐμφύτου θερμότητος, ὅπερ δὴ καὶ μάλιστα θάνατος ἄλυπός ἐστι καὶ κατὰ φύσιν ἐπὶ ξηρότητι συνιστάμενος, ὥσπέρ γε καὶ τῶν παρὰ φύσιν μαραινομένων ἐκεῖνο τὸ εἶδος, ὃ προσαγορεύει Φίλιππος ἐκ νόσου γῆρας, εἰς ὃ πολλοὺς εἴδομεν οὐ πρεσβύτας μόνον, ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐμπεσόντας. ὁ δὲ μαρασμώδης πυρετὸς οὐ ξηρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ θερμόν ἐστι πάθος. ἀποσβέννυται δὲ κατὰ τοῦτο πολὺ θᾶττον ἡ ἐν τῷ ζώῳ θερμότης καὶ μαραίνεται σύμπαν τὸ σῶμα, δίκην δένδρου καταξηρανθέντος ἐσχάτως, ἤτοι διὰ χρόνου μῆκος, ἢ διὰ φλογὸς γειτνίασιν, ἢ σφοδρὸν καὶ ἄμετρον αὐχμόν. ἀλλὰ περὶ μὲν ὅλης τοῦ μαρασμοῦ διαθέσεως, ὁποία τίς ἐστιν, ἰδίᾳ γέγραπται.

Κεφ. θ'. Τῶν δ' ἑκτικῶν πυρετῶν, ἐπειδὴ διττόν ἐστι τὸ εἶδος, ὡς ἄρτι διώρισται, τὰς διαγνώσεις ἐφεξῆς λέγωμεν. ὁ μὲν δὴ [121] συνεμπίπτων τῷ μαρασμῷ πυρετὸς ἑκτικὸς ἑτοιμότατός ἐστι καὶ προχειρότατος γνωσθῆναι. πρὶν

jusmodi exiftit, nec eadem eft cum affectu marcore. Hic enim in iis efficitur, qui confenuerunt, fine febre, extincto in illis nativo calore (quae potiffimum moerore vacua mors eft, ac fecundum naturam ex ficcitate confiftens) velut et in iis qui emarcent praeter naturam, genus illud *efficitur*, quod Philippus nominat ex morbo fenectam, in quam multos novimus non fenes folum, fed etiam pueros incidiffe. Febris autem tabida non folum ficca, fed et calida affectio eft. Extinguitur autem per eam multo celerius calor in animali, atque tabescit totum corpus inftar arboris prorfus arefactae, vel ob temporis longitudinem, vel flammae vicinitatem, vel fortem atque immoderatum fqualorem. Sed de tota marcoris affectione, qualis fit, feorfum diximus.

Cap. XI. Quum autem hecticarum febrium duplex genus fit, ut ante definivimus, indicia deinceps explicemus. Febris igitur hectica cum marcore coincidens promptiffime ac facillime cognosci poteft. Prius enim quam tangas pul-

μὲν γὰρ ἅψασθαι τῶν τε σφυγμῶν καὶ τῆς θερμασίας, ὀφθαλμοὺς κοίλους ἀμέτρως θεάσῃ, καθάπερ ἐν βόθροις τισὶν ἐγκειμένους, ἐξ ἀπωλείας ἁπάσης αὐτῶν τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, ὡς καὶ τῶν ὀστῶν οἷς ἐπιπέφυκε τὰ βλέφαρα φαίνεσθαι τὰς ἐξοχάς. καὶ μὴν καὶ λῆμαι κατ᾽ αὐτοὺς ἐμφαίνονται ξηραὶ, καί τις αὐχμώδης διάθεσις, οἷα μάλιστα τοῖς πολλὴν διελθοῦσι κόνιν δι᾽ ὅλης ἡμέρας ἐν ἡλίῳ θερμῷ. ἀπόλωλε δὲ καὶ τῆς χρόας αὐτὸ τὸ ζωτικὸν ἄνθος, τοῦτο μέν γε καὶ τῷ προσώπῳ παντὶ συμβέβηκε, καί τις ἄμετρος αὐχμὸς ἐμφαίνεται τοῦ τε δέρματος ἅπαντος τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ μάλιστα τοῦ κατὰ τὸ μέτωπον, ὡς διὰ ξηρότητα σκληρόν τε εἶναι καὶ περιτεταμένον, οὐ μὴν οὐδ᾽ ἀνατείνειν ἐπιπλέον οἷοί τέ εἰσι τὰ βλέφαρα, παραπλησίως τοῖς νυστάζουσιν ἀεὶ διακείμενοι. καὶ μέντοι καὶ μύουσιν ὡς τὰ πολλὰ, καθάπερ ὑπνώττοντες· ἔστι δ᾽ οὐχ ὁ ὕπνος αὐτῶν τὸ πάθος, ἀλλ᾽ ἐγρηγόρσεως ἀδυναμία. ἐκτετήκασι δὲ καὶ αἱ σάρκες αἱ κατὰ τοὺς κροτάφους, ὡς φαίνεσθαι συμπεπτωκότα καὶ κοῖλα τὰ χωρία. καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ ὀστᾶ καὶ δέρμα τὸ σύμπαν εἰσίν; ὥστ᾽ εἰ καὶ γυμνώσας αὐτοὺς ἐπισκέπτοιο τὰ κατὰ

fum atque calorem, oculos fupra modum cavos videbis, quafi in fovea quadam conditos, ob totius humidae eorum fubftantiae confumptionem; ita ut offa, quibus palpebrae annexae funt, promineant. Quinetiam lippitudines in eis vifuntur aridae, ac quaedam fqualida difpofitio, qualis maxime ineft eis, qui per pulverem multum tota die in fole calido fecerunt iter. Flos ipfe praeterea vividus coloris periit, atque id toti faciei accidit, et immoderatus fqualor habetur totius cutis circa faciem, maximeque circa frontem, ita ut propter ficcitatem dura atque intenfa fit; non tamen queunt palpebras ipfas multum attollere, perinde affecti femper, ut qui dormituriunt. Quinetiam connivent magna ex parte, quemadmodum qui dormitant. Eft autem talis affectio nequaquam fomnus, fed impotentia vigilandi. Carnes praeterea extabuerunt circa tempora, ita ut ea loca collapfa cavaque appareant. Etenim quid aliud quam offa ac cutis funt? ita ut fi eos denudes, in ventre nullum fupereffe inte-

τὴν γαστέρα, δόξει σοι μηδὲ τῶν ἐντέρων τι μήτε τῶν σπλάγχνων μηδὲν ἀποσώζεσθαι, καὶ τὸ ὑποχόνδριον ἀνεσπᾶσθαι σφοδρῶς εἰς τὸν θώρακα· εἰ δὲ καὶ ἅψασθαι βουληθείης αὐτῶν, τὸ μὲν δέρμα καρφαλέον ἐσχάτως ἐστὶ, καὶ εἰ ἀνατείναις ἐπιλαβόμενος τοῖς δακτύλοις, ὥσπερ βύρσα τις ἵσταται· ὁ δὲ σφυγμὸς ἰσχνὸς καὶ σκληρὸς καὶ ἀμυδρὸς καὶ πυκνός· ἡ θερμασία τε κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἐπιβολὴν ἀμυδρὰ, μετ᾽ ὀλίγον δὲ τό τε δριμὺ καὶ τὸ διαβρωτικὸν ἐνδείκνυται, καὶ μᾶλλον, ἢν ἐπιπλέον ἐγχρονίσῃς ἁπτόμενος. οὐδὲν ἔτι χρὴ τῶν λοιπῶν μνημονεύειν γνωρισμάτων ἐν οὕτω σαφεῖ πράγματι. βέλτιον γὰρ ἐπὶ τὸν ἀρχόμενον ἔτι μαρασμὸν ἀπάγειν τὸν λόγον. ἄρχεσθαι δὲ λέγω τὸν μαρασμὸν, ὅταν ἡ σύμφυτος ὑγρότης ἡ ἐν ἑκάστῳ σώματι παρεσπαρμένη κατὰ τὰς μεταξὺ χώρας τῶν ὁμοιομερῶν, ἐξ ἧς πρῶτον τρέφεται τὰ μόρια, κινδυνεύῃ μηκέτ᾽ εἶναι κατὰ τὸ τῆς καρδίας σῶμα. μέχρι μὲν γὰρ τοῦ σώζεσθαί τι ταύτης, ἑκτικὸς μόνον ὁ πυρετός ἐστιν, οὐ μὴν ἤδη γέ πω καὶ μαρασμώδης· ὅταν δὲ εἰς κίνδυνον ἥκῃ τοῦ μηκέτ᾽ εἶναι τῆς τοιαύτης ὑγρότητος μηδὲν, ὁ ἀκριβὴς ἤδη μαρασμὸς συνίσταται. χαλεπὴ

ſtinum, nec ulla viscera, atque hypochondria ipſa retracta eſſe ad thoracem admodum videantur. Quod ſi libeat illos tangere, cutis quidem perquam arida exiſtit, et ubi attollas apprehendens digitis, quaſi corium quoddam ſtat. Pulſus autem tenuis, durus, obſcurus ac frequens *habetur*. Calor autem primo quidem accurſu debilis, ſed paulo poſt acer atque erodens apparet, ac magis ubi tangendo diutius immoreris. Sed minime convenit reliqua indicia commemorare in re tam perſpicua. Itaque ſatius eſt, ut ad ipſum marcorem adhuc incipientem oratione veniamus. Marcorem ergo incipere dico, quoties humor inſitus in unoquoque corpore diſperſus per loca media partium ſimilarium, ex quo partes primum aluntur, fere in ipſo corpore cordis nullus amplius ineſſe videtur. Quousque enim aliquid ipſius ſervatur, hectica febris tantummodo eſt, nondum tamen marasmodes. Quum vero res eo periculi devenerit, ut fere nihil amplius hujus humoris exiſtat, exquiſitus jam marcor conſiſtit. Dif-

μὲν οὖν καὶ ἡ τῶν ἑκτικῶν ἁπάντων πυρετῶν ἐστι διάθεσις, ὅταν γε τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον ὑπερβῶσιν. ὁρίζω δὲ τὴν ἀρχὴν οὐχ ἡμερῶν ἢ ὡρῶν ἀριθμῷ, καθότι μηδ᾿ ἐν τοῖς ἄλλοις νοσήμασιν, ἀλλὰ τῷ ποιῷ τῆς διαθέσεως. ἐν γὰρ τῷ πρῶτον ἐκτρέπεσθαι τῆς κατὰ φύσιν εὐκρασίας τὸ σῶμα τῆς καρδίας οὔθ᾿ ἡ σύμφυτος ὑγρότης ἀπόλωλεν εὐθέως οὔθ᾿ ἡ δύναμις ἀῤῥωστεῖ, ἀλλὰ πρῶτον μὲν οἷον ζέσις τις γίνεται τῆς ὑγρότητος, ἐν ᾧ δὴ καιρῷ ῥᾷστον ἰᾶσθαι τὸν τοιοῦτον πυρετὸν, ὡς ἂν μηδὲν τῆς δυνάμεως ἤδη πεπονθυίας· ἐφεξῆς δὲ καὶ δαπάνη τις ἐπὶ τῇ ζέσει, καὶ ταύτης ἐπιπλέον ἤδη προερχομένης καὶ αὐτὰ τὰ ὁμοιομερῆ σώματα, τὰ οἷόν περ στοιχεῖα τῆς καρδίας, ξηρότερά τε καὶ ἀτροφώτερα γίγνεται, καὶ ἡ δύναμις ἄῤῥωστος εἰς τοσοῦτον, εἰς ὅσον περ ἂν ἥ τε ξηρότης ἐν αὐτῇ κρατῇ καὶ ἡ θερμότης, ὧν ἤρκει καὶ θάτερον ἐπικρατῆσαν ἄτονον ἐργάσασθαι δύναμιν. ὁ τοιοῦτος πυρετὸς ἤδη πως ἐπαμφοτερίζει καὶ μέσος ἐστὶ τοῦ τ᾿ ἀνιάτου παντάπασιν ἐκείνου τοῦ μαρασμώδους καὶ τοῦ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένου τοῦ κατ᾿ ἀρχὰς ἔτι ῥᾷστου θεραπεύεσθαι. πλάτη

ficilis ergo cujuslibet hecticae febris dispofitio eft, quoties ipfius principii tempus praeterierit. Definio autem principium, non dierum vel horarum numero, quemadmodum neque in caeteris morbis, fed ipfa qualitate dispofitionis. Etenim dum ccorpus ipfum cordis discedit ab ipfa temperie naturali, non flatim infitus humor perit, neque facultas debilitatur, fed in primis velut ebullitio quaedam efficitur ipfius humoris, quo tempore talis febris facillime curatur; quippe quod facultas nihildum perpeffa eft. Deinceps autem confumptio quaedam fit ob ebullitionem, eaque ipfa amplius jam procedente, ipfa etiam corpora fimilaria, quae velut elementa cordis *exiftunt,* ficciora evadunt, minusque alimenti fentiunt, ac facultas debilis redditur tantum, quantum ficcitas ac caliditas in eo exuperat, e quibus alterum fufficiens erat, ut exuperans infirmam redderet facultatem. Talis febris jam quodammodo medio genere ambigit, ac media eft infanabilis penitus illius tabidae ejusque quam paulo ante diximus adhuc incipientem facillime poffe curari. Atque in ea per-

δ᾽ ἐστὶ [122] κἀν τούτῳ πάμπολλα· διότι καὶ τῆς διαθέσεως αὐτῆς οὐκ ὀλίγη τις ἡ παρὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὑπάλλαξις. ὁ μὲν οὖν ἴσον ἀπέχων ἑκατέρων τῶν πυρετῶν, τοῦ τ᾽ ἀκριβῶς ἤδη μαρασμώδους καὶ τοῦ μηδέπω μηδὲν ἔχοντος τοιοῦτον, μέσος πώς ἐστι καὶ πρὸς τὴν ἴασιν ἀμφίδοξον ἔχων τὴν ἐφ᾽ ἑκάτερα ῥοπήν· ὁ δ᾽ ἐγγυτέρω τοῦ μαρασμώδους ἤδη κινδύνῳ πελάζει, καθάπερ καὶ ὁ θατέρου τοῦ πρώτου πλησίον οὐκ ὀλίγας ἔχει σωτηρίας ἐλπίδας. ἑξῆς οὖν ἐπὶ τὰς διαγνώσεις αὐτῶν ἰτέον, καὶ πρῶτον γε τοῦ λύεσθαι δυναμένου ῥᾳδίως, ἢν μὴ περιπέσῃ τινὶ τῶν πολλῶν τοιούτων ἰατρῶν. ἔστι δὲ μόνος μὲν ὑφιστάμενος, οὐ χαλεπὸς ἐπιγνωσθῆναι, συνεπισπώμενος δέ τινα τῶν ἐπὶ σήψει χυμῶν, δυσφώρατος ἤδη γίγνεται διὰ τὴν ἐπιμιξίαν. ὑπο(328)κείσθω δὲ πρῶτος αὐτὸς μόνος ἐπί τινι τῶν προειρημένων αἰτίων συνιστάμενος, καὶ φαινέσθω γε κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν ἅπαντα ἐπ᾽ αὐτοῦ τὰ γνωρίσματα τῶν ἐφημέρων πυρετῶν τοῦ γένους. συνεμφαίνεται μὲν οὖν αὐτοῖς εὐθέως καὶ ἡ ἰδέα τοῦ προκατάρξαντος αἰτίου, καὶ δειχθήσεται καὶ τοῦτο τοῦ λόγου

quam multa latitudo exiftit, quoniam non parva affectionis ipfius permutatio majoris minorisque ratione. Itaque quoties ab utraque febre discedit aequaliter, ab exquifite fcilicet tabida, eaque quae nondum quippiam ejusmodi habet, media quodammodo eft, et ad curationem ambiguum habens in utroque momentum. Quae autem tabidae propior eft, jam periculo proxima eft, quemadmodum priori alteri propinquior fpem obtinet non parvam fanitatis. Sed tempus eft, ut ad earum indicia tranfeamus; et primum quidem illius, quae poteft facile curari, nifi in vulgarem quempiam medicum incidat. Eft autem, ubi fola confiftit, nequaquam difficilis cognitu; implexa autem cuipiam putridae, deprehenfu difficilis jam exiftit ob permixtionem. Sed primam fubjiciamus ipfam folam ex quadam caufa praedicta confiftere, atque appareant in ea prima die cuncta febrium diariarum generis indicia. Simul igitur cum eis apparebit ftatim caufae procatarcticae fpecies, atque id indicabitur proce-

προϊόντος. ἀλλὰ καὶ πυθομένους αὐτοῦ τοῦ κάμνοντος ἔνεστι μαθεῖν, εἰ τὰ ἄλλα διακείμενος ἀμέμπτως, ἐπὶ μόνῳ τῷ θυμωθῆναι σφοδρῶς ἢ λυπηθῆναι πυρέττειν ἤρξατο. καὶ εἰ φαίνοιτο ταῦθ' οὕτως ἔχοντα, καὶ παρατείνοιτο κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν ὁ πυρετὸς, μήτ' εἰς ἀπυρεξίαν ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ μηδὲ σφοδρότερος γινόμενος, αὐχμηρότερός γε φαινόμενος, ὑποπτεύειν ἑκτικὸν ἔσεσθαι τὸν τοιοῦτον· εἰ δὲ κἂν τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ἄσιτος ὑπερβάλλειν ἐθελήσειε τὰς ὑποπτευομένας ὥρας τοῦ διὰ τρίτης παροξυσμοῦ, καὶ μήτε προσθήκη τις γένοιτο μήτε ἀφαίρεσις ἀξιόλογος, ἀλλὰ τὸ τοῦ πρώτου πυρετοῦ λείψανον τὸ σμικρὸν ἐκτείνοιτό τε καὶ παραμένοι σὺν αὐχμηρῷ τῷ σώματι, καὶ τῇ θερμασίᾳ κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἐπιβολὴν τῆς χειρὸς ἐπιεικεῖ φαινομένῃ, χρονιζόντων δὲ δριμείᾳ καὶ δακνώδει καὶ αὐχμηρᾷ προσπιπτούσῃ, τὸν τοιοῦτον πυρετὸν ἑκτικὸν ὑπολαμβάνειν εἶναι. μέγιστον δέ σοι καὶ ἀναμφισβήτητον ἔσται γνώρισμα τῆς φύσεως αὐτοῦ, θρέψαντι τὸν ἄνθρωπον, ἡνίκα μάλιστα δοκεῖ βεβαίως ὑπερβεβηκέναι τὰς ὑπόπτους ὥρας ἁπάσας. εὐθέως γὰρ ἐπὶ τῇ

dente oratione. Sed interrogando aegrotum ipfum licebit discere, fi aliis in rebus non male affectus, ex ira vehementi tantummodo vel moerore febricitare inceperit. Quod fi videantur haec ita fe habere, febrisque extendatur usque in fecundum diem, nequaquam definens ad integritatem, fed neque vehementior evadens, fi fqualidior quidem appareat, fuspicari hecticam fore talem debes. Quod fi tertio die fine cibo transmittere voluerit fuspectas horas acceffionis, quae tertio quoque die *prehendere folet,* ac neque additio ulla facta fit neque imminutio infignis, fed primae febris parvae reliquiae extendantur, permaneantque cum fqualido corpore et calore, miti quidem in primo occurfu manus apparente, moranti autem diutius acri, mordaci et fqualido occurrente, talem febrem hecticam effe exiftimare *debes.* At vero maximum tibi atque certiffimum indicium erit naturae ejus, nutrito homine, quando certiffime videtur tranfiviffe omnes horas fuspectas. Statim enim a cibo poft unam horam vel

τροφῇ μετὰ μίαν ὥραν ἢ δευτέραν ἅπασι τοῖς ἁπτομένοις τοῦ κάμνοντος ἑτέραν ἐπίδοσιν ὁ πυρετὸς ἐσχηκέναι δόξει. καί τις καὶ τοῖς δοῦσι τὴν τροφὴν ὡς ἀκαίρως θρέψασιν ἐγκαλέσει, καὶ ὡς κατ᾽ αὐτὰς μάλιστα τὰς ὥρας τοῦ παροξυσμοῦ, καὶ ὡς ἐχρῆν ἐπὶ πλείω χρόνον ἐπιμετρῆσαι, καὶ ὡς ὑστέρησεν ἡ ἐπισημασία. τὸ δ᾽ οὐχ οὕτως ἔχει. πᾶσι γὰρ τοῖς ἑκτικοῖς πυρετοῖς ἴδιον ἀχώριστον ὑπάρχει τοῦτο, τὸ τροφῆς προσενεχθείσης ἀνάπτεσθαι μὲν τὴν θερμασίαν, ἐπιδιδόναι δὲ τὸν σφυγμὸν εἰς μέγεθος καὶ τάχος, ὡς ἄθλιπτον δοκεῖν ἐπισημασίαν γεγονέναι. προσαγορεύω δὲ ἄθλιπτον, ἐν ᾗ μήτε φρίκη τις ἐγένετο, μήτε περίψυξις τῶν ἄκρων, μήθ᾽ οἷον εἰς ὕπνον τις καταφορὰ, μήτε νωθρότης τις ἐπίσημος, ἢ ἀνωμαλία τις ὅλως ἤτοι κατὰ τὴν θερμασίαν, ἢ κατὰ τοὺς σφυγμοὺς, ἔτι δὲ μᾶλλον οὐδὲ σμικρότης, οὐδ᾽ ἀμυδρότης, οὐδ᾽ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ᾽ ὡς ἂν καὶ ἄλλῳ τινὶ τραφέντι μείζων αὐτίκα καὶ θάττων σφυγμὸς ἀποτελεσθείη. γίνεται μὲν οὖν ποτε καὶ κατ᾽ ἄλλους τινὰς πυρετοὺς ἄθλιπτος ἀνάβασις, καὶ ὅσον γε ἐπὶ τούτου, δόξειεν ἂν οὐκ εἶναι αὐτῶν ἑκτικῶν ἴδιον ἀχώριστον σύμπτωμα· διαφέρει μὲν

alteram omnibus tangentibus aegrum alterum incrementum febris ipfa habuiffe videbitur. Nec deerit qui increpet, tanquam intempeftive dantes cibum, et ipfo potiffimum tempore acceffionis, et *dicat* diutius fuiffe expectandum, et tardaffe acceffionem. Sed res non ita fe habet. Cuilibet enim hecticae febri proprium infeparabile id eft, ut ingefto cibo calor accendatur, pulfusque in magnitudinem ac velocitatem increscat; ita ut laboris expers infultus acceffionis effe videatur. Laboris expertem voco, in quo nec horror extitit, nec frigus extremorum, neque fomnus degravans, neque pigritia infignis, vel inaequalitas quaedam penitus, vel in calore, vel in pulfu, imo nec etiam parvitas, neque debilitas, neque aliud hujusmodi quicquam, fed tanquam alii cuipiam nutrito pulfus major ftatim ac velocior redditur. Accidit autem interdum et in aliis quibusdam febribus incrementum laboris expers: et, quod quidem ex ipfo eft, videbitur minime effe hecticae febris fymptoma proprium infeparabile.

οὐκ ὀλίγον, εἰ τὸ σύμπαν ἄθροισμα τῶν εἰρημένων γνωρισμάτων ἐπιβλέπεις. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις ἅπασι πυρετοῖς αἱ τοιαῦται εἰσβολαὶ ἄθλιπτοι γίνονται χωρὶς τοῦ τραφῆναι· κατὰ δὲ τοὺς ἑκτικοὺς πᾶν τὸ [123] ἐναντιώτατον, οὐδ᾽ ὅλως ἐπισημασία γίνεται κατ᾽ οὐδένα χρόνον, ἀλλ᾽ εἷς ἐστι συνεχὴς πυρετὸς ὥσπερ, ὁ καλούμενος ἰδίως σύνοχος. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν ὥσπέρ τινα φλόγα παμπόλλην ἀπαντῶσαν ἔχει τοῖς ἐπιβάλλουσι τὴν χεῖρα, πρὸς τῷ καὶ τοὺς σφυγμοὺς ταχίστους καὶ πυκνοτάτους καὶ μεγίστους ὑπάρχειν αὐτῷ· κατὰ δὲ τοὺς ἑκτικοὺς πυρετοὺς οὔτε πλῆθος ἀπαντᾷ θερμασίας, οἵ τε σφυγμοὶ τοσοῦτον μικρότεροι καὶ ἀραιότεροι καὶ βραδύτεροι τῶν ἐν τοῖς συνόχοις εἰσὶν, ὅσον περ καὶ τὰ τῆς θερμότητος ἐλάττω.

Κεφ. ιβ΄. Κοινὸν μὲν οὖν ἁπάντων τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν βληχροῖς τε εἶναι καὶ ἴσοις διὰ παντὸς, ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρχῆς ἕως τῆς ἐσχάτης τελευτῆς· ἴδιον δὲ τοῖς τῶν μαρασμῶν συγγενέσιν ἡ ξηρότης, ἐπεί τοι πολλάκις ἄνευ ξηρότητος ἑκτικοὶ συνίστανται πυρετοὶ, μὴ μεταπίπτοντες εἰς μαρασμὸν, οἷοι καὶ νῦν ἐγένοντο παμπόλλοις ἐν

Sed non parum differt, fi ad univerfam dictorum indiciorum collectionem refpexeris. In omnibus enim aliis febribus tales acceffionum infultus laboris expertes exiftunt etiam citra alimentum ingeftum. In hectica autem penitus contrarium *evenit,* nullo enim tempore acceffionis infultus prehendit, fed una continua febris eft, velut ea quae continens proprie nominatur. Sed haec quidem quafi flammam quandam permultam occurrentem habet imponentibas manum; praeterea pulfus quoque velociffimus, frequentiffimus, maximusque ei exiftit. In febre autem hectica neque caloris multitudo occurrit, ac pulfus tanto minor, rarior, tardiorque eft quam in continente, quanto calor ipfe minor habetur.

Cap. XII. Commune igitur cujusvis hecticae febris eft, ut exigua fit atque aequalis femper a primo initio usque ad ultimum finem. Proprium autem ejus, quae tabi affinis exiftit, ficcitas eft; quoniam hectica febris faepenumero fine ficcitate confiftit, nequaquam tranfiens in marcorem, qualis

τῷ λιμῷ τῷ μεγάλῳ. τῶν μὲν οὖν συνόχων διαφέρουσιν, ὡς εἴρηται, οἱ ἑκτικοὶ πυρετοί· τῶν δὲ ἄλλων τῶν ἀθλίπτους ἐχόντων τὰς ἐπισημασίας αὐτῷ μάλιστα τούτῳ διαφέρουσι, τῷ θλίψιν μέν τινα πάντως ἐκείνοις προσγίγνεσθαι τραφεῖσιν ὑπὸ τὴν εἰσβολὴν τοῦ παροξυσμοῦ, τοῖς δ' ἑκτικοῖς τὴν οἷον ἄθλιπτον ἐπισημασίαν ἐπὶ ταῖς τροφαῖς συμπίπτειν, οὐκ οὖσαν μὲν, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, ἐπισημασίαν, ἐξαπατῶσαν δὲ τοὺς ἀγυμνάστους περὶ τὰ τοιαῦτα τῷ τε πλήθει τῆς θερμασίας καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ τάχει τῶν σφυγμῶν. ἐναργέστερον δὲ κατὰ τὴν ἑξῆς ἡμέραν ὁ τοιοῦτος ἐπιγνωσθήσεται πυρετὸς, ἐπιμελέστερον ἔτι παραφυλαξάντων ἡμῶν, ἄχρι πόσου παραμένει τὰ μετὰ τὸ τραφῆναι τὸν ἄνθρωπον ἔν τε τοῖς σφυγμοῖς ἀλλοιωθέντα καὶ περὶ τὴν θερμασίαν. εὑρεθήσεται γὰρ ἄχρι τοσούτου ἠλλοιῶσθαι τὰ φαινόμενα σύμπαντα σαφῶς, ἄχρι περ ἂν ἡ ἀπὸ τῆς τροφῆς ἀνάδοσίς τε καὶ πρόσθεσις ὑγραίνηται τὸν αὐχμὸν τῆς καρδίας, εἶτ' αὖθις εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς κατάστασιν ἐπανερχόμενα τὴν πρὸ τοῦ τραφῆναι τὸν ἄνθρωπον. εἰ τοίνυν ἐν ἑτέρῳ καιρῷ θρέψειας

etiam nunc multis in magna penuria contigit. Febris igitur hectica diffidet a fynocho, quemadmodum dictum jam eft. Ab aliis autem laborum expertes acceffionum habentibus infultus eo ipfo maxime diffidet, quod laborum anguftiam quandam illae omnino habeant poft alimentum fub ipfam acceffionis invafionem; hecticae autem poft alimentum velut acceffionis infultus quidam laborum expers contingat; qui, ut paulo ante docui, minime acceffio habetur, fed imperitos circa talia decipit ob caloris tum multitudinem tum magnitudinem velocitatemque pulfus. Talis autem febris fequenti die planius cognoscetur, fi diligentius obfervaverimus, quamdiu permaneat, ubi cibum fumpferit aeger, ipfa pulfus caloris que alteratio. Invenies enim tamdiu permanere omnium, quae manifefte apparent, alterationem, donec diftributio alimenti atque adjectio fqualorem cordis humefaciat; deinde rurfus ad priftinum redire ftatum, qui erat antequam fumeret alimentum. Si igitur alio tempore nutrias ipfum

αὐτὸν ἐν τῇ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ, καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ κατὰ τὴν ἑξῆς, εὑρήσεις ὃ λέγω γινόμενον, αὐξανομένην μὲν ἐπὶ τῇ τροφῇ τὴν θερμασίαν, ἀλλοιουμένους δὲ, ὡς εἴρηται, τοὺς σφυγμούς. ἔοικε γὰρ αὐτοῖς συμβαίνειν οἷόν τι κἀπὶ τῆς τιτάνου καὶ τῶν λίθων τῶν διατεθερμασμένων. εἰ γὰρ καὶ ψυχρότατον ὕδωρ αὐτῶν καταχέεις, πολὺ θερμότεροι φαίνονται, τρεφομένης, ὡς ἔοικε, τῆς αὐχμώδους ἐν αὐτοῖς θερμασίας ὑπὸ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας. ἥτις μὲν οὖν ἐστιν ἡ αἰτία δι' ἣν τοῦτο γίγνεται, τῶν φυσικῶν προβλημάτων ἐστίν· ὅτι δὲ οὕτως γίγνεται, μαθεῖν ἔνεστιν ἅπαντι τῷ πειραθῆναι βουληθέντι. λαβὼν γοῦν ἐπὶ τὴν χεῖρα βῶλον τιτάνου καταφρονεῖ τῆς αὐτῆς θερμασίας καὶ οὐκ αἰσθάνεται· εἰ δὲ ἀποτιθέμενος χαμαὶ καταχέεις αὐτῆς ὕδωρ, ὄψει μὲν αὐτίκα μάλα θερμαινομένην τε καὶ οὕτω ζέουσαν, ὥσπερ οἱ λέβητες, ὅταν ὁμιλήσωσι παμπόλλῃ φλογί· θεάσῃ δὲ καὶ ἀτμὸν οὐκ ὀλίγον ἀναφερόμενον ὑπ' αὐτῆς· εἰ δὲ καὶ ἅψασθαι τολμήσειας ἐν τῷδε, καυθήσῃ ῥᾳδίως. οὕτως ἄρα πρός γε τὴν αἴσθησιν ἡ ὑγρὰ θερμότης οὐκ ὀλίγῳ τινὶ τῆς ξηρᾶς ἐναργεστέραν ἔχει τὴν δύναμιν. ὅτι δὲ ξηρὰ θερμότης ἐστὶν ἡ κατὰ τοὺς ἑκτικοὺς

ſequenti die, rurſusque alio tempore ſequenti die, invenies, quod fieri dico, augeri quidem calorem poſt cibum, pulſumque ipſum, ut dictum eſt, alterari. Conſtat enim illis id accidere, quod calci ac lapidi calefacto. Si enim eis affundas frigidiſſimam aquam, multo calidiores ſentiuntur, tanquam calor ſqualidus in eis ab humida ſubſtantia nutriatur. Quae autem cauſa ſit, ob quam ita eveniat, quaeſtio naturalis exiſtit; ſed quod ita efficiatur, cuivis tentare volenti diſcere licet. Ubi enim manibus ſumas glebulam calcis, contemnes ejus caliditatem ac minime ſenties: ubi vero deponens ipſam humi, affundas illi aquam, perſpicies ſtatim admodum calefieri, atque adeo fervere, ut lebetes, quoties in multa flamma verſentur. Videbis praeterea vaporem ab ea haud exiguum efferri; quod ſi audeas tangere, facile deureris. Ad hunc igitur modum ad ipſum ſenſum humidus calor non paulo habet vim evidentiorem quam ſiccus. Caeterum quod calor ſiccus exiſtat per hecti-

πυρετοὺς, οἷς ἕπεται μαρασμὸς, ἔνεστί σοι κἀντεῦθεν μαθεῖν· οὐδεὶς ἐξ ἀρχῆς εὐθέως ἑάλω τοιούτῳ πυρετῷ τῶν ὑγρὰν ἐχόντων [124] τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, ἀλλ᾽ ὅσοι καὶ φύσει ξηρότεροι, καὶ μάλιστα εἰ σὺν τούτῳ θερμοὶ τὴν κρᾶσιν εἶεν, εἵλοντό τε βίον ἐν πόνοις καὶ ἀγρυπνίαις καὶ φροντίσι καὶ διαίτῃ λεπτῇ, τούτοις εἴωθεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς εἰσβάλλειν ἑκτικὸς πυρετὸς ἐπὶ θυμοῖς ἢ λύπαις· ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον εἰ θέρους ὥρᾳ συμπέσοι καὶ κατάστασις θερμὴ καὶ ξηρὰ καὶ χωρίον τοιοῦτον. ὅρος δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τὸ κατὰ τὸν χρόνον, ἐν ᾧπερ οἱ ἐφήμεροι διὰ παρακμῆς ἐπιεικοῦς εἰς ἀπυρεξίαν ἔρχονται, πρὸς τῷ μηδὲν αὐτοῖς γίγνε(329)σθαι τοιοῦτον, ἐναργῶς ἐπιτείνεσθαι τὴν ξηρότητα. τότε γὰρ πρῶτον ὑποχωρήσας τῶν ἐφημέρων, ἑκτικὸς ἤδη γίνεται. τῆς δ᾽ οἷον αὐξήσεώς τε καὶ τελείας συμπληρώσεως αὐτοῦ ὅρος ἕτερός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν τρίτην ἡμέραν παροξυσμός· εἰ γὰρ, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἴρηται, κατὰ τήνδε μήτ᾽ εἰσβάλλει τις ἕτερος παροξυσμὸς μήτ᾽ ἀπύρεκτος ὁ κάμνων γένοιτο, τῆς ξηρότητος ἐπιτεινομένης αὐτῷ, βεβαίως ὁ τοιοῦτος ἤδη τῶν ἑκτικῶν ἐστι,

eam febrem, cui fuccedit marcor, hinc discas licebit. Nemo ftatim ab initio correptus eft tali febre, qui corporis habitum habuerit humidum; fed qui ficcior natura exiftit, maximeque ubi calidus quoque temperamento fit, et qui vitam delegit in labore, vigiliis, cura ac victu tenui, is affolet ftatim ab initio detineri hectica febre ex ira ac moerore; ac multo magis, quoties aeftas et conftitutio calida ac ficca locusque ejusmodi fuerit. Principium autem ejus terminatur, quoties eo tempore, quo diaria per declinationem mitiorem deducitur ad integritatem, adeo nihil ejusmodi ipfi accidit, ut ficcitas perfpicue intendatur; tunc enim primum fuccedens diariae hectica jam efficitur. Definitur praeterea aliter ejus incrementum atque perfecta generatio per acceffionem tertiae diei. Si enim, ut paulo ante diximus, eo die alia acceffio minime prehendat, neque aeger fine febre exiftat, fed ficcitas ipfi conftanter intendatur, talis febris haud dubie jam hectica eft, ac proceffu temporis marasmodes fine mora

Ed. Chart. VII. [124.] Ed. Baf. III. (329.)

καὶ προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου μαρασμώδης ἔσται ταχέως, σφυγμός τε ἀμυδρός τε ἅμα καὶ σκληρὸς γίνεται. εὐθὺς δὲ δήπου καὶ μικρὸς ἐξ ἀνάγκης τοιοῦτός ἐστι καὶ πυκνὸς, οὐ μὴν διὰ ταῦτά ἐστι μαρασμώδης, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀμυδρότητα καὶ σκληρότητα. γίνεται γὰρ ἡ μὲν ἀμυδρότης ἐπὶ ταῖς ἰσχυραῖς τῆς καρδίας δυσκρασίαις· ἡ δὲ σκληρότης ἐπὶ ταῖς ξηρότησιν· ἢν δὲ δὴ ταῦτα τὴν καρδίαν καταλάβῃ τὰ παθήματα, πυρέττειν ἀνάγκη τὸ ζῶον ἐν τῷδε μαρασμώδη πυρετόν. εἰς δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον ἐμπίπτουσι πυρετὸν ἐκ τῶν ὀξέων τε καὶ καυσωδῶν οἱ πλεῖστοι τῶν κακῶς ἰατρευθέντων, καὶ μάλισθ᾽ ὅσοι δεόμενοι ὕδατος πιεῖν ψυχροῦ πρὸς τῷ μὴ πιεῖν οὐδ᾽ ἄλλο τι ψυκτήριον ἴαμα τοῦ θώρακος καὶ τῶν ὑποχονδρίων ἔσχον. εἰ δὲ δὴ πρὸς τῷ μηδὲ τούτων τι σχεῖν ἔτι καὶ τοῖς διὰ μέλιτος ἐπὶ πλεῖστον ἐχρήσαντο καταπλάσμασιν, ἃ νῦν ἐπιπολάζει, ἐπιπλέον μαρανθῆναι τούτοις ἕτοιμον, εἴθ᾽ ἁπλῶς πυρέττοιεν, εἴτ᾽ ἐφ᾽ ἥπατος ἢ γαστρὸς φλεγμονῇ. μάλιστα γὰρ οὖν δὴ ταύταις ταῖς φλεγμοναῖς οὐκ ὀρθῶς θεραπευομέναις ἕπονται μαρασμοί· ὥστέ τινες ᾠήθησαν οὐδ᾽ ἄλλως δύνασθαι γενέσθαι τὸ τοιοῦτον πάθος, οὐκ εἰδότες

evadet, ac pulfus debilis fimul ac durus fit; continuoque parvus ac frequens is neceffario eft; non tamen propterea tabidus exiftit, fed propter debilitatem ac duritiem. At vero debilitas accidit ob vehementem cordis intemperiem; durities autem ob ficcitatem. Quod fi tales affectus invadant cor ipfum, tabida febre detineri animal tunc neceffe eft. In eandem praeterea febrem incidunt ex acuta atque ardente plerique eorum, qui male curantur, maximeque quicunque ubi frigidam aquam bibere poftularent, adeo nihil ejusmodi biberunt, ut nec ullum aliud infrigidans remedium thoraci atque hypochondriis adhibuerint. Si vero quum nihil ejusmodi adhibuerint, etiam cataplasmatis ex melle plurimum ufi fint, quae nunc frequenti in ufu funt, etiam in marcorem incurrere his promptum eft, five folum febricitent, five ex jecoris aut ventris inflammatione. Maxime enim his inflammationibus haud recte curatis fuccedit marcor: ita ut quidam exiftimarint non aliter poffe fieri hujusmodi affectio-

ὡς οὔτε τούτων οὐδέτερον, οὐδ᾽ ἄλλο τι σπλάγχνον ἢ μόριον, οὔτε μαρασμὸν οὔθ᾽ ὅλως ἑκτικὸν οὐδένα πυρετὸν ἀπεργάζεται, πρὶν, ὡς εἴρηται, παθεῖν τὴν καρδίαν. ἄρχεται δὲ τὸ πάθος αὐτῇ ποτὲ μὲν ἐξ αὐτῆς, ὡς ἐπὶ θυμοῖς καὶ λύπαις ἰσχυραῖς καὶ μακραῖς· ἐνίοτε δὲ ἐπὶ τοῖς καυσώδεσι πυρετοῖς· ἔστιν ὅτε δὲ ἐπὶ τοῖς κατὰ πνεύμονα καὶ θώρακα πάθεσι, καὶ μάλιστα ἐμπυήμασί τε καὶ φθόαις. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τούτοις, οὕτως ἐπὶ γαστρὶ καὶ ἥπατι καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἁπάσαις χρονιζούσαις φλεγμοναῖς ἐπὶ κυρίοις μέρεσιν ἅμα ξηρότητι τοῦ γε σύμπαντος ζώου καὶ μάλιστα τῆς καρδίας. ἐγὼ γοῦν οἶδα καὶ κώλου φλεγμονῇ χρονισάσῃ μαρασμὸν ἀκολουθήσαντα, καὶ στομάχου καὶ κύστεως καὶ νεφρῶν. ἐγίνοντο δέ τινες οὐχ ἥκιστα καὶ τῶν δυσεντερικῶν ἐν τοιούτῳ πυρετῷ, φλεγμηνάντων αὐτοῖς δηλονότι τῶν ἐντέρων. καὶ λειεντερίαις δὲ καὶ διαῤῥοίαις μακραῖς, ὅταν ἤτοι γε εὐθέως ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἢ ἐν τῷ χρόνῳ προϊόντι πυρετὸς συμπέσῃ βληχρὸς, ἕπονται μαρασμοὶ, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅταν ἤδη

nem, nescientes, quod neutrum horum, nec aliud quodquam viscus, aut membrum, neque marcorem neque penitus hecticam ullam febrem committat, priusquam, ut diximus, cor ipſum afficiatur. Talis igitur affectio ei incipit, interdum a ſeipſo, ut ab ira ac moerore forti et longo; interdum a febre ardenti; quandoque vero ab affectibus pulmonis ac thoracis, maximeque purulentis ac tabidis. Ut autem ab his, ita *fit* a ventre ac jecore, et ut ſummatim dicatur, quavis diutina inflammatione, quae juncta eſt ſiccitati partis principis totius animalis, maximeque cordis. Ego namque vidi inflammationi laxioris inteſtini diuturnae ſuccedere marcorem, ac ſtomachi ac veſicae ac renum. Fuerunt autem nonnulli, qui affecti erant difficultate inteſtinorum, tali febre correpti, quum ſcilicet laboraſſent inflammatione inteſtinorum. Atque etiam laevitates inteſtinorum et fluores inteſtinorum diutinos, quoties ſtatim ab initio aut tempore procedente febris imbecillis incidit, marcor ſubſequitur, et ut

Ed. Chart. VII. [124. 125.] Ed. Baf. III. (329.)

προεξηρασμένον τὸ τῆς καρδίας σῶμα τὴν πυρετώδη θερμότητα καταδέξηται δυσλύτως.

Κεφ. ιγ'. [125] Διὸ καὶ μέγιστόν ἐστι γνώρισμα πυρετῶν ἑκτικῶν αἱ ἀρτηρίαι θερμότεραι φαινόμεναι τῶν πέριξ σωμάτων, ὅπερ αὐταῖς οὐ συμβαίνει κατὰ τοὺς ἄλλους πυρετούς. ἔτι δὲ ἐναργέστερον γίνεται τὸ σύμπτωμα, λουσαμένων ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν ἀραιωθέντων, ὡς ἰκμάδα τέ τινα προχυθῆναι καὶ διαπνεῦσαι τὴν θερμότητα. σύμμετρος μὲν γὰρ ἡ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι μέρεσι θερμασία φαίνεται μετὰ τὰς τοιαύτας διαπνοάς· οὐδὲν δὲ τῆς ἔμπροσθεν ἐλάττων ἡ ἐν ταῖς ἀρτηρίαις. μάλιστα δ' αὐτῆς ἐστιν ἀκριβῶς αἰσθάνεσθαι κατὰ τὰς διαστολὰς τῶν σφυγμῶν, οἵ τινες οὐδ' αὐτοὶ μεταβάλλουσιν ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις διαπνοαῖς, ἀλλὰ διαμένουσιν ὅμοιοι τὰ πάντα. μόνος μὲν οὖν συνιστάμενος ὁ ἑκτικὸς πυρετὸς εὔδηλός ἐστιν, ἄν θ' ἁπλῶς ἑκτικὸς ἄν τε καὶ ἅμα μαρασμώδης ὑπάρχῃ· σὺν ἑτέρῳ δέ τινι χαλεπώτερον ἤδη γινώσκεται, καθάπερ ὁ ἔναγχος ἐπί τινος γυναίου γινόμενος, οὐ δι' ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ νυκτὸς οὐκ

fummatim dicam, quoties praeexiccatum cordis corpus febrilem calorem fusceperit folutu difficilem.

Cap. XIII. Maximum itaque fignum febris hecticae eft, quoties arteriae fentiuntur calidiores quam corpora, quae circiter funt; quod per alias febres illis minime accidit. Fit autem fymptoma adhuc evidentius ubi laveris, aut alio quovis modo rarefeceris, ita ut humor quidam profluat, atque calor ipfe perfpiret. Calor enim moderatus in aliis partibus omnibus poft talem perfpirationem apparet; in ipfis autem arteriis nequaquam minor eft priore. Is vero quam maxime exquifite fentitur per pulfuum diaftolas, qui minime mutantur poft dictam perfpirationem, fed fimiles penitus permanent. Sola ergo confiftens hectica febris perfpicua eft, five abfoluto fermone hectica, five etiam tabida fit. Ubi vero cum alia quapiam *fuerit*, difficilius jam cognofcitur, quemadmodum quae nuper mulieri cuipiam accidit, cui non folum die, fed etiam nocte non obfcure fiebat

ἀσαφῶς παροξυνόμενος. ἐλάνθανε γὰρ ὁ μαρασμώδης πυρετὸς ἅπαντας τοὺς ἐπισκοπουμένους ἰατροὺς οἰομένους χρῆναι μήτ᾽ ἀρχὴν εἰσβολῆς αἰσθητὴν εἶναι τοῖς ἑκτικοῖς πυρετοῖς, μήτε ἀνάβασιν, μήτε ἀκμὴν, ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον ἑκτικῷ πυρετῷ συμπλακῆναί τινα τῶν ἐπὶ χυμοῖς· ἀλλ᾽ ἡμῖν γε κἀπὶ ταύτης γυναικὸς εὐθέως ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἐγνωρίσθη. ἑκατέρα γὰρ τῶν ἐπισημασιῶν, ἥ τε δι᾽ ἡμέρας καὶ ἡ νύκτωρ γινομένη, βραχυχρόνια μὲν ἐποιεῖτο τὰ μέρη τοῦ παροξυσμοῦ, καὶ πολλάκις τε καὶ μετὰ νοτίδος τινὸς, ἢ ἀτμώδους διαπνοῆς ἐλύετο σαφῶς οὕτως, ὡς εὔκρατον ἁπτομένοις φαίνεσθαι τὸ σῶμα· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρτηρίας σημεῖα τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένα διὰ παντὸς ἔμενεν, οὔτε ἀποψυχομένων αὐτῶν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μορίοις οὔτε τὸ τάχος ἢ τὴν πυκνότητα τῆς κινήσεως ἐκλυουσῶν. ὅπερ οὖν εἴρηταί μοι καὶ δι᾽ ἑτέρων ἤδη πολλάκις, εἰρήσεται καὶ νῦν, ὡς οὐ χρὴ τὰς περιόδους τε καὶ ἀναλογίας τῶν παροξυσμῶν ἐπισκοπεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ πολὺ πρότερον αὐτὴν τὴν ἰδέαν τοῦ πυρετοῦ, κἀκ ταύτης γνωρίζειν αὐτοὺς τοὺς πυρετοὺς, ὥσπερ τοὺς ἀνθρώπους ἐκ

acceffio. Latuit enim tabida febris omnes qui eam vifitabant medicos, exiftimantes oportere neque principium acceffionis fenfibile effe hecticae febri, neque incrementum, neque vigorem, tanquam minime contingat hecticam febrem putridae alicui poffe implicari; fed nobis ftatim primis diebus in hac muliere cognita eft. Uterque enim acceffionis infultus, qui die ac nocte fiebat, breves efficiebat partes acceffionis, ac faepe cum madore quodam, aut perfpiratione vaporofa folvebatur tam perfpicue, ut corpus ipfum bene temperatum tangentibus fentiretur. Indicia autem in arteriis paulo ante dicta femper extiterunt, nequaquam refrigeratis ipfis fimiliter aliis partibus, neque velocitatem aut frequentiam motus amittentibus. Quae ergo alio loco faepenumero docuimus, etiam nunc dicemus; non oportere folum circuitus atque proportiones acceffionum confiderare, fed multo prius ipfam fpeciem febris, ex eaque cognofcere ipfam febrem, quemadmodum hominem ex propria forma.

τῆς ἰδίας μορφῆς. οὕτω τοι καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ πρώτῃ πολλάκις ἡμέρᾳ τὸ εἶδος ἐγνωρίσαμεν τοῦ πυρετοῦ, μὴ περιμείναντες ἢ διὰ τρίτης, ἢ διὰ τετάρτης, ἢ ἀμφημερινῆς ἀνταποδόσεως. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ κρίσεων εἴρηται. λέλεκται δὲ οὐδὲν ἧττον ἐν ἐκείνῳ βιβλίῳ καὶ ὡς χρὴ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν γνωρίζειν τὰς διαφοράς. ἐπηγγειλάμην μὲν οὖν κἀνταῦθα, οἶδ' ὅτι, περὶ αὐτῶν ἐρεῖν. ἀναμνησθεὶς δὲ ὡς μικροῦ τινος ἐνδεῖ τὰ κατ' ἐκείνου τοῦ βιβλίου εἰς τὸ τελέως εἰρῆσθαι πάντα, τὰ μὲν ἄλλα περιττὸν ᾠήθην μεταγράφειν ἐνταῦθα, μόνα δὲ ἅπερ ἐλλιπῶς διώρισται ἐν αὐτῷ προσθήσω.

Κεφ. ιδ'. Τοῖς μὲν ἐπ' ἐγκαύσει πυρέττουσι τὸ δέρμα μᾶλλον ἐπὶ τὸ θερμότερόν τε καὶ αὐχμωδέστερον ἤπερ σφυ- [126]γμοὶ πρὸς τὸ πυρετῶδες ἐξανίστανται. καὶ γὰρ οὖν καὶ διψώδεις ἧττον οἱ τοιοῦτοι τῶν ἴσην ἐχόντων τὴν θερμότητα, καὶ κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν τῆς χειρὸς ἀκμαῖον ἐπ' αὐτῶν φαίνεται τὸ θερμὸν, ἔμπαλιν ἢ ὡς ἐπὶ τῶν διὰ στέγνωσίν τινα νοσούντων· ἐπαναδίδωσι γὰρ ἐπ' ἐκείνοις. διακαίεσθαι δὲ καὶ ἡ κεφαλὴ μάλιστα δοκεῖ τοῖς ἐπ' ἐγκαύσει πυρέξασι,

Sic ipſi ſaepe prima die ad hunc modum ſpeciem febris cognovimus, minime expectantes tertianam, aut quartanam, aut quotidianam circuitionem. Sed de his ſecundo libro de judiciis latius docuimus; atque eo ipſo libro nihilominus diximus, quomodo oporteat diariae febris cognoscere differentias. Promiſeram autem, ſcio, me dicturum hoc loco de illis. Sed cum recordarer pauca in eo libro deſiderari, quo in plenum de omnibus praeceptum eſſet, alia quidem huc transcribere ſupervacuum duxi, adjiciam vero ea tantummodo, quae intra modum ſunt in eo prodita.

καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὰ σκέλη κινοῦμεν, ἐν τρόμοις καὶ σπασμοῖς καὶ ῥίγεσι νοσώδεσιν, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς παλμοῖς φαίνεται. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα παθήματα πλημμελεῖς κινήσεις εἰσὶ τῶν αὐτῶν ὀργάνων, ἀφ᾽ ὧν ὑγιαινόντων αἱ καθ᾽ ὁρμὴν ἐπιτελοῦνται κινήσεις.

Κεφ. γʹ. Ὁ τρόμος μὲν οὖν γίνεται τῆς ὀχούσης καὶ κινούσης τὸ σῶμα δυνάμεως ἀῤῥωστίᾳ. οὐ γὰρ ἐξ ἑαυτῶν δήπου τὰ μόρια τῶν ζώων οὕτως ὄντα βαρέα καὶ κάτω φέρεσθαι πεφυκότα, τὰς εἰς ἅπαντα τόπον ἔχει κινήσεις, ἀλλ᾽ ἡ διὰ τῶν νεύρων τοῖς μυσὶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπιπεμπομένη δύναμις οἷον ὄχημά τι καὶ πτέρωμα τῆς κινήσεως αὐτοῖς ἐστιν, ἣν ὅταν μὲν ἀπολέσῃ τελέως, ἀπόλλυσι δὲ τὰ παραλελυμένα, καταφέρεται καὶ πίπτει κάτω δίκην ὄρνιθος πτεροῤῥυήσαντος, ὅθεν οὐδεμία κίνησις ἀπολείπεται τοῖς οὕτω παθοῦσιν. εἰ δὲ περιγίνοιτο μὲν ἡ δύναμις, ὀλίγη δὲ καὶ ἀσθενὴς, ὡς μήθ᾽ ἱκανῶς ὀχεῖν τε καὶ βαστάζειν τὰ μέρη τοῦ σώματος, ἢ ὥσπερ τι φορτίον φέρειν μὴ δύνασθαι, ἀνάγκη τὸ διακείμενον οὕτω μόριον ἐν τρόμῳ καθορᾶσθαι. αἱ γὰρ ὑπὲρ τὴν δύναμιν τοῖς

movemus, in tremoribus, convulfionibus, rigoribus morbidis, interdum et in palpitationibus apparet. Omnes etenim ejusmodi affectus depravati motus funt organorum eorundem, quibus arbitrarii fanorum motus obeuntur.

Cap. III. Tremor itaque facultatis corpus vehentis moventisque infirmitate oboritur. Non enim ex fe ipfis fcilicet animantium partes, tam graves quum fint deorfumque ferri natae, in omnem locum motum habent; verum facultas, quae per nervos mufculis a principio transmittitur, tanquam vehiculum quoddam et ala motus ipfis eft; quam quum prorfus perdiderint (perdunt autem refolutae) deorfum feruntur, et avis cui pennae defluxerint inftar, concidunt; unde nullus ita affectis *partibus* motus relinquitur. Sin autem facultas quidem reliqua fuerit, fed pauca et imbecillis, ut neque corporis partes fatis attollat vehatque, aut tanquam grave pondus aliquod ferre nequeat, neceffe eft partem ita difpofitam, in tremore confpici; fiqui-

Ed. Chart. VII. [200. 201.] Ed. Baf. III. (364.)

ἀσθενέσι κινήσεις βίαιοί τε καὶ πρὸς ἀνάγκην γιγνόμεναι τρομώδεις εἰσίν. οἶμαί σε πολλάκις ἑωρακέναι βαρὺ φορτίον ἠρημένον τινὰ, κἄπειτα βαδίζειν ἐπιχειροῦντα πρὸς βίαν, ὡς τρομώδης γίνεται τοῖν σκελοῖν. καὶ γὰρ εἰ καὶ ταῖν χεροῖν ὑπέρβαρύ τι βαστάζειν ἐπιχειροίη, τρομώδης ἔσται ταῖν χεροῖν. οὕτω δὲ [201] καὶ ἄνθρωπος ὅταν φοβῆται, ἤν τέ τι ταῖς χερσὶ δρᾷν, ἤν τε βαδίζειν ἐθέλῃ, τρομώδεις μὲν αἱ χεῖρες αὐτῷ τολμῶντι δι᾽ αὐτῶν ἐνεργεῖν, τρομώδη δὲ τὰ σκέλη βαδίζειν ἐπιχειροῦντι. καθαιρεῖ γὰρ ἰσχὺν δυνάμεως οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων φόβος. ἣν δὲ ἅπαξ αὕτη καταπέσῃ καὶ ἀῤῥωστήσῃ, πᾶν ἄχθος γίγνεται, κἂν παντελῶς ᾖ κουφότατον. ὥστε καὶ τὸ σῶμα τοῦ ζώου, κοῦφον ὂν πρότερον, οἷα φορτίον αὐτὴν βαρύνει. γέροντες δ᾽ ὡσαύτως ἀπ᾽ ἀσθενείας τὰ πολλὰ τρομώδεις εἰσὶ, ὅσοις τε διὰ νόσον ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς ἐπόνησεν, οὐδὲ τούτοις ἄνευ τρόμων αἱ κινήσεις. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς οὕτως ἔχουσιν ἡ κινοῦσα τὰ μέρη καὶ βαστάζουσα δύναμις, ἀῤῥωστήσασα νυνὶ, ὅσον ἐπεφύκει πρότερον

dem motus, qui ab imbecillibus fupra vires et violenti et ad neceffitatem fiunt, tremuli exiftunt. Puto te faepe vidiffe aliquem, qui gravi pondere fublato incedere violenter conaretur, quam cruribus intremifcat; quin etiam fi manibus praeter vires grave aliquid portare aggrediatur, manus habebit tremulas. Pari modo homo quum timet expavefcitque aliquis, five manibus quid facere, five incedere volet, manus quidem, fi his functionem obire aliquam audeat, tremulas: tremula vero crura, fi conetur incedere, habebit. Minuit enim et timor nihilominus caeteris virium robur; quae ubi femel collapfae fuerint et debilitatae, quidvis etiam multo leviffimum grave redditur; quapropter et corpus animantis, quod prius erat leve, oneris modo ipfas aggravat. Ac fenes fimili modo ex imbecillitate ut plurimum tremuli funt. Praeterea, quibus ex morbo corporis robur laboravit, nec iis quoque citra tremores motus fiunt. Nam in omnibus fic fe habentibus facultas partes movens attollensque, nunc debilitata, id quod prius attollere folebat,

αἴρειν, οὐκέτι δύναται, καθάπερ ὀκλάζουσα περὶ τὴν κίνησιν. ἔνθα δ' ἂν ὅλος ὁ τόνος ἐνδῷ τῆς φύσεως, ἐνταῦθα τοῦ κουφίζοντος ἀποροῦντα τὰ σώματα τῷ σφετέρῳ βάρει φέρεται κάτω, καὶ ἔμεινεν ἐνταῦθα. καθάπερ ἐν παραλύσεσιν, εἰ πᾶσαν τὴν δύναμιν ἡ ἰσχὺς ἐπελελοίπει τελέως· ὅσον δὲ αὐτῆς λείπεται, τοῦτο πάλιν ὀχεῖν ἐπιχειρεῖ. δύναται δὲ οὐδὲ νῦν ὅσον βούλε(365)ται δι' ἀσθένειαν· ἀλλ' ὀλίγον μέν τι κουφίζει, τὸ πλέον δ' ἀπολείπει, ἀτελῆ καὶ κολοβὴν ἐγκαταλείπουσα καὶ ταύτῃ τὴν κίνησιν. αὖθις οὖν ἐπιτρέπει τοῖς σώμασι φέρεσθαι κάτω. τούτου συνεχῶς ἀποτελουμένου, καὶ τὴν ἄνω φορὰν ἐκδεχομένης ἀεὶ τῆς κάτω, συναπτούσης δὲ αὖ πάλιν τῆς ἄνω, διπλῆ μὲν καὶ σύνθετος ἡ πᾶσα γίνεται κίνησις, ἀμειβόντων ἀεὶ τῶν μορίων τοὺς τόπους. ὄνομα δὲ τῷ πάθει τρόμος, εἰς μὲν τὰ κάτω τῆς φορᾶς τοῖς σώμασι τῷ σφετέρῳ βάρει γινομένης, ἄνω δὲ αὖ πάλιν ὑπὸ τῆς δυνάμεως αἰρομένης.

Κεφ. δ'. Ἀλλὰ καὶ παλμὸς, ἴσως φήσει τις, ὡσαύτως τῷ τρόμῳ κίνησίς ἐστιν ἀβούλητός τε καὶ ἀκούσιος ἐπαι-

amplius non poteſt, tanquam in motu vacillans. Si vero univerſum naturae robur remiſerit, tum corpora, facultate attollente deſtituta, ſuo pondere deorſum feruntur, ac illic remanent quemadmodum in paralyſibus, ſi univerſam facultatem robur omnino deſtituerit; quantum autem ipſius reliquum eſt, id rurſus vehere corpus conatur; verum neque nunc quantum vult, prae imbecillitate poteſt; ſed modice quidem elevat, magis autem deficit, imperfectum mutilumque hic quoque motum relinquens. Rurſus igitur corporibus deorſum ferri concedit, quod quum continue fiat, et deorſum tendens latio ſurſum vergentem excipiat, rurſusque ſubjungatur ſurſum tendens, duplex ſane et compoſitus totus ſit motus, partibus loca ſemper per vices mutantibus. Nomen autem affectui eſt tremor, quo corpora deorſum pondere ſuo vergunt, rurſus autem in altum a facultate attolluntur.

Cap. IV. Sed et palpitatio, forſan dicet aliquis, ſimiliter atque tremor, motus eſt involuntarius ac invitus

ρομένων τε καὶ καταφερομένων τῶν παλλομένων μερῶν. πῆ ποτ᾽ οὖν διοίσει τρόμος παλμοῦ; μέχρι μὲν τοῦδε φαίνονται μηδὲν ἀλλήλων διαφέροντες, διενηνόχασι δὲ, οὔτε γὰρ τόπον πάσχοντα τὸν αὐτόν φημι εἶναι τοῖς παλλομένοις, οὔτ᾽ αἰτίαν, οὔτε σύμπτωμα. τρέμει μὲν γὰρ μὴ προελόμενος κινεῖν τὸ κῶλον οὐδείς· πάλλεται δὲ τὰ παλλόμενα, κᾂν ἀποκείμενα τύχῃ, κᾂν μηδεμίαν κίνησιν αὐτοῖς ἐπάγῃς. ἀπατῶνται δὲ κἀνταῦθα πολλοὶ, κεφαλάς τε τρομώδεις ὁρῶντες, ἀκίνητόν τε χεῖρα, καὶ σκέλος, ὡς ἂν δόξειεν, ἀποτεταμένον ἐχόντων τινῶν, ἔπειτ᾽ οὐδὲν ἧττον τρεμόντων. οὓς χρὴ διδάξαι τὸν λόγον τοῦτον, οὐχ ὑπ᾽ ἐμοῦ νῦν πρῶτον λεγόμενον, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς τῶν παλαιῶν, οὐχ ὅσα φαίνεται κινεῖσθαι, ταῦτα κινεῖσθαι φάσι μόνα. πολλὰ γοῦν ἀκίνητα μὲν εἶναι δοκεῖ, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπέχοντα τόπον, οὐδὲν δὲ ἧττον κινεῖται. τοὺς γοῦν ὄρνιθας οὐ μόνον ἄνω καὶ κάτω φερομένους, ἀλλὰ κᾂν ἕνα τόπον ἐν τῷ ἀέρι κατειληφότες ὦσιν, ἐν κινήσει καὶ τόθ᾽ ὑπάρχειν. ἐὰν γοῦν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ νεκρὸν ὄρνιθος

partium, quae quum palpitant, attolluntur et deorfum aguntur. Quomodo igitur tremor a palpitatione differret? Hactenus fane nihil inter fe difcrepare videntur; verumtamen difcrimen intercedit; neque enim locum affectum eundem effe trementibus et palpitantibus, neque caufam, neque fymptoma dico. Quippe nemo, qui artus movere non inftituerit, tremet; palpitantes autem partes, etiamfi in quiete fuerint, etiamfi nullum ipfis motum induxeris, palpitant. Decipiuntur hic quoque multi, dum capita tremula confpiciunt, ac manum immobilem et crus, ut vifum fuerit, extenfum habentibus nonnullis, deinde nihilominus trementibus. Quos hanc fententiam docere convenit, quae non a me nunc primum dicitur, fed etiam a multis veterum, non quae moveri videntur, ea moveri fola pronunciantibus. Multa fiquidem citra motum effe videntur, unum eundemque locum obtinentia, nihilo autem minus moventur. Siquidem aves non modo quum furfum et deorfum feruntur, fed etiam fi locum unum in aëre occupent, in motu tunc quoque effe *cenfent.* Nam fi in eo loco mortuum avis cor-

σῶμα τεθῇ, ῥαδίως ἐπὶ τὴν γῆν κατενεχθήσεται τῷ βάρει ῥέψαν. [202] ᾧ δῆλον ὅτι καὶ τὸ μένον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τόπου σῶμα κινήσει τινὶ προσχρώμενον ἐμετεωρίζετο, κατὰ τοσοῦτον μέρος γε κινήσεως, ὅσον ἔσχεν ἂν, εἰ μόνῳ τῷ βάρει καταφερόμενον τετύχηκεν. ὥστε ἣν δοκεῖς ἀκινησίαν εἶναι, σύνθετός ἐστι κίνησις ἐκ δύο τινῶν εἰς ὑπεναντίους τόπους ἀπάγειν τὸ σῶμα δυναμένων κινήσεων συγκειμένη. ὧν εἰ τὴν ἑτέραν ἀφέλοις τὴν ἄνω, τὴν λοιπὴν ὄψει ῥαδίως εἰς τὸν κάτω τόπον ἀπάγουσαν τὸ σῶμα. τοῦτ᾽ οὖν καὶ Ἱπποκράτης διδάσκει εἰπών· ἑστάναι ἕλκεσιν ἥκιστα συμφέρει. καὶ ἄλλως, ἢν ἐν σκέλει ἔχῃ τὸ ἕλκος, οὐδὲ καθῆσθαι, οὐδὲ πορεύεσθαι, ἀλλὰ ἡσυχίην ἔχειν καὶ ἀτρεμίζειν συμφέρει. τὸ μὲν γὰρ ἀτρεμίζειν καὶ ἡσυχάζειν ὡς ὠφελοῦν ἐπαινεῖ· τὸ δὲ ἑστάναι καὶ καθῆσθαί, φησιν, ἥκιστα συμφέρει, ἕτερόν τι τοῦ ἀτρεμίζειν καὶ ἡσυχάζειν ὑπάρχον. ἐντέτανται γὰρ καὶ τόθ᾽ οἱ μύες βαστάζοντές τε καὶ ἀπὸ τῆς γῆς ἐξαίροντες καὶ ὀρθοῦντες τὸ σῶμα. διὰ τοῦτο τοῦ περιπατεῖν οὐδὲν ἧττον τὸ ἑστάναι κοπῶδες, ὡς ἂν καὶ αὐτὸ κίνησις ὄν. ἀρθείσης

pus fitum fuerit, facile ad terram decidet, pondere fuo inclinans. Unde conftat et corpus quod in eodem manebat loco, motus cujusdam auxilio in fublimi conftitiffe, tanto utique motu, quantum haberet, fi folo pondere deorfum ferretur. Quare quam immobilitatem effe putas, motus eft compofitus, ex duobus quibusdam conftans, qui corpus in contraria loca poffunt abducere; quorum fi alterum furfum vergentem tollas, reliquum videbis facile corpus in locum inferiorem deducere. Hoc igitur et Hippocrates his verbis docet: *Stare, ulceribus minime conducit.* Et alibi: *Si in crure ulcus habeat, neque federe, neque obambulare, fed quiefcere et otio vacare confert.* Nam quietem et otium tanquam profutura commendat; ftare autem et federe minime prodeffe ait, ut quae a conquiefcendo et otiando fint diverfa; etenim et tunc mufculi, qui geftant corpus, et a terra attollunt eriguntque, intenfi funt; idcirco ftare nihilo minus, quam obambulare, laffitudinem parit, ut quod et ipfum motus exiftat. Anima igitur, quae corpus et mo-

γοῦν τῆς ψυχῆς τῆς κινούσης τε καὶ ὀρθούσης τὸ σῶμα, ῥαδίως ὄψει κείμενον ἐπὶ τῆς γῆς τὸ πρότερον ὂν ὀρθῶς. ᾧ δῆλον ὅτι καὶ ὁπόταν ὀρθὸν ᾖ, οὐκ ἦν ἀκίνητον, ἀλλ᾽ εἶχέ τι κουφίζον τε καὶ βαστάζον καὶ ἐξαῖρον αὐτό. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδὲ τὸν κατακείμενον ἄνθρωπον, εἰ τὴν μὲν κεφαλὴν ὑψηλοτέραν ἔχοι, τοὺς δὲ πόδας ταπεινοτέρους, οὐδὲ τοῦτον ἀκίνητον εἶναί φημι παντάπασιν. ὑπέῤῥει γὰρ ἂν ῥαδίως ἐπὶ πόδας ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων εἰς τὸ κάταντες ῥέπων, εἰ μή που κινήσῃ τὴν ῥοπὴν ταύτην ἀντισηκοῦσαν. ταῦτ᾽ ἆρα καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγεν· εἰ δὲ καὶ προπετὴς γένοιτο, καὶ καταῤῥέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ πόδας, δεινότερόν ἐστι. τὸ γὰρ ἐπὶ τοὺς πόδας ὑποῤῥεῖν κατακείμενον ἀῤῥωστούσης ἐσχάτως δυνάμεως βεβαιότατόν ἐστι γνώρισμα. ἑστάναι μὲν γὰρ ἢ καθέζεσθαι ἢ ἀνίστασθαι μὴ δύνασθαι δεινὸν μὲν, ἀλλ᾽ ἧττον δεινὸν, ἀπολήγουσι γὰρ πρὸς ταῦτα πολλοὶ τῶν νοσούντων, εἰς ἔσχατον ἀσθενείας οὔπω προϊόντες· τὸ δὲ μὴ κατακεῖσθαι δύνασθαι ζῶντος τρόπον, ἀλλὰ κἀνταῦθα καθάπερ νεκρὸν καὶ ἄψυχον σῶμα καταφέρεσθαι, κακῶν ἔσχατον. τοῦτο ἐν τῷ

vet et erigit, ablata, ſtatim quod prius rectum erat, in terram inclinare videbis; quo conſtat etiam quum rectum erat, non fuiſſe citra motum, ſed habuiſſe aliquid, quod ſublevaret, geſtaret attolleretque ipſum. Ego itaque ne decumbentem quidem hominem, ſi caput ſublimius habeat, pedes autem humiliores, citra motum omnino eſſe dixerim; ſublaberetur enim facile ad pedes ex ſublimiori in declive vergens niſi motu contrario huic propenſioni reniteretur. Haec ſane et Hippocrates aſſerebat: *Si vero praeceps agatur, et a lecto ad pedes delabatur, gravius periculum minatur.* Nam ad pedes ſublabi decumbentem, facultatis extreme imbecillis nota eſt firmiſſima. Stare etenim aut ſedere aut ſurgere non poſſe, grave quidem, ſed minus grave periculum innuit; quippe multi aegrotantium ad haec deveniunt deſinuntque, ad extremam nondum imbecillitatem prolapſi: at decumbere non poſſe viventis modo, ſed hic quoque tanquam mortuum et inanimatum corpus deorſum ferri, extremum malum. Hoc *Hippocrates* in commentario de hu-

περὶ χυμῶν ἔῤῥιψιν ἐκάλεσεν, ὅπερ οἱ ἐξηγησάμενοι τὸ σύγγραμμα μὴ νοήσαντες ἐλάλησαν πολλά. τὸ γὰρ καταβεβλῆσθαι δίκην ἀψύχου σώματος, παντὸς τοῦ τόνου τελείως ἐκλελυμένου τε καὶ ἀπολωλότος ἔῤῥιψιν εἶπεν, ὥστε μὴ ταὐτὸν εἶναι τὸ ἐῤῥίφθαι τῷ κατακεῖσθαι, ἀλλ᾽ ὃν ἔχει λόγον τὸ καταπίπτειν πρὸς τὸ κατακεῖσθαι. οὕτω κἀπὶ τῶν ὀρνίθων ἕτερον μέν ἐστιν ἐπὶ γῆν καταπτῆναι, ἕτερον δὲ πεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. τὸ μὲν γὰρ ἐνέργεια, τὸ δὲ πάθος. ὡσαύτως οὖν τούτοις ἐνέργεια μὲν ἡ κατάκλισίς ἐστι, πάθημα δὲ ἡ ἔῤῥιψις. πρὸς τί δή μοι ταῦτα λέγεται; ἵνα τοὺς ἐπηρκότας ἢ σκέλος ἢ χεῖρα, κἄπειτα φυλάττοντας, ὡς ἔχουσι, μὴ δόξῃς ἀκινήτους εἶναι, μηδ᾽ ἂν ὅτι μάλιστα τυγχάνωσιν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀεὶ κατέχοντες τόπον. εἰ δ᾽ οὐ βούλει συγχωρῆσαι κίνησιν ὑπάρχειν τοῖς οὕτω διακειμένοις, ἀλλ᾽ ἐνέργειάν τε πάντως αὐτοῖς συγχωρήσεις ὑπάρχειν, καὶ διπλασίαν γε τὴν ῥώμην ταύτην τῆς ἁπλῆς ἐνεργείας. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἁπλαῖς ἓν γένος ἐνεργεῖ μυῶν, ἤτοι τῶν καμπτόντων, ἢ τῶν ἐντεινόντων τὸ κῶλον· ὅταν δὲ ἀποτείνας αὐτὸ διαφυλάττῃς, ἄμφω τὰ

moribus, ἔῤῥιψιν i. e. *virium proftrationem* appellavit; quod interpretes libri non intelligentes, multa nugati funt. Nam proftratum effe inftar corporis inanimati, omni robore prorfus exfoluto et perdito, ἔῤῥιψιν vocavit; ut non idem fit proftratum effe ac decumbere, fed quam habet rationem delabi ad decumbere. Ita etiam in avibus aliud eft ad terram devolare, aliud in terram decidere: etenim illud actio, hoc affectus eft. Similiter igitur his actio quidem decubitus eft, affectus autem proftratio. Quorfum igitur haec mihi dicuntur? eo nempe, ut illos, qui aut crus aut manum in altum fuftulerunt, deinde ita ut habent, fervant, ne immotos effe arbitreris, neque fi unum eundemque locum femper quam maxime occupent. At fi nolis, ita difpofitis motum adeffe concedere, certe actionem ipfis omnino concedes, et hoc duplum fimplicis actionis robur. Nam in fimplicibus unum mufculorum genus, aut flectentium, aut intendentium artus, operatur; quum vero extenfos ipfos confervas, utra-

γένη τῶν μυῶν ἰσοσθενῶς ἐνεργεῖ. εἰ δὲ τούτου μνημονεύεις, ἀληθῆ παραφυλάττων εὑρήσεις ἀεὶ τὸν λόγον, ὅτι τῷ μηδεμίαν ἐπιχειροῦντι [203] κινεῖσθαι κίνησιν οὐκ ἐγγίνεται τρόμος. ἀδυνάτου γάρ ἐστι καὶ ἀσθενοῦς κινήσεως σύμπτωμα. ὅθεν ὅτῳ κινεῖσθαι σώματι μηδόλως ὑπάρχει, παντί που δῆλον, ὡς οὐδὲ περὶ τὴν κίνησιν ἀσθενὲς καὶ ἀδύνατον ὑπάρξει.

Κεφ. ε'. Παλμὸς δέ γε καὶ τοῖς ἀκινήτοις συμβέβηκε. καὶ γὰρ ὀφρὺς καὶ βλέφαρον καὶ ὀφθαλμὸς ἐπαίρονται πολλάκις ἄνευ βουλήσεως ἁπάσης. ἔνθα καὶ τοῦτό γε σαφῶς οἶμαι θεάσασθαι μεγάλην ἔχον μοῖραν εἰς ἐπίγνωσίν τε τοῦ πάθους τῆς φύσεως ἀκριβῆ τε διάκρισιν ἀπὸ τῶν τρεμόντων. αἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς παλλομένοις μέρεσιν ἐπάρσεις τε καὶ θέσεις φαινόμεναι διατάσεις εἰσί τινες τῶν σωμάτων, οἷα πληρουμένων αὖθίς τε πάλιν κενουμένων συνιζήσεις· αἱ δὲ ἐπὶ τῶν τρεμόντων ὅλου τοῦ κώλου κινήσεις εἰσὶ, ποτὲ μὲν εἰς τὸ κάτω ῥέποντος, αὖθις δ' ἄνω φερομένου, διαστέλλεται

que muſculorum genera pari robore functionem obeunt. Quod ſi hujus memineris, vera obſervans, quae prius dicebantur, verba invenies, *nempe,* quod ei, qui nullum motum aggredditur, tremor non obveniat; eſt enim impotentis, et infirmi motus ſymptoma. Unde cuivis conſtat, corpus, cui moveri neutiquam licet, id neque circa motum imbecille et impotens fore.

Cap. V. Palpitatio autem iis etiam, quae non moventur, partibus accidit. Etenim ſupercilium, palpebrae et oculus ſaepe citra omnem voluntatem attolluntur. Unde et hoc manifeſte arbitror magnam habere vim tum ad affectus naturae cognitionem tum ad exactam a trementibus diſtinctionem. Nam quae in palpitantibus partibus elevationes depreſſionesque apparent, diſtentiones quaedam ſunt corporum, ut quae replentur, et eorundem ſubſidentiae, ut quae rurſus inaniuntur. Quae vero trementibus accidunt, totius membri motus ſunt, quod interdum deorſum quidem vergit, rurſus autem ad ſuperiora fertur, ſed nullo

δὲ οὐδὲν, οὐδὲ συστέλλεται. διὰ τοῦτο τρέμει μὲν ὅλον τὸ μέρος, ὁπόταν τι δρᾷν ἐπιχειρῶμεν, οὐδενὸς ἀκινήτου τῶν ἐν αὐτῷ μένοντος· ἀλλ᾿ ὁμοίως μὲν οἱ μύες, ὁμοίως δὲ τούτοις ἀρτηρίαι καὶ νεῦρα καὶ φλέβες καὶ αὐτὰ τὰ ὀστᾶ καὶ τὸ δέρμα ποτὲ μὲν ἄνω φέρεται, ποτὲ δὲ κάτω. πάλλεται δὲ οὐ πάντα. νεῦρον γοῦν, ἢ ὀστοῦν, ἢ χόνδρον, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον οὐκ ἂν ἴδοις ποτὲ παλλόμενον. οὐ γὰρ ἔχει κοιλίαν, ἧς ἐν μέρει διαστελλομένης τε καὶ συστελλομένης, ἐπαίρεσθαι μὲν, ὅταν διαστέλληται, συμπίπτειν δὲ, ὅταν συστέλληται, τοῖς μέρεσιν ὑπάρξει. ἀλλ᾿ εἴτε μυῶν ἐστι πάθος μόνον ὁ παλμὸς, ὡς Ἡρόφιλος ἐνόμιζεν, ἢ καὶ τοῦ δέρματος, ἢ ἀρ-(366)τηριῶν, ὡς ὑπελάμβανε Πραξαγόρας, αὖθις τοῦτο σκεψόμεθα. τῇ γὰρ παρὰ τῇ τοῦ πεπονθότος τόπου ζητήσει οἰκειοτέρα ἡ σκέψις. τὸ δέ γε νῦν εἶναι τοσοῦτον λαβόντες εἰς τὸ πρόσθεν ἴωμεν, ὅτι διάστασις μέν τίς ἐστι καὶ συνίζησις παρὰ φύσιν ὁ παλμὸς, ἀκούσιος δὲ κίνησις ἄνω τε καὶ κάτω τῶν μερῶν ἐναλλὰξ φερομένων ὁ τρόμος. ἔστι δὲ οὐ

modo dilatatur, neque contrahitur. Eapropter tota ſane pars tremit, quum aliquid facere aggredimur, nullo eorum, quae in ea habentur, manente immobili; ſed ſimiliter quidem muſculi, ſimiliter his arteriae, nervi, venae, ipſaque oſſa et cutis nunc ſurſum, nunc deorſum feruntur. Palpitant autem non omnia; nervum igitur, aut os, aut cartilaginem, aut aliud quid hujusmodi nunquam videas palpitare; non enim habent ventrem, quo viciſſim dilatato et contracto, attolli quidem quum dilatatur, collabi autem quum contrahitur, partibus liceat. Porro muſculorumne ſit affectus tantum palpitatio, ut Herophilus opinabatur, an etiam cutis, aut arteriarum, ut cenſebat Praxagoras, id rurſus conſiderabimus: ſiquidem ea ſpeculatio ad loci affecti inquiſitionem magis pertinet. Nunc autem tantillum repetentes ad priora digrediemur, nempe quod palpitatio dilatatio quaedam ſit et contractio praeter naturam, tremor autem motus partium praeter voluntatem, quo ſurſum deorſumque viciſſim feruntur. At idem non eſt neque dila-

ταὐτὸν οὔτε τῷ ἄνω φέρεσθαι τὸ διαστέλλεσθαι οὔτε τῷ κάτω τὸ συστέλλεσθαι. τὰ μὲν γὰρ ἄνω καὶ κάτω φερόμενα, τὸν πρότερον ἀπολείποντα τόπον, εἰς ἕτερον μεθίσταται· τὰ διαστελλόμενα δὲ καὶ συστελλόμενα, τὴν ἀρχαίαν ἕδραν φυλάττοντα, τὸ μὲν ἐπιλαμβάνει τοῦ πέριξ χωρίου, τὸ δὲ ἀπολείπει. ὥστε τὸ κινεῖσθαι μὲν ἀμφοτέροις κοινὸν, ὅσα τε διαστέλλεται καὶ συστέλλεται, καὶ μέν τοι καὶ ὅσα κάτω τε καὶ ἄνω φέρεται· ἴδιον δὲ τοῖς μὲν ἐλάττονα τόπον ἢ πλέονα κατειληφέναι, τὸν ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἀπολείπουσι· τοῖς δὲ ἀεὶ τοὺς τόπους ἀμείβειν, μή ποτε ἐν ταὐτῷ μένουσι. δεήσει δὲ, οἶμαι, κἀνταῦθά μοι διορισμοῦ πρὸς τὸ πάντῃ τὸν λόγον ἀληθεύειν. πολλάκις γὰρ ἤδη, πλεόνων ἅμα μυῶν ἤ τινος ἑνὸς μεγάλου σφοδρῶς παλλομένου, συνεπαίρεται μὲν διαστελλομένοις αὐτοῖς τὸ κῶλον, αὖθις δὲ καταπίπτει συστελλομένοις. ἐνθάδε τὴν ἀκούσιον ἔπαρσίν τε καὶ θέσιν τοῦ κώλου τρόμον οὐ χρὴ καλεῖν. ὄψει τε γὰρ σαφῶς τοὺς παλλομένους μύας, οἷς κινεῖται τὸ κῶλον, αὐτή τε [204] ἡ κίνησις

tari ac furfum ferri, neque contrahi ac deorfum vergere. Etenim quae furfum et deorfum feruntur, priori loco relicto in alium transeunt; quae dilatantur autem et contrahuntur, priftinam fedem confervantia partim ambientem regionem occupant, partim relinquunt. Quare moveri quidem utrisque commune, tum quae dilatantur contrahunturque tum quae furfum et deorfum feruntur, peculiare autem his fane minorem locum aut ampliorem occupare, ita ut veterem non deferant, illis autem, femper loca mutare ita ut nunquam in eodem maneant. Opus autem, opinor, erit hic quoque diftinctione, ut in totum fermo verus evadat. Nam faepenumero jam pluribus fimul mufculis aut uno quodam infigni vehementer palpitante, attollitur quidem membrum una cum iis quae dilatantur, concidit autem rurfus cum iis quae contrahuntur. Hic invitam elevationem depreffionemque membri tremorem vocare non oportet; nam videbis manifefto mufculos palpitantes, a quibus membrum movetur; ipfeque motus non qualis trementibus

οὐχ οἷα τοῖς τρέμουσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν διὰ τοὺς παλλομένους μῦς ἐν κινήσει τὸ κῶλον ὅλον ἰσχόντων ἰδίοις καὶ αἰσθητοῖς πέρασιν ἑκατέρα τῶν κινήσεων περιγράφεται· τῶν δὲ τρεμόντων τὸ πάθος οὐ τοιοῦτον, ἀλλὰ τῆς ἑτέρας κινήσεως ἔτ᾽ ἀρχομένης, ὡς ἄν τις φαίη, τὴν ἐναντίαν αὐτῇ συνάπτουσαν εὑρήσεις, ὥστε ἀεὶ μὲν τὴν ἄνω φορὰν ἐκδέχεσθαι τὴν κάτω, ταύτην δ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνης πάλιν κωλύεσθαι συνεχῶς, ἀτελευτήτου μὲν ἀεὶ τῆς ἄνω φορᾶς, ἀτελευτήτου δὲ τῆς κάτω ῥοπῆς ὑπαρχούσης. τάδε μέν σοι τῶν παθῶν τὰ γνωρίσματα καὶ τοῖσδε τοῖς συμπτώμασιν ἀλλήλων διαφέρει. τόπον δὲ πάσχοντα καὶ τὸ ποιοῦν αἴτιον ἐφεξῆς ἂν εἴη σκοπεῖσθαι. πνεῦμα παχὺ καὶ ἀτμῶδες οὐκ ἔχον διέξοδον αἴτιον εἶναί φημι παλμῶν. ἀθροίζεσθαι δὲ τοῦτό φημι χρῆναι κατά τινα κοιλότητα μὴ κομιδῇ μικρὰν, εἰ μέλλει τὴν διάστασιν αἰσθητὴν ἕξειν τὸ μέρος. εἴρηται μὲν δὴ τὸ πᾶν ἐν κεφαλαίῳ. δεῖ δέ σε τῶν ἀποδείξεων ἔτι πνευματικὴν μὲν εἶναι τὴν οὐσίαν τῷ αἰτίῳ τιθέναι, διὰ τὸ τάχος τῆς κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως καὶ τῆς λύσεως. τί γὰρ οὕτω ῥαδίως

apparet. Nam in iis, qui membrum totum in motu propter musculos palpitantes retinent, propriis et sensilibus extremis uterque motus circumscribitur; trementium vero affectus talis non est, sed altero motu adhuc incipiente, ut ita dicam, contrarium ipsi subjungi deprehendes, ut ad superiora latio semper deorsum tendentem excipiat; haec autem ab illa rursus continue impediatur, ita ut imperfecta semper sursum latio, imperfecta quoque deorsum inclinatio existat. Ac hae sane affectuum tibi notae erunt, his symptomatis invicem differunt. Reliquum est, ut locum affectum et causam efficientem consideremus. Palpitationum causam esse pronuncio spiritum crassum et vaporosum, cui non sit transitus. Hunc autem colligi oportere dico in cavitate quadam non admodum exigua, si pars distentionem sensibilem habitura sit. Atque totum quidem negotium summatim explicatum est. Caeterum oportet, ut cum tu substantiam illam esse spiritualem demonstras, causae addas, ob motus, generationis ac solutionis celeritatem. Quid

ἀθροίζεσθαί τε καὶ κενοῦσθαι δυνατὸν ἄλλο πλὴν πνεύματος; ἔστι μὲν γὰρ τὰ συντιθέντα τὸν ἄνθρωπον, ὡς Ἱπποκράτης ἐδίδασκεν ἡμᾶς, στερεὰ, ὑγρὰ, καὶ πνεύματα. μέμνηται δέ πως αὐτῶν ὧδε, τὰ ἴσχοντα λέγων, καὶ τὰ ἐνισχόμενα, καὶ τὰ ἐνορμῶντα· ἴσχοντα μὲν τὰ στερεὰ καλῶν, περιέχει γὰρ καὶ ἀποστέγει τὰ ὑγρά· ἐνισχόμενα δὲ, τὰ ὑγρὰ, περιέχεται γὰρ ὑπὸ τῶν στερεῶν· ἐνορμῶντα δὲ τὰ πνεύματα, πάντη γὰρ ἐξικνεῖται τοῦ σώματος ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ ῥᾳδίως τε καὶ ἀκωλύτως. ταχεῖαν οὖν κένωσιν, ἢ πλήρωσιν, ἢ διάστασιν, ἢ συνίζησιν, ἢ θέσιν, ἢ ἔπαρσιν, ἤ τινα ἄλλην κίνησιν οὐδὲν ἂν τῶν ἁπάντων ἐργάσαιτο πλὴν πνεύματος. ὥστε καὶ παλμῶν αἰτία οὐσία μὲν τὸ πνεῦμα, ποιότης δὲ τῆς οὐσίας ὑγρότης ἐστὶ καὶ παχύτης, ὡς ὀλίγῳ πρόσθεν ἐλέγομεν, ἡνίκα παχὺ καὶ ἀτμῶδες ὠνομάσαμεν αὐτό. εἰ γὰρ αἰθερῶδες εἴη καὶ λεπτὸν καὶ καθαρὸν, ἀκωλύτως διεξερχόμενον οὔτε πληρώσει ποτὲ οὔτε κενώσει τὰ μέρη. τὸ δὲ παχύτερον ἢ κατὰ τοὺς πόρους τῶν σωμάτων, ἐν οἷς ἀθροίζεται,

enim tam facile vel congregari, vel inaniri poteſt aliud, quam ſpiritus? Etenim quae hominem conſtituunt, ut Hippocrates nos docebat, ſunt ſolida, humida et ſpiritus. Meminit autem ipſorum his verbis, *Continentia* dicens, *contenta*, *et impetu ruentia.* Continentia quidem ſolida nuncupans, ut quae comprehendant tegantque humida: contenta autem, humores, ut qui a ſolidis comprehendantur: quae impetu feruntur, ſpiritus, ſi quidem in omnem corporis partem momento temporis et facile et citra impedimentum perveniunt. Citam igitur vacuationem, aut repletionem, aut diſtentionem, aut contractionem, aut depreſſionem, aut elationem, aut alium quendam motum, nullum ex omnibus praeter ſpiritum effecerit. Quare et palpitationum cauſa ſubſtantia quidem ſpiritus, qualitas autem ſubſtantiae humiditas eſt et craſſities, ut paulo ante dicebamus, quum craſſum eum vaporoſumque nominavimus. Si enim aethereus fuerit tenuis et purus, citra impedimentum tranſiens, neque replebit unquam, neque vacuabit partes: craſſior autem, quam meatus corporum exigant, in quibus

στεγόμενον ἐντὸς, εἰ μὲν ἔχοι κοιλότητα τὸ σῶμα, ταύτην πληρῶσαν ἤγειρέ τε καὶ διέστειλε τὸ περιέχον· εἰ δ' οὐκ ἔχοι, μεταξὺ δυοῖν ἀθροιζόμενον σωμάτων ἀπὸ θατέρου θάτερον ἀφίστησιν, ἐπίκτητον ἑαυτῷ κοιλίαν ἐργαζόμενον. οὗτος μὲν ὁ τρόπος ὁ δεύτερος εἰρημένος καὶ περὶ τὸ δέρμα παλμοὺς ἐργάζεται πολλάκις, οὐκ αὐτοῦ τοῦ δέρματος ἐν ἑαυτῷ κοιλότητά τινα κεκτημένου, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τῶν ὑποκειμένων σωμάτων ἀθροίζεται τηνικαῦτα τὸ πνεῦμα. ὁ δὲ τρόπος ὁ πρότερον εἰρημένος ἐν μυσὶ μάλιστα γίνεται. κοιλότητες γὰρ ἐν τούτοις εἰσὶ πολλαί τε καὶ σμικραί. Πραξαγόρας δὲ καὶ ταῖς ἀρτηρίαις ἀνατίθησι σφυγμὸν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ παλμὸν καὶ τρόμον καὶ σπασμὸν ἀρτηριῶν πάθη· καὶ σφυγμὸν μὲν ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν· παλμὸν δὲ καὶ τρόμον καὶ σπασμὸν ἀλλήλων μὲν διαφέρειν μεγέθει, κινήσεις δὲ εἶναι παρὰ φύσιν. ὅτι δὲ οὐκ ὀρθῶς ἐγίνωσκε μόναις ἀρτηρίαις ἀναφέρων τὸν παλμὸν, οὐ χαλεπὸν ἐξελέγξαι. [205] σαφῶς γὰρ ἔστιν ἰδεῖν πολλάκις καὶ τὸ δέρμα παλλόμενον καὶ τοὺς μῦς, οὐδεμιᾶς κατὰ τὸν τόπον

colligitur, reclufus intus, fi quidem cavitatem corpus obtinet, hanc replens, et excitat et diftendit regionem circumfluam; fin minus, inter duo collectus corpora, ab uno ad alterum tranfit, afcititium fibi finum efficiens. Hic fane modus fecundus dictus etiam in cute crebro palpitationes excitat; non cute ipfa cavitatem quandam in fe fortita, fed in fpatio, quod cutem et corpora fubjecta intercedit, fpiritus tunc colligitur. Prior autem dictus modus in mufculis potiffimum accidit, in his enim cavitates et multae funt et exiguae. Praxagoras autem pulfum arteriis attribuit, ficut nimirum et palpitationem, tremorem et convulfionem arteriarum affectus effe dicit: ac pulfum fane in naturali flatu, palpitationem vero, tremorem et convulfionem magnitudine invicem differre, fed motus effe praeter naturam. Quod autem non recte fenferit, folis arteriis palpitationem attribuens, haud difficile eft deprehendere; nam manifefto videre eft frequenter et cutem palpitantem et mufculos,

ἀρτηρίας οὔσης, ἢ εἰ καὶ τυγχάνει τις οὖσα, κομιδῇ μικρᾶς ὑπαρχούσης, ὡς ἄν τινα φανερῶς γνῶναι δύνασθαι, τὴν τοσαύτην διάστασιν οὐκ εἶναι κατὰ τὸ τῆς ἀρτηρίας μέγεθος. εἰ δὲ ὀρθῶς ἔνιοι τοῖς μυώδεσι σώμασι μόνοις ἀνατιθέασι τὸν παλμὸν, τοῦτό μοι δοκεῖ μᾶλλον ἄξιον ἐπισκέψεως εἶναι. ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ πάνυ νομίζω σαφῶς τὴν ἀρτηρίαν οὐ μόνον παλμῶδες ἀλλὰ καὶ σπασμῶδές τι πολλάκις ἐμφαίνουσαν εὑρίσκειν, ὥσπερ καὶ ἄλλοι τῶν περὶ τοὺς σφυγμοὺς δεινῶν ὁμολογοῦσιν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου μακρότερός τε ὁ λόγος ἐστὶ κἀν τοῖς περὶ σφυγμῶν εἴρηται. κατὰ δὲ τὸ δέρμα μόνον ἐναργῶς φαίνονται παλμοὶ γινόμενοι πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων οὐκ ὀλιγάκις, ὅταν ἀτμῶδες πνεῦμα κατά τι μόριον αὐτοῦ γεννηθὲν ἴσχηταί τε καὶ βραδύνῃ κατὰ τὴν διέξοδον. οὕτω δὲ κἂν ἐν μυσὶν ἢ ἄλλῳ τινὶ σώματι φυσῶδες πνεῦμα πλεονάσῃ, κατ᾽ ἐκεῖνο παλμὸν ἐργάζεται. ὅτι δὲ πνεῦμα παχὺ καὶ ὁμιχλῶδες ἢ ἀχλυῶδες ἢ φυσῶδες, ἢ ὅπως ἂν ὀνομάζειν ἐθέλῃς, αἴτιον γίνεται παλμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἡλικιῶν αἱ ψυχρότεραι παλμῷ εὐάλωτοι, καὶ φύσις σώματος ἡ ψυχροτέρα, καὶ χωρία

cum nulla in eo loco fit arteria: vel fi effe quandam contingat, ea fit admodum exigua, unde liceat manifefto alicui cognofcere, tantam diftentionem non ex arteriae magnitudine proficifci. Porro num recte nonnulli mufculofis corporibus folis palpitationem attribuant, id mihi multo dignius confideratione videtur. Ego etenim etiam plane exiftimo, arteriam manifefto non modo palpitans, fed etiam convulforium quid faepe repraefentantem inveniri, quemadmodum et alii pulfuum periti fatentur. Verum de hoc difputatio prolixior eft, et in libris de pulfibus comprehenfa. Jam plerisque hominum non raro palpitationes in fola cute evidenter fieri apparent, cum vaporofus fpiritus in aliqua ipfius parte generatus retinetur, et in tranfitu moratur: ita etiam, fi in mufculis aut alio quodam corpore fpiritus flatulentus redundaverit, in illa palpitationem excitat. Quoniam vero fpiritus craffus, nebulofus, aut caliginofus, aut flatulentus, aut quomodocumque nominare velis, palpitationis caufa eft, ideo et aetates frigidiores palpitationi obnoxiae funt, natura

ψυχρὰ, καὶ ὥρα τοῦ ἔτους ἡ χειμερινὴ, καὶ βίος ἀργὸς ἐν πλησμοναῖς τε καὶ μέθαις, ἐδέσματά τε ψυχρὰ καὶ φυσώδη, καὶ πάνθ᾽ ἁπλῶς, ὅσα τὸ σῶμα καταψύχει· τὰ δ᾽ ἐναντία τῶνδε καθαιρετικά ἐστιν αὐτίκα τῶν παλμῶν. τὰ μὲν γὰρ θερμαίνοντα λεπτύνει τε τὸ πνεῦμα καὶ τὰ σώματα τίθησιν ἀραιὰ καὶ μαλακά· τὰ δὲ ψύχοντα πυκνοῖ μὲν καὶ συνάγει καὶ μύειν ἀναγκάζει τῶν σωμάτων τοὺς πόρους, παχύνει δὲ καὶ πήγνυσι καὶ θολερὸν ἀποδείκνυσι τὸ πνεῦμα. ῥᾳδίως οὖν ἴσχεται, διαπνεῖσθαι μὴ δυνάμενον, τῷ θ᾽ ἑαυτοῦ πάχει καὶ τῇ τῶν περιεχόντων αὐτὸ σωμάτων πυκνότητι. τὰ δὲ θερμαίνοντα πάλιν ἐξ ὑπεναντίου τοῖς ψύχουσι χέοντα καὶ χαλῶντα καὶ διανοίγοντα τῶν σωμάτων τοὺς πόρους, αὐτό τε τὸ πνεῦμα λεπτύνοντα καὶ πρὸς τὴν κίνησιν ἐπεγείροντα ῥᾳδίως, οὕτω καὶ εὐπετεῖς αὐτῷ τὰς διεξόδους ἐργάζεται. διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἰάματα τῶν παλμῶν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν ἐξεῦρον, ὅσα λεπτύνειν τε καὶ θερμαίνειν δύναται, οἷά ἐστι τά τε δι᾽ εὐφορβίου, καὶ πυρέθρου, καὶ λι(367)μνησίας, καὶ θείου, καὶ πεπέρεως, ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα συγκείμενα

corporis frigidior, regiones frigidae, anni tempus hibernum, vita otiofa in repletione et ebrietate, cibi frigidi et flatulenti, et ut femel dicam, omnia quae corpus refrigerant. Quae vero his contraria funt, palpitationes ftatim tollunt. Nam calefacientia fpiritum attenuant et corpora reddunt rara molliaque; refrigerantia autem denfant quidem et contrahunt, et corporum meatus cogunt connivere; incraffant autem coarctantque et turbidum reddunt fpiritum; facile igitur retinetur, a perfpiratu impeditus tum fua ipfius craffitie, tum corporum ipfum continentium denfitate. Calida rurfus contrario refrigerantibus modo dum fundunt, laxant, aperiunt corporum meatus, ipfumque fpiritum attenuant, et ad motum facile incitant, faciles ita tranfitus ipfi efficiunt. Quapropter etiam veteres medici palpitationum remedia adinvenere, quae extenuare et calefacere poffunt; cujusmodi funt, quae conftant euphorbio, pyrethro, linnefia, fulphure et pipere, aliaque id genus compofita medicamenta;

φάρμακα, καὶ τῶν ὑδάτων δὲ τὰ γῆθεν ἀνιόντα θερμὰ, καὶ τούτων μάλιστα τὰ νιτρώδη τε καὶ θειώδη, καὶ ἀσφαλτώδη τε ταῦτα ἐπαινοῦσι. χρῶνται δὲ καὶ θαλάττῃ, θερμαίνοντες αὐτὴν, καὶ ἅλμῃ, εἰ θάλαττα μὴ παρείη. καὶ πίνειν διδόασι τὰ θερμαίνοντα φάρμακα, καὶ μάλιστ᾽ αὐτῶν τὰ διὰ καστορίου συγκείμενα· τοῦτο μέν γε καὶ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενον, οὐ μόνον πινόμενον, ἀγαθὸν φάρμακον, ὡς ἂν ἐκθερμαίνειν τε ἅμα καὶ λεπτύνειν καὶ ξηραίνειν ἀκριβῶς δυνάμενον. παλμοῦ μὲν δὴ παντὸς ἡ γένεσις ἐν τῷ ψυχρῷ, τρόμου δ᾽ οὐδὲ μία πρόφασις, οὐδὲ τὸ ψυχρὸν αἴτιον· ἀλλ᾽ ἡ μὲν διάθεσις ἀῤῥωστία τῆς κινούσης τὸ σῶμα δυνάμεως, τῆς δ᾽ εἰς τοῦτο ἄγειν αἰτίας δυναμένης οὐχ ἓν εἶδος, ἀλλ᾽ ἤτοι τροφῆς ἀπορίᾳ, καθάπερ ἐν χολέραις καὶ ῥεύμασι κοιλίας ἰσχυροῖς καὶ σφοδραῖς αἱμοῤῥαγίαις καὶ τοῖς ἀποκαρτεροῦσιν, ἢ λυθέντος τοῦ ζωτικοῦ τόνου, καθάπερ ἐν στομαχικαῖς καὶ καρδιακαῖς ἐκλύσεσιν, ἢ βιαίας καὶ σφοδρᾶς ψύξεως καταλαμβανούσης ἢ πλήθους αὐτὴν οἷον φορτίου βαρύνοντος, ἄῤῥωστος εἰς τὰς [206] κινήσεις γίνεται. ὅθεν οὐδὲ τῶν ἰαμάτων

item inter aquas, quae e terra profiliunt calidae, atque ex his potiffimum nitrofae, fulphuratae et bituminofae, easque commendant. Utuntur autem et marina aqua, calefacientes ipfam, et muria, fi marina defit. Tum potui exhibent medicamenta calida, praefertim ex caftorio confecta. Hoc fane etiam extrinfecus impofitum, non modo epotum, generofum eft medicamentum, ut quod calefacere fimul et extenuare ficcareque abunde poffit. Palpitationis fane omnis ex frigido generatio eft; tremoris autem neque una occafio, neque caufa *femper* frigida eft; verum affectio quidem, facultatis corpus moventis eft imbecillitas; caufae autem, quae huc corpus perducere poteft, non una fpecies eft; fed vel alimenti inopia, quemadmodum in cholera, valido alvi profluvio, largo fanguinis fluore, aut magno jejunio; vel vitali robore foluto, quemadmodum in ftomachicis et cardiacis exolutionibus; vel violento et valido frigore occupante, aut plenitudine ipfa ponderis modo degravante, imbecilla ad motus efficitur. Unde neque una remediorum

ἓν εἶδος τοῖς τρέμουσιν, ὥσπερ γε τοῖς παλλομένοις, ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὑπὸ καταψύξεως τρέμοιεν, τὸ θερμὸν ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν. ὡς ὅσοι γε χειμῶνος ὁδοιποροῦντες, εἶτα ἐν κρύει καρτερῷ καταληφθέντες ἡμιθνῆτές τε καὶ τρομώδεις οἴκαδε παρεγένοντο, ῥᾷστα τοῦ πάθους ἀπηλλάγησαν ἐκθερμανθέντες. ὁμοίως τούτοις ἰώμεθα καὶ τοὺς ἐπὶ πυρετῶν καταβολαῖς ψυχούσαις ῥιγοῦντάς τε καὶ τρέμοντας. εἰ δὲ διαφορούμενοι γίνοιντο τρομώδεις, ὡς ἐν ἐκλύσεσι καρδιακαῖς τε καὶ στομαχικαῖς, τὸ θερμαίνειν τούτους κακῶν ἔσχατον, αὐτὸ γὰρ τοὐναντίον ἐν τοῖσδε πυκνῶσαι χρὴ τὴν ἐπιφάνειαν, ὅσα ψύχει καὶ στύφει καὶ συνάγει τοὺς πόρους προσφέροντας, οὐχ ὅσα θερμαίνει καὶ χαλᾷ καὶ ἀναπεπταμένους ἐργάζεται. εἰ δ᾽ ἀπορίᾳ τροφῆς ὡς ἐν τοῖς ἀποκαρτεροῦσιν ἢ ὑπερκενωθεῖσιν οἱ τρόμοι γίνοιντο, τούτῳ μὲν οὐδὲ λόγου δεῖ, παντὶ γὰρ δῆλον τοῦτο, ὡς τροφῆς οὗτοί γε χρήζουσιν. ὅσοι δὲ διὰ πλῆθος ὑγρῶν βεβαρημένης τῆς δυνάμεως τρέμουσιν, αἱ κενώσεις ἰάματα τούτοις. καθάπερ που καὶ Ἱπποκράτης διδάσκει λέγων· Ἐστυμάργεω οἰκέτις, ᾗ οὐδὲ αἷμα ἐγένετο, ὡς ἔτεκε θυγατέρα,

ſpecies trementibus, quemadmodum palpitantibus, *adhiberi poteſt.* Verum ſi a perſrictione tremorem experiantur, calidum ipſis praeſidio eſt. Nam qui per hiemem iter facientes, deinde valido frigore correpti, ſemimortui et tremuli domum revertuntur, facillime ab affectu liberati ſunt caloris beneficio. Similiter his medemur et illis, qui per refrigerantes febrium inſultus et rigent et tremunt. At ſi discuſſi fiant tremuli, ut in deliquiis cardiacis et ſtomachicis, calefacere hos extremum malum eſt; quippe contrarium in his convenit, nempe cutem denſare, quae refrigerant, adſtringunt coarctantque meatus, adhibentes, non quae calefaciunt, laxant et adaperiunt. Quod ſi penuria alimenti, ut in longis jejuniis aut immoderatis vacuationibus, tremores oboriantur, hoc ne verbis quidem indiget; cuivis enim conſtat, alimentum hos deſiderare. Qui autem viribus humorum copia gravatis tremunt, his vacuationes remedio ſunt; quemadmodum et Hippocrates alicubi docet his verbis: *Eſtymargei ancillae, cui neque ſanguis fluxerat,*

ἀπέστραπτο δὲ στόμα τῆς μήτρας, καὶ ἐς ἰσχίον καὶ ἐς σκέλος ὀδύνη, παρὰ σφυρὸν φλεβοτομηθεῖσα, ἐῤῥήισε, καί τοι τρόμοι τὸ σῶμα πᾶν κατεῖχον. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν πρόφασιν δεῖ ἐλθεῖν καὶ τῆς προφάσεως τὴν ἀφορμήν. γυναίου μέμνηται μετὰ τόκον οὐ καθαρθέντος τὴν λεγομένην τὰ δεύτερα λοχείαν κάθαρσιν, εἶτα τρομώδους γενομένου. τοῦτό, φησιν, ἰασάμην φλεβοτομήσας ἀπὸ σφυροῦ, καί τοι τρόμοι τὸ σῶμα πᾶν εἶχον. τί δὴ ἕτερον αἰνίττεται ἐνταῦθα, ἢ ὅτι ἕτερος οὐκ ἂν ἐφλεβοτόμησε; ψυχρὸν γὰρ εἶναι πεπίστευται τὸ πάθος ὁ τρόμος, τὸ δ᾽ αἷμα θερμόν. οὔκουν ἐτόλμησεν ἄν τις αἵματος κενοῦν ἐν πάθει θερμαίνεσθαι δεομένῳ. ἀλλ᾽ ἐγώ, φησιν, ἐτόλμησα, καὶ διδάσκει καὶ διὰ τί. ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν πρόφασιν δεῖ ἐλθεῖν καὶ τῆς προφάσεως τὴν ἀφορμήν. τὸ ἐνοχλοῦν, φησιν, ἠπιστάμην καὶ τοῦ ἐνοχλοῦντος τὴν αἰτίαν. τὸ μὲν οὖν ἐνοχλοῦν ἦν αἵματος πλῆθος, αἰτία δὲ αὐτοῦ τῆς μήτρας ἡ πρὸς τὸ ἰσχίον ἔγκλισις, δι᾽ ἣν οὐκ ἐκαθάρθη τὸ γύναιον. ὅπερ οὖν ἐχρῆν αἷμα κενωθῆναι, μὴ κενούμενον, ἀλλ᾽ ἐν τῷ σώματι πλανώμενον, ἄχθος ἦν τῇ φύσει, ὅθεν ἐπι-

postquam filiam peperisset, os autem vulvae aversum erat, ac dolor in coxam et crus pertingebat, ex talo sanguis detractus profuit, etsi tremores totum corpus occuparent. Sed ad occasionem veniendum et occeasionis fomitem. Mulieris meminit, quae a partu ea puerperii purgatione, quae secundae vocantur, non purgata, deinde tremore correpta est. Hanc, inquit, sanavi sanguine e malleolo detracto, etsi tremores totum corpus occupabant. Quid ergo aliud hic subindicat, quam quod alius sanguinem non misisset? Frigidus enim affectus tremor esse creditur, sanguis vero calidus. Non igitur ausus fuisset aliquis sanguinem vacuare in affectu, qui calefieri desiderat. Ego tamen, inquit, ausus sum; et rationem docet. Sed ad causam veniendum est et ad causae fomitem. Id quod infestabat, inquit, et infestantis causam noveram. Quod igitur infestabat, sanguinis copia erat; causa ipsius, vulvae ad coxas inclinatio, propter quam mulier purgata non erat. Sanguis igitur, quem vacuatum esse oportebat, non evacuatus, sed in corpore ober-

γνοὺς τοῦ τρόμου τὴν μὲν πρόφασιν αἵματος πλῆθος, ἀφορμὴν δὲ τῆς προφάσεως τῆς μήτρας τὸ πάθος, εἶτα τοῦ μὲν πλήθους ἐνδειξαμένου τὴν κένωσιν, τοῦ πεπονθότος δὲ μέρους τὸν τόπον δι᾽ οὗ χρὴ κενῶσαι, συνθεὶς ἄμφω ταῦτα, τὴν ἀπὸ τοῦ σφυροῦ φλεβοτομίαν μὲν ἐποιήσατο, φλεβοτομίαν μὲν ὅτι κενοῦν αἷμα ἐβούλετο, ἀπὸ σφυροῦ δὲ, μήτρα γὰρ ἐπεπόνθει. ὅτι μὲν οὖν αἵματος πλεονάζοντος φλεβοτομεῖν χρὴ, δῆλον οἶμαι παντὶ, τὸ γὰρ αἷμα ἐν φλεψὶ περιέχεται· ὅτι δὲ μήτρας πασχούσης περὶ σφυρὸν ἢ κατ᾽ ἰγνύην χρὴ τέμνειν, εἰ μὴ πρότερον ἐξ ἀνατομῆς διδάξαιμι τὰς κοινωνίας τῶν φλεβῶν, οὐκ ἂν ἕπεσθαι δύναιο τῷ λόγῳ. ἄλλη γὰρ ἄλλῳ μέρει τοῦ σώματος κοινωνεῖ φλὲψ, καὶ χρὴ διὰ τῶν κοινῶν ἀεὶ τὰς κενώσεις ποιεῖσθαι, ὡς εἴ γε τὰς μηδὲν κοινωνούσας τῷ πεπονθότι μέρει φλέβας ἐντέμοις, οὔτε τὸ πεπονθὸς ἰάσῃ, καὶ βλάψεις ἀεὶ τὸ ὑγιές. ἀναγκαῖον οὖν ἀεὶ φαίνεται τῷ μέλλοντι καλῶς ἰᾶσθαι τὴν αἰτίαν ἐπίστασθαι, δι᾽ ἣν γίνεται τὸ πάθος. ἀλλὰ περὶ μὲν αἰτίας τρόμου ἱκανὰ ταῦτα.

rans, naturae pondus erat. Unde tremoris caufam intelligens, fanguinis copiam, fomitem vero caufae uteri affectum; deinde copia quidem vacuationem indicante, parte autem affecta locum per quem vacuare conveniebat, ambo haec conjungens, fanguinis detractionem ex malleolo molitus eft; fanguinis quidem detractionem, quoniam fanguinem vacuare volebat; e malleolo autem, quia uterus affligebatur. Quod igitur fanguine abundante venam incidere oportet, cuique arbitror manifeftum, fiquidem in venis ille continetur. Quod autem utero affecto, circa malleolum aut in poplite fecare convenit, nifi prius venarum communiones ex anatome didiceris, haud poteris id, quod dico, affequi. Alia enim alii corporis parti vena communicat, oportetque vacuationes femper ex communibus moliri; nam fi venas nihil parti affectae communicantes incideris, neque affectae medeberis, et fanam femper offendes. Neceffarium igitur femper videtur, eum qui recte medebitur, caufam ex qua affectus oritur cognofcere. Verum de tremoris caufa haec fufficiunt.

πεπονθὼς δὲ [207] τόπος εἷς οὐδείς ἐστιν ἐξ ἀνάγκης ἐν τρόμοις, καὶ μέμφομαί γε ἐνταῦθα Πραξαγόρᾳ καὶ Ἡροφίλῳ, τῷ μὲν ἀρτηριῶν πάθος εἰπόντι τὸν τρόμον, Ἡροφίλῳ δὲ φιλοτιμουμένῳ δεῖξαι περὶ τὸ νευρῶδες αὐτὸ γένος ἀεὶ συνιστάμενον. ὁ μὲν οὖν Πραξαγόρας πόῤῥω τοῦ ἀληθοῦς ἥκει· ὁ δὲ Ἡρόφιλος ἠπατήθη τὸ τῆς δυνάμεως πάθος ἀναφέρων τοῖς ὀργάνοις. ὅτι μὲν γὰρ τὸ νευρῶδες γένος, οὐ τὸ ἀρτηριῶδες, ὑπηρετεῖ ταῖς κατὰ προαίρεσιν κινήσεσιν, ὀρθῶς ἐγίνωσκεν· ὅτι δὲ οὐκ αὐτὸ τὸ σῶμα τῶν νεύρων αἴτιον κινήσεως, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὄργανον, ἡ κινοῦσα δ᾽ αἰτία ἡ διήκουσα δύναμις διὰ τῶν νεύρων ἐστὶν, ἐνταῦθα μέμφομαι αὐτῷ μὴ διορίσαντι δύναμίν τε καὶ ὄργανον. εἰ γὰρ διώρισεν, εὐθὺς ἂν ἔγνω διότι βλαβήσεται τοὔργον οὐκ ὀργάνων μόνων, ἀλλὰ καὶ δυνάμεων πάθει. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν τεθνεώτων οὐδὲν οὔτε τὰ νεῦρα πέπονθεν οὔθ᾽ οἱ μύες, ὅσα πάθη πάσχειν αὐτὰ νομίζουσιν Ἡρόφιλός τε καὶ Πραξαγόρας· ἀπολέλοιπε δ᾽ αὐτῶν πᾶσα κίνησις εὐθὺς ἅμα τῇ ψυχῇ, μύες δὲ καὶ νεῦρα

Locus autem affectus in tremoribus unus necessario nullus est; atque hoc loco carpendi mihi veniunt Praxagoras et Herophilus; ille, quod arteriarum affectum tremorem dixerit; Herophilus, quod tremorem in nervoso ipso genere semper constitui ostendere contendat. Praxagoras igitur longe a vero abest; Herophilus autem deceptus est, dum facultatis affectum instrumentis attribuit. Quod etenim nervosum genus, non arteriosum, motibus voluntariis serviret, recte intelligebat; quoniam autem non idem nervorum corpus motus causa existit, sed hoc quidem organum; causa autem movens, facultas est, quae per nervos dispensatur: hic reprehendendus venit, qui facultatem et organum non distinxerit. Si enim distinxisset, statim utique opus laesum iri, non instrumentorum modo, sed etiam facultatum affectu deprehendisset. In mortuis igitur neque nervi, neque musculi affectus ullos experti sunt, quos pati ipsos et Herophilus et Praxagoras arbitrantur; deseruit autem eos omnis motus protinus una cum anima; at hujus instrumenta mu-

ταύτης ὄργανα. οὔκουν μυὸς οὐδὲ νεύρου τὸ κινεῖν, ἀλλὰ ψυχῆς. οὐδὲ γὰρ αὐλῶν ἔργον ἡ αὔλησις, οὐδὲ κιθάρας ἡ κιθάρισις· ἀλλ᾽ αὔλησις μὲν ἔργον αὐλητοῦ δι᾽ ὀργάνων αὐλῶν, κιθάρισις δὲ τοῦ μουσικοῦ, τὸ δ᾽ ὄργανον ἡ κιθάρα. διαφθαρήσεται δὲ καὶ αὔλημα καὶ κιθάρισις πολλάκις μὲν διὰ τοὺς τῶν ἔργων δημιουργοὺς, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ διὰ τὴν τῶν ὀργάνων οἷς χρῶνται βλάβην. οὕτω δὲ καὶ κινήσεως ἐν τῷ ζώῳ τῆς κατὰ προαίρεσιν ὁ μὲν οὖν δημιουργὸς καὶ τεχνίτης ἡ διοικοῦσα τὸ ζῶόν ἐστι δύναμις, τὰ δὲ ὄργανα νεῦρα καὶ μύες. καὶ τὸ μὴ κινεῖσθαι τοιγαροῦν καὶ τὸ κακῶς κινεῖσθαι γένοιτ᾽ ἂν ἢ διὰ τῶν ὀργάνων τὸ πάθος, ἢ διὰ τὴν χρωμένην τοῖς ὀργάνοις δύναμιν. παλμοὶ μὲν οὖν καὶ σπασμοὶ καὶ παραλύσεις ὀργάνων βλάβαι, τρόμοι δὲ δυνάμεως ἀῤῥωστούσης πάθη.

Κεφ. στ΄. Τρόμος μὲν δὴ σαφῶς διώρισται παλμοῦ· ῥίγους δὲ τρόμον διορίσαις ἂν ὧδε. χρὴ δὲ πρότερον, οἷόν τι τὸ ῥιγοῦν ἐστιν ἐπισκέπτεσθαι. καὶ γὰρ οὖν καὶ τοῦτο δοκεῖ μὲν εἶναι τῶν πάνυ γνωρίμων, ἔστι δ᾽ οὐδενὸς ἧττον

fculi funt et nervi. Non igitur mufculi eft neque nervi movere, fed animae. Neque enim tibiarum opus eft tibicinium, neque citharae citharifis; fed tibicinium opus quidem eft tibicinis, per inftrumenta tibiarum; citharifis vero, mufici, inftrumentum autem cithara. Depravabitur autem et tibiae et citharae fonus plerumque propter operum artifices; interdum autem propter inftrumentorum, quibus utuntur, laefionem; ita et motus in animante arbitrarii opifex quidem artifexque facultas eft, quae animal gubernat; inftrumenta autem nervi et mufculi. Itaque non moveri et prave moveri aut ob inftrumentorum affectum, aut facultatem his inftrumentis utentem accidet. Palpitationes igitur, convulfiones et paralyfes inftrumentorum laefiones funt, tremores autem facultatis imbecillae affectus.

Cap. VI. Ac tremor fane a palpitatione manifefte diftinctus eft; a rigore autem tremorem hoc pacto diftinguas licet. Prius autem confiderandum venit, quid fit rigor:

δυσδιάγνωστον οὐ ταύτῃ μόνον, ὅτι τὴν αἰτίαν εὑρεῖν ἢ τὴν ἀπ᾽ αὐτῆς περὶ τὸ σῶμα γινομένην διάθεσιν οὐκ εὐπετὲς, ἀλλ᾽ ἔτι τούτων πρότερον, ὅτι ἐν αὐτῇ δοκοῦσί μοι τῇ τῆς ἐννοίας ὑπογραφῇ σφάλλεσθαι. ῥῖγος γὰρ εἰ μὲν οὕτως ἁπλῶς κατάψυξιν εἴποις, ὥς τινες ἀπεφήναντο, κατάφωρον τὸ σφάλμα, πολλῶν μὲν ἰσχυρῶς καταψυχομένων, οὐ μὴν καὶ ῥιγούντων· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἰ κατάψυξιν ἰσχυρὰν, οὐδὲ τοῦτ᾽ ἀληθές· οἱ γοῦν (368) στομαχικῶς ἀλγοῦντες, ἢ καρδιακῶς, ἰσχυρῶς μέν εἰσι κατεψυγμένοι, ῥιγοῦσι δὲ οὔ. τὸ δὲ σὺν τρόμῳ λέγειν κατάψυξιν τὸ ῥῖγος, εἰς ὅπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἀπηνέχθησαν, ἀφορμὴν ἔσχηκε τῆς ἀπάτης τὸν βρασμὸν καὶ τὸν κλόνον τὸν τοῖς σφοδροῖς ῥίγεσιν [208] ἐζευγμένον. ἐξελέγχεται δ᾽ ἐναργῶς ἐκ τοῦ μήθ᾽ ἅπασι τοῖς ῥιγοῦσι συμβεβηκέναι, μόνοις δὲ τοῖς σφοδρῶς, μήθ᾽ οἷς συμβέβηκε, τρόμου τοῦ γινομένου πάθους ὄντος, ἀλλά τινος οἷον σεισμοῦ τε καὶ κλόνου. τρόμος μὲν γὰρ, ὡς ἀπεδείξαμεν, ἄνευ τοῦ προελέσθαι κινεῖν τὸ μέρος οὐ γίνεται, ὁ δὲ τοῖς σφοδροῖς ῥίγεσι συνεδρεύων κλό-

etenim et hoc ex iis, quae admodum funt cognita, effe putatur; nihilo tamen minus difficile dijudicatu eft, non eo folum, quod caufam invenire, vel affectionem, quae ex ea corpori obvenit, haud proclive fit; fed ante haec adhuc, quod in ipfa notionis defcriptione errare mihi videntur. Rigorem enim fi ita abfolute perfrictionem dixeris, ut nonnulli pronunciarunt, error manifeftus eft; quum multi quidem vehementer perfrigerentur, non tamen etiam rigeant: imo nec fi vehementem perfrictionem ftatuas, ne hoc quidem verum eft. Nam qui ftomachice, aut cardiace laborant, vehementer quidem frigent, non autem rigent. Jam perfrictionem cum tremore rigorem dicere, in quam fententiam plerique medicorum defcendunt, occafionem habet deceptionis concuffionem corporis ac agitationem, quae vehementibus rigoribus conjuncta eft. Arguitur autem manifefto, quod neque omnibus rigentibus accidat, fed folis vehementer rigentibus: neque iis, quibus accidit, affectus qui advenit, fit tremor, fed quaedam veluti concuffio et agitatio. Tremor etenim, ut demonftravimus, nifi partem movere

νος οὕτω βίαιός τε καὶ μετ᾽ ἀνάγκης ἐμπίπτει τοῖς σώμασιν, ὥστε ἀμήχανον ἡσυχάζειν, κἂν πάνυ τις ἀνδρείως ἀντιτάξηται. καὶ τρόμος μὲν ἑνὸς πάθος μέρους, ὅλου δὲ τοῦ σώματος τὸ ῥῖγος. ὅθεν ἔμοιγε καὶ Πλάτωνος ἐπέρχεται θαυμάζειν, εἰ ταὐτὸν ἡγεῖται τρόμον τε καὶ ῥῖγος. εἰ γὰρ οἱ σὺν τρόμῳ κατάψυξιν εἰπόντες τὸ ῥῖγος ἥμαρτον, ποῦ γ᾽ ἂν αὐτὸς ταὐτὸν εἶναι νομίζων τὸ τρέμειν τῷ ῥιγοῦν ἀληθεύοι; πρὸς μὲν γὰρ οἷς εἴπομεν ἀτόποις, ἔτι καὶ τοῦτο αὐτῷ μάχεται, τὸ τρέμειν μέν τινας, οὐδεμίαν αἴσθησιν ἔχοντας ψύξεως, ἀμήχανον γὰρ εἶναι ῥιγοῦν ἄνευ τοῦ δοκεῖν κατεψύχθαι. διὰ τοῦτ᾽ οὖν οὐδ᾽ ἐκεῖνοί μοι δοκοῦσι πόῤῥω τῆς ἐννοίας ἔρχεσθαι τοῦ πάθους, ὅσοι καταψύξεως αἴσθησιν ἔφασαν εἶναι τὸ ῥῖγος. οὐ γὰρ ταὐτὸν δήπου φαίης ἂν ἐψύχθαί τε καὶ ψύξεως αἰσθάνεσθαι. τὰ μέν τοι παρειμένα τε καὶ τὰ ναρκώδη καὶ δυσαίσθητα καὶ τὰ παντελῶς ἀναίσθητα κατέψυκται πάντα, καὶ τὸ τρομῶδες, καὶ τὸ παράπληκτον, καὶ τὸ ἐπίληπτον, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ φυσῶδες, καὶ τὸ ὑδαρῶδες, καὶ

velit, non accidet; concuffio autem, quae validos rigores comitatur, tam violenta et neceffario corporibus incidit, ut conquiefcere non liceat, etiamfi quis ftrenue admodum renitatur. Ac tremor fane unius partis affectus, rigor autem totius corporis eft. Unde mihi et Platonem mirari fubit, qui tremorem cum rigore confundat. Si enim ii, qui rigorem interpretati funt tremorem cum perfrictione, aberrarunt, quomodo ipfe, idem effe tremere et rigere exiftimans, vera praedicaverit? Nam praeter ea, quae diximus abfurda, etiam hoc adhuc ei refragatur, quod nonnulli tremant, nullum frigiditatis fenfum habentes, non tamen fieri poffit, ut quis citra perfrictionis fenfum rigeat. Idcirco neque illi, qui rigorem perfrictionis fenfum effe dictitarunt, procul ab affectus notione abiiffe videntur, non enim idem fane dixeris perfrixiffe et frigus fentire. Quae enim refoluta funt, torpida, difficili aut prorfus nullo fenfu praedita, omnia perfrixerunt: item quod tremorem experitur, paraplexiam, epilepfiam, fimiliter et flatus, et aquam inter

Ed. Chart. VII. [208.] Ed. Baf. III. (368.)

τὸ ἐμφυσηματῶδες, καὶ τὸ οἰδηματῶδες ἅπαν ψυχρόν· ἀλλ' οὐδὲν τούτων αἰσθάνεται τῆς ἐν αὐτῷ ψύξεως, ὅθεν οὐδὲ ῥιγοῖ· εἰ δ' αἴσθοιτο, πάντως εὐθὺς καὶ ῥιγώσει. διὰ ταῦτα τοίνυν φημὶ μὴ καλῶς ὑπολαμβάνειν τὸν Πλάτωνα, ταὐτὸν εἶναι ῥῖγός τε καὶ τρόμον· οὔτε ἑνός ἐστι μέρους τὸ πάθος τὸ ῥιγοῦν, ὡς τὸ τρέμειν, οὔτ' αἴσθησις ψύξεως τοῖς τρέμουσιν, ὡς τοῖς ῥιγοῦσιν, ἥ τε κίνησις ἐπὶ μὲν τῶν, ἄνευ τοῦ κινεῖν ἐθέλειν τὰ μέρη, παντάπασιν ἀκούσιος· ἐπὶ δὲ τῶν τρεμόντων, οὐκ ἄνευ τοῦ περὶ τὸ κινεῖν ὁρμῆς. ἀλλὰ Πλάτωνι μὲν ἴσως καὶ συγχωρήσειεν ἄν τις ἐν οὕτω λεπτοῖς καὶ ἰατρικοῖς πράγμασιν ἁμαρτάνειν, καί τοι τῶν γε ἄλλων παθῶν τῶν κατὰ τὸ σῶμα σχεδὸν ἁπάντων τὴν γένεσιν ἀκριβῶς διεξῆλθεν· Ἀθηναίου δὲ ἄξιον θαυμάζειν τοῦ Ἀτταλέως, πολὺ γὰρ ἔτι καὶ Πλάτωνος ὕστερος γενόμενος οὐκ ἐν τοῖς περὶ τῆς αἰτίας λογισμοῖς μόνον ἕπεται τῷ Πλάτωνι, τοῦτο μὲν γὰρ ἀνεκτὸν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἔννοιαν ὁμοίως ἐκείνῳ φαίνεται συγκεχυμένος. οὔτε γὰρ διωρίσατο ῥίγους καὶ τρόμου τὴν ἔννοιαν, ὑπογράφων τε τὸ ῥῖγος ὧδέ πώς φησι·

cutem, et inflationes, et oedema totum frigidum eft, fed nullum ex his frigiditatem quae in ipfo eft percipit, unde neque riget; fin autem fentiat, protinus certe et rigebit. Quas ob res Platonem dico non recte opinari, idem effe rigorem et tremorem, neque unius eft partis affectus rigere, ut tremere; neque fenfus frigiditatis trementibus, ut rigentibus; et motus in *rigentibus* fane citra movendi partes voluntatem omnino invitis eft; in trementibus, non citra movendi arbitrium. Sed Platoni fane aliquis forfan condonaverit, quod in tam tenuibus et medicis rebus errorem admittat, quamvis aliorum affectuum corporis prope omnium generationem exacte fit perfecutus; Athenaeum autem Attaleum demirari par eft, multo etenim Platone adhuc recentior, non in caufae rationibus modo Platonem fequitur, id enim tolerari poterat, fed etiam circa notionem fimiliter atque ille confufus apparet. Neque enim rigoris tremorisque notionem diftinxit, defcribensque rigorem in hunc modum ait: *Pugnam concuffionemque hanc tremor rigor-*

τῇ δὴ μάχῃ καὶ τῷ σεισμῷ τούτῳ τρόμος καὶ ῥῖγος ἕπεται, ψυχρὸν δὲ τὸ πάθος ἅπαν. τοῦτο καὶ τὸ δρῶν αὐτὸ ἔσχεν ὄνομα, ὥς πού, φησι, καὶ ὁ Πλάτων λέγει. οὗτος γὰρ αὐτὴν τὴν λέξιν εἴρηκε τοῦ Πλάτωνος. ἔχει δὲ ἡ σύμπασα τόνδε τὸν τρόπον· τὰ γὰρ δὴ τῶν περὶ τὸ σῶμα ὑγρῶν μεγαλομερέστερα εἰς τὰς ἐκείνων οὐ δυνάμενα ἕδρας ἐνδῦναι, συνωθοῦντα ἡμῶν τὰ νοσερὰ (εἰσὶ δὲ τὰ σμικρότατα) ἔξωθεν τὸν ἕτερον ἐξ ἀνωμάλου κεκινημένον, (οὔτ᾽) ἀκίνητον δι᾽ ὁμαλότητα καὶ τὴν ξύνωσιν ἐπεργαζόμενα πήγνυσι. τὸ δὲ παρὰ φύσιν συναγόμενον μάχεται κατὰ φύσιν αὐτὸ ἑαυτῷ εἰς τὸ ἐναντίον ἀπωθοῦν. τῇ δὲ μάχῃ καὶ τούτῳ τῷ σεισμῷ τρόμος καὶ ῥῖγος ἐτέθη. ψυχρὸν δὲ τὸ πάθος ἅπαν, τοῦτο καὶ τὸ δρῶν αὐτὸ ἔσχεν ὄνομα. ὅτι μὲν οὔτε τῷ τρόμῳ ταὐτόν ἐστι τὸ ῥιγοῦν, ἀλλ᾽ οὐδὲ κατάψυξις [209] ἁπλῶς, οὐ μὴν οὐδὲ κατάψυξις ἰσχυρὰ, σαφῶς ἐπιδέδεικται. τὸ δ᾽ ὀλίγῳ πρόσθεν ῥηθὲν, ὡς ἄρα κατάψυξίς ἐστιν, ἀλλ᾽ αἰσθητὴ, βασανίσωμεν, εἰ μὴ ψευδῶς εἴρηται. τινὲς γὰρ οὐκ αἰσθητὴν ψύξιν τὸ ῥῖγος, ἀλλὰ ὀδυνηρὰν εἶναι νομίζουσι. καταψύχεσθαι

γεγυμνασμένοις, τὸ ἆρά γε ἡμέρα ἐστί; καὶ, ἆρά γε ἐλεύσεται σήμερον; ἀπορητικὸν ἔχει ἐπίῤῥημα. ἂν δὲ λόγῳ ἀποφαίνειν αὐτοῖς βουληθῶ, ἤτοι ἁπλῶς λέγων οὕτω χωρὶς πάσης ἀποδείξεως, ἐλεύσεται σήμερον· ἤτοι μετ' ἀποδείξεως οὕτως, ἐὰν ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστιν, ἡμέρα ἐστίν· ἐὰν περιπατεῖ, κινεῖται ἄρα. ὅταν δὲ χωρὶς ἀποδείξεως ἀποφαίνωμέν τι, οὐ δεόμεθα τοῦ ἄρα ἐπιῤῥήματος, περιττὸς γάρ ἐστιν ὁ λόγος, καὶ οὐδεὶς οὕτω φησὶν, ἡμέρα ἐστὶν ἄρα, οὐθ' οὕτως, ἄρά γε ἡμέρα ἐστὶν, ἐπειδὰν ἐξῇ λέγειν οὕτως ἁπλῶς, ἡμέρα ἐστίν. οὐθ' οὕτω κατ' ἀπόδειξιν οἷόν τέ ἐστι χρῆσθαι αὐτὸν τῷ ἆρά γε. πῶς γὰρ [198] ἂν εἴη ἀπόδειξις, πάσης ἀποδείξεως ἐξ ἑτέρων λημμάτων ἕτερον λῆμμα καταλαμβανούσης; ἀλλὰ μηδὲν φαίνεται νῦν λῆμμα συλλογιστικὸν εἰς ἀπόδειξιν λαμβάνων. πῶς οὖν τὸ ἆρά γε ἐπίῤῥημα γενήσεται ἀντ' ἀπορητικοῦ συλλογιστικὸν καὶ συμπεραντικόν; μετὰ γάρ τινων οὔτε τὸν αὐτὸν τόπον κατέχουσι τὸ ἀπορητικὸν ἐπίῤῥημα καὶ τὸ συλλογιστικόν τε καὶ συμπεραντικὸν καλούμενον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπορητικὸν πρόκειται ἀεὶ, τὸ δὲ συλλογιστικὸν

ſcilicet, num dies eſt? et, num veniet hodie? dubitandi habet adverbium; ſi vero oratione enunciare eis voluero, vel ſimpliciter dicendo, ita absque omni demonſtratione, veniet hodie; vel cum demonſtratione, hoc modo: ſi ſol ſupra terram eſt, dies eſt; ſi ambulat, ergo movetur. Quando vero ſine demonſtratione enunciamus quid, non indigemus adverbio *ergo;* ſuperfluus enim eſt ſermo, et nullus dicit ita, dies eſt ergo; neque ſic, ergo eſt dies; quum liceat dicere ſic ſimpliciter, dies eſt. Neque ſic in demonſtratione poſſibile eſt eum uti hoc, ſcilicet *ergo.* Qualiter enim erit demonſtratio, omni demonſtratione ex aliorum aſſumptionibus aliam aſſumptionem comprehendente? ſed nullam videtur nunc aſſumptionem ſyllogiſticam ad demonſtrationem accipere. Qualiter ergo *num* adverbium fiet pro dubitativo ſyllogiſticum et illativum? Cum aliquibus enim neque eundem locum obtinent dubitandi adverbium et ſyllogiſticum et illativum vocatum; ſed dubitativum quidem praeponitur ſemper, ſyllogiſticum vero et illativum inter no-

Ed. Chart. VII. [198.]
καὶ συμπεραντικὸν μεταξὺ τοῦ ὀνόματος καὶ τοῦ κατηγορουμένου καθίσταται. ἀποροῦντες γὰρ λέγομεν, ἆρά γε ἡμέρα ἐστί; συλλογιζόμενοι δὲ οὕτως, ἡμέρα ἄρα ἐστί. πῶς οὖν νῦν προετέθη; ὡς οὐ συλλογιστικὸν ὑπάρχον, προετέθη. οὐ γὰρ εἴρηται οὕτω, φρενιτικοὶ ἄρα εἰσὶν, ἀλλ' ἁπλῶς, ἆρά γε φρενιτικοί εἰσιν; ἀποροῦντος φανερῶς τοῦ Ἱπποκράτους, καὶ μὴ τολμῶντος ἀποφήνασθαι βεβαίως ὑπὲρ αὐτῶν, ὥσπερ ἀμέλει πολλάκις φαίνεται ποιῶν. ἀρκέσει δ' ἓν ἢ δεύτερον παράδειγμα, χάριν τοῦ μὴ διατρίβειν ἐπὶ πλέον ἐν οὕτω σαφεῖ πράγματι. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν φησι, μετὰ δὲ ταῦτα δυσεντεριώδεες ἐγένοντο οὗτοι πάντες. ἆρά γε ὅτι οὔρησαν ὑδατώδεα, σκεπτέον. ἐνταῦθα τὸ σκεπτέον προσκείμενον, οὐδὲ τὸν ἀναιδέστατον ἄλλως ἀκούειν ἐάσει τοῦ ἄρα συνδέσμου, πλὴν ὡς ἀπορητικοῦ. ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν τὸ μετ' οὔρησιν σύναγμά, φησι, παιδίοισι μᾶλλον, ἆρά γε ὅτι θερμότερα; ἐν αὐτῷ δὲ τῷ προῤῥητικῷ, ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις κακὸν, ὡς καὶ Ἀρχεκράτει. ἆρά γε ἐπὶ τούτοισι καὶ νωθρότης γίνεται; καὶ πάλιν, ἐν

men et praedicatum locatur; dubitantes enim ſic dicimus: num dies eſt? ſyllogizantes autem ſic: dies ergo eſt. Qualiter igitur nunc praelocatum eſt? ceu non ſyllogiſticum exiſtens, praelocatum eſt: non enim eſt dictum ſic: phrenitici ergo ſunt, ſed ſimpliciter, num phrenitici ſunt? dubitante aperte Hippocrate, nec audente firmiter aſſerere de ipſis, quemadmodum certe ſaepenumero facere videtur. Satis autem erit unum vel alterum exemplum, ne diutius in re tam conſpicua immoremur. In primo ergo Epidemiorum ait: *Poſtea vero dyſenterici facti ſunt hi omnes; num ſane, quod minxerint aquoſa, conſiderandum.* Hoc in loco dictio *conſiderandum,* quae adjecta eſt, ne impudentiſſimum quidem permittet, ut conjunctionem ἆρα, id eſt *num,* aliter intelligat quam ut dubitativam. In ſexto item Epidemiorum: *Poſt mictionem concretio,* inquit, *pueris magis; num ſane, quod calidiores ſint?* In ipſo autem prorrhetico: *In phreniticis alba dejectio malum, ut et Archecrati; num ſane ex his torpor ſit?* et rurſus: *in aphonia ſpiritus, qua-*

Ed. Chart. VII. [198.]
ἀφωνίῃ πνεῦμα, οἷον τοῖσι πνιγομένοισι πρόχειρον, πονηρόν. ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον; εἰ τοίνυν χρὴ κεφαλὴν ἐπιδοῦναι τῷ λόγῳ, καὶ μήτ' ἄλλος τις τῶν Ἑλλήνων οὕτω κέχρηται τῷ ἆρα συνδέσμῳ μήθ' Ἱπποκράτης αὐτὸς, ὡς ἐγὼ νῦν ἔδειξα, μέμψαιτ' ἄν τις, οἶμαι, τοὺς ἐξηγησαμένους ὡς οὐκ ἀπορητικὸν σύνδεσμον.

Κεφ. δ'. Καί τοι χαλεπώτερον ἐμαυτὸν τὸν λόγον ἐπίσταμαι ποιεῖν. διωρισμένης γὰρ τῆς ὑπνώδους καταφορᾶς ἀπὸ τῆς οὐχ ὑπνώδους φρενίτιδος, οὐκ ἂν ἔτι δεόντως ἀπορῶν φαίνοιτο καὶ μὴ βεβαίως ἀποφαινόμενος φρενιτικοὺς εἶναι τοὺς τοιούτους. ἀλλ' ἧττον γὰρ ἐμοὶ μέλει τῆς ἐν τοῖς λόγοις χαλεπότητος ἢ τῆς ἀληθείας, ὅτι τε ἀπορητικός ἐστιν ὁ σύνδεσμος, ὁμολογῶ, καὶ δείξω τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐκ ἐτόλμησε φρενιτικοὺς εἶναι τοὺς τοιούτους ἀποφήνασθαι ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἔτ' ἀπορεῖ. τὸ γὰρ ἐν ἀρχῇσι προσκείμενον τὴν πᾶσαν ἔχει τοῦ λόγου δύναμιν, ὃ παραλείπουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν, ὥσπερ μάτην προσγεγραμμένον. παραπλήσιον γάρ τι συμβαίνει πολλῶν ἀρχομένοις νοσημάτων, οἷον ἔν τισι

lis iis, qui suffocantur, promptus, pravum; num sane et tale deliratorium? Si ergo finem sermoni imponere oportet, et neque alius quispiam Graecorum ita usus est conjunctione ἆρα neque Hippocrates ipse, ut ego nunc ostendi, reprehendet utique quispiam, arbitror, eos, qui tanquam non dubitativam conjunctionem explanaverunt.

Cap. IV. Quanquam difficiliorem orationem me ipsum facere scio. Quum enim distincta sit somnolenta cataphora a non somnolenta phrenitide, non utique convenienter dubitare videatur, et non firmiter asserere, tales esse phreniticos. Sed certe minus mihi curae est difficultas sermonum quam veritas. Quod dubitativa sit conjunctio fateor, et causam ostendam, propter quam non ausus est asserere Hippocrates tales esse phreniticos, sed adhuc dubitet; nam dictio *in principiis,* quae adjecta est, totam orationis vim habet; quam dictionem multi explanatorum praetermittunt, tanquam temere ascriptam. Simile enim quidpiam accidit multis incipientibus morbis, quale in aliquibus ebriis

Ed. Chart. VII. [198. 199.]
τῶν μεθυσθέντων ἔστιν ἰδεῖν γιγνόμενον. ὅταν μὲν κωματώδεις ὦσι, καὶ σφάλλονται, καὶ βαρῶσι τὴν κεφαλὴν, καὶ μηδ' εἰ βιάζοιντο διαίρειν δύνανται τὰ βλέφαρα· δι' αὐτὸ δ' αὖ πάλιν τοῦτο τὸ βάρος ὑπνοῦν ἀδυνατοῦσιν ἀσώμενοι, [199] *καὶ στρεφόμενοι, καὶ ῥιπτοῦντες ἑαυτοὺς, καὶ μεταβάλλοντες ἄλλοτ' εἰς ἄλλο σχῆμα. ταῦτα γὰρ ἔστιν ἰδεῖν πολλάκις ἐπὶ τῶν μεθυσθέντων γιγνόμενα, πληρωθείσης αὐτῶν ἐν τῇ μέθῃ τῆς κεφαλῆς, εἶθ' ὑπὸ τοῦ βάρους ἅμα τ' εἰς κῶμα κατασπώσης ἅμα τε ὕπνον κωλυούσης. οὕτως οὖν καὶ πλήθους ἀπέπτου τὴν κεφαλὴν κατειληφότος, ἄγρυπνοί τε ἅμα καὶ κωματώδεις εἰσίν. καὶ τοῦτο κατ' ἀρχὰς γενόμενον, ἔστιν ὅτε μὲν πεφθῇ καλῶς, ὥσπερ καὶ ἐξ οἴνου τοιοῦτο εἴη γεγονός· ἀλλ' οὕτω μὲν οὔτε λήθαργος, οὔτε φρενῖτις ἠκολούθησεν· ἔστιν ὅτε δὲ δριμὺ γενόμενον εἰς φρενίτιδα ἐτελεύτησε. πολλοῖς δ' αὖ τὸ μὲν λεπτότερον ἢ πεφθὲν ἢ διαφορηθὲν ἐκενώθη, ὑπέμεινε δὲ τὸ παχύτερον, καὶ οὕτω λήθαργος ἐπεγένετο. προεληλυθότος μὲν τοῦ τοιούτου νοσήματος, ἡ τοιαύτη διάθεσις, ὡς μὲν ἡμεῖς ἐδείξαμεν, ἐγγὺς ἤδη φρενίτιδος· ὡς δ' οἱ τὸ μικτὸν πάθος ἐκ ληθάργου*

fieri videmus. Quando comatofi quidem funt, et titubant, et capite gravantur, et neque fi cogantur, attollere poffunt palpebras; ob hanc eandem vero rurfus gravitatem dormire non poffunt, anxiantes, et vertentes et projicientes fe ipfos, ac transmutantes alias ad aliam figuram. Haec enim videmus faepenumero in ebriis fieri, quum repletum fuerit in ebrietate caput, poftea a gravitate una et in coma trahatur, unaque a fomno prohibeatur. Ita ergo, ubi plenitudo incocta caput occupavit, vigiles fimul et comatofi funt. Dumque hoc per initia evenerit, interdum quidem probe concoquitur multitudo, ac fi ex vino talis res eveniffet; fed ita fane nec lethargus nec phrenitis fubfequitur; interdum autem acris reddita, in phrenitin terminatur. Multis vero pars tenuior, vel concocta, vel digefta, evacuata eft; remanfit autem craffior, et ita lethargus fupervenit: progreffo quidem tali morbo, haec affectio, ficuti quidem nos oftendimus, jam prope phrenitidem eft: ficuti vero ii, qui mix-

Ed. Chart. VII. [199.]
καὶ φρενίτιδος εἰσάγοντες ὑπολαμβάνουσιν, ἐκείνῳ δόξειεν ἂν εἶναι συγγενεστέρα. πότερον δ' ἤδη τοὺς οὕτως ἔχοντας ὀνομάζειν χρὴ φρενιτικοὺς, ἢ ὀλίγου ὕστερον ἔσεσθαι προσδοκᾷν, τοῦθ' ἑτέρας ἂν εἴη σκέψεως, οὔτ' ὠφελούσης τι τὰ νῦν προκείμενα, καὶ ἄλλως διὰ τοῦ εἰσίν, ὅ καί τινες προσγράφουσι τῷ ἆρα φρενιτικοὶ, τινὲς δ' οὔ.

tum affectum ex lethargo et phrenitide introducunt, suspicantur, illi videretur esse proximior. Utrum autem eos, qui ita habent, jam phreniticos nominare oporteat, an paulo post phrenitici expectandi sint, hoc alterius utique est considerationis, nihil ea quae nunc proponuntur juvantis, ac praesertim propter dictionem *sunt*, quam quidam ascribunt huic contextui, *num phrenitici*, quidam vero non.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΜΑΡΑΣΜΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. VII. [178.] Ed. Baf. III. (373.)

Κεφ. α'. Μαρασμός ἐστι φθορὰ ζῶντος σώματος ἐπὶ ξηρότητι. διττῶς δὲ τῆς φθορᾶς λεγομένης, τῆς μὲν ἐν τῷ γίνεσθαι, τῆς δὲ ἐν τῷ γεγονέναι, κατὰ τὸ πρότερον σημαινόμενον ἀκούειν χρὴ τῆς προσηγορίας. οὕτω δὲ καὶ αὐτὸς ὁ μαρασμὸς ὁ μὲν παρὰ τὸ μεμαράνθαι λέγοιτ᾽ ἄν, ὁ δὲ παρὰ τὸ μαραίνεσθαι, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστίν. ἐπεὶ δὲ ζῶντος σώματος ἔφαμεν εἶναι φθορὰν τὸν μαρασμὸν, ἔστι δὲ τρία γένη τῶν ζώντων, ζῶα, φυτὰ καὶ σπέρματα, καὶ διὰ ταῦτα καὶ οἱ καρποὶ, τούτων ἂν εἶναι πάθος τὸν μαρασμὸν ἑρμηνεύοντες κυρίως, ἐκ μεταφορᾶς δὲ ἤδη καὶ τὰς ἀλλὰς

GALENI DE MARCORE LIBER.

Cap. I. Marcor eſt corruptio viventis corporis ex ſiccitate. Quum autem bifariam corruptio dicatur, altera quae fit, altera quae facta eſt, in priori ſignificato appellatio ſumenda eſt: ita quoque et ipſe marcor, alter a marcuiſſe, a marceſcere alter, de quo nunc ſermo habetur, dici poteſt. Quoniam autem marcorem dximus eſſe viventis corporis corruptionem, triaque ſunt viventium genera, animalia, ſtirpes ac ſemina, et ob haec etiam fructus, horum proprie marcorem affectum eſſe interpretantes, ex trans-

φθορὰς, ὅσαι γίνονται διὰ ξηρότητος, μαρασμὸν ὀνομάζουσιν. ὥστε καὶ κατὰ τοῦ πυρὸς ἐπιφέρουσι τοὔνομα, καὶ μᾶλλον ἔτι πορῥώτερον, ἐπιφέροντες ἐπὶ πάντα τὰ κατὰ βραχὺ φθειρόμενα. ἀλλ᾽ οὐδὲ περί τινος τῶν ἄλλων, ὅσα μὴ κυρίως μαραίνεσθαι λέγεται, περὶ μόνου δὲ τοῦ κατὰ τὸν ὁρισμὸν μαρασμοῦ νῦν ἡμῖν πρόκειται λέγειν, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἐν ζώου γένηται σώματι. κοινωνίαν γ᾽ ὁ λόγος ἀναγκαίαν ἕξει καὶ πρὸς τὰ φυτά. κατὰ τέτταρας οὖν τρόπους ἁπλοῦς καὶ πρώτους ἁπάντων τῶν ζώντων φθειρομένων, ὅτι καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς οὐσίας αὐτῶν ἐστι τέσσαρα, τὰ μὲν διὰ ξηρότητος φθειρόμενα μαραίνεσθαι λέγομεν. εἰ μὲν δὴ τοῦτο μόνον αὐτοῖς ὑπάρχοι τὸ ξηραίνεσθαι, τῆς ἑτέρας τῶν στοιχείων ἀντιθέσεως τῆς κατὰ τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρὸν ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις διαμενούσης, ἁπλοῦς ἐστιν ὁ τοιοῦτος μαρασμός· εἰ δ᾽ ἤτοι θερμότης ἄμετρος ἢ ψύξις αὐτῷ προσγένοιτο, σύνθετος οὕτω τε καὶ διττὸς ὁ τρόπος εἴη τῆς φθορᾶς. ὁ μὲν οὖν ἁπλοῦς μαρασμὸς ἐπὶ ταῖς ἀσιτίαις δοκεῖ γίνεσθαι τῶν τε κατὰ πρόθεσιν ἀποκαρτερούντων καὶ ὅσοι λιμώττουσιν ἀπορίᾳ

latione vero alias etiam quae ficcitate proveniunt corruptiones, marcorem nuncupant; ut et ad ignem, multoque adhuc longius ad omnia, quae paulatim corrumpuntur, nomen hoc traducant. At vero nos non de ullo aliorum, quae haud proprie marcefcere dicuntur, fed de eo duntaxat, quem definivimus marcore, praecipueque cum in animalis fit corpore, dicere nunc ftatuimus; communitatem tamen difputatio haec cum ftirpibus neceffariam obtinebit. Quum igitur quatuor modis fimplicibus ac primis viventia omnia corrumpantur, quod et eorum fubftantiae quatuor fint elementa, marcefcere ea dicimus, quae ficcitate corrumpuntur. Quae fi hoc ipfum folum habeant, ut ficcentur, altera elementorum oppofitione, quae eft caloris et frigoris, intra proprios terminos manente, fimplex is marcor eft: fi vero ficcitati calor immoderatus vel frigus adjungatur, compofitus jam duplexque tunc corruptionis erit modus. Simplex igitur marcor ob inediam fieri videtur, ubi quis vel ex electione famem tolerat, vel prae ciborum inopia fame conficitur.

σιτίων· ὁ δὲ μετὰ ψύξεως, [179] ἐπί τε τῶν γηρασκόντων καὶ ὅσοι διά τι πάθος εἰς ὁμοίαν γήρᾳ διάθεσιν ἐμπίπτουσι· ὁ δὲ μετὰ θερμότητος, ἔν τισι τῶν ἑκτικῶν πυρετῶν. ἐπὶ μὲν δὴ τῶν φυτῶν ὅλον τὸ σῶμα καὶ μόριον ὁτιοῦν αὐτῶν μαραίνεσθαι λέγομεν ἐπὶ ταῖς διὰ ξηρότητος φθοραῖς· οὐ μὴν ἐπί γε τῶν ζώων, ἀλλὰ τὸ μὲν ὅλον σῶμα μαραίνεσθαί φαμεν, οὐκέτι δὲ σύνηθές ἐστι καθ' ἑκάστου μορίου φέρειν τοὔνομα, καὶ νῦν ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶν οὐ περὶ τῶν ξηραινομένων διά τι σύμπτωμα μορίων, ἀλλ' ὅταν ὅλον οὕτω καταστῇ τὸ σῶμα. δῆλον τοίνυν ἐστὶν ἤδη τό γε τοσοῦτον, ὡς εἴπερ ὅλου τοῦ σώματός ἐστι πάθος ὁ μαρασμὸς, οὐκ ἄνευ τῆς ἀρχῆς τοῦ ζώου παθόντος γίνεται. οὐ μὴν οὐδ' ἄλλο μέν τι πάθος ἐν ὅλῳ τῷ ζώῳ γίνεσθαι δυνατόν ἐστιν, ἄλλο δέ τι κατειληφέναι τὴν ἀρχὴν, ὥστ' ἀνάγκη τὸ σῶμα τῆς καρδίας ξηραίνεσθαι τοῖς μαραινομένοις. εἰ τοίνυν εὕροιμεν ἁπάσας τὰς αἰτίας, ὑφ' ὧν ξηραίνεσθαι συμβαίνει τὴν καρδίαν, εἰσόμεθα πότερον

Qui autem cum frigore conjunctus eft, tum fenefcentibus evenit tum iis etiam, qui ex quodam morbo fimilem fenectuti affectionem incurrunt. At qui adjunctum habet calorem, in aliquibus hecticis febribus *fieri confpicitur.* In ftirpibus porro tum totum corpus, tum fingulas earum partes, ubi prae ficcitate fiunt corruptiones, marcefcere dicimus. Non ita tamen in animalibus, fed totum quidem corpus dicimus marcefcere; de nulla vero figillatim parte nomen hoc confuevimus proferre; praefensque nobis fermo haudquaquam de eis, quae ob aliquod fymptoma ficcantur, partibus inftitutus eft, fed quum totum fic affectum fuerit corpus. Jam igitur fi totius corporis affectus fit marcor, illud etiam nobis perfpicuum eft, nunquam ipfum fieri poffe, nifi animalis principium affectum fuerit. Quin etiam fieri nullo modo poteft, ut alius quidem in toto animali fit affectus, alius autem principium occuparit; quare cordis corpus ficcari marcefcentibus eft neceffe. Ergo fi caufas omnes invenerimus, a quibus cor folet exiccari, non ignorabimus etiam,

ἀνιάτως ἔχουσιν οἱ μαραινόμενοι πάντες, ἤ τινες ἐξ αὐτῶν ἰαθῆναι δύνανται.

Κεφ. β'. Κάλλιον οὖν ἴσως ἐστὶ κἀνταῦθα τὸν λόγον ἐπ' ἀρχὴν ἀγαγεῖν. ἀρχὴ δὲ ἀρίστη τὸ γνῶναι γήρως αἰτίαν, ἐπειδὴ φαίνεται τῶν μαρασμῶν οὗτος ἀφυκτότατος, ὡς καὶ κατὰ φύσιν εἶναι δοκεῖν· ἄφυκτα δὲ τὰ τῆς φύσεως ἔργα σύμπαντά ἐστι, καὶ τάξιν τῆς γενέσεως ἀναγκαίαν ἔχοντα. προηγεῖται δέ τι καὶ αὐτοῦ τοῦδε τὸ γνῶναι τὰ σημαινόμενα τῆς κατὰ φύσιν λέξεως. οὐ γὰρ δὴ οὕτω λέγεται κατὰ φύσιν εἶναι τὸ γῆρας, ὡς τὸ τρέφεσθαί τε καὶ αὐξάνεσθαι. ταυτὶ μὲν γὰρ ἔργα τῆς (374) φύσεώς ἐστι, τὸ γῆρας δὲ οὐκ ἔργον, ἀλλὰ πάθος ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον. οὐδὲν γὰρ τῶν γεννητῶν ζώων ἀγήρων ἑωρᾶτο. καὶ διὰ τοῦτο κατὰ φύσιν εἶναι λέγουσιν αὐτό τινες ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον ἅπασι τοῖς ὑπὸ φύσεως διοικουμένοις. εἴπερ οὖν κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον εἴρηται κατὰ φύσιν εἶναι τὸ γῆρας, οὔτ' ἀναγκαῖον ἔτι προσεπισκέπτεσθαι τἄλλα σημαινόμενα τῆς λέξεως,

utrum marceſcentes omnes inſanabiles ſint, an vero ex ipſis nonnulli ſanari poſſint.

Cap. II. Satius igitur fortaſſe hoc in loco fuerit disputationem ad principium reducere. Optimum autem erit principium, ſenectutis cauſam noſſe, quum ex marcoribus hic *unus* videatur maxime eſſe inevitabilis, ut etiam ſecundum naturam eſſe exiſtimetur; ſingula vero naturae opera inevitabilia ſunt, ortusque ordinem neceſſarium habent. Sed et huic ipſi unum aliud praemittendum eſt, ut ſcilicet dictionis hujus, ſecundum naturam, ſignificata cognoſcamus. Neque enim profecto eodem dicimus modo ſecundum naturam eſſe ſenectutem, quo nutriri ac augeri; haec enim naturae ſunt opera; ſenectus vero non opus, ſed affectus neceſſario conſequens, nullum ſiquidem procreatorum animal ſenii expers viſum eſt. Ideoque nonnulli ſenium ſecundum naturam eſſe dixerunt, quod omnia, quae a natura diſpenſantur, neceſſario conſequatur. Itaque ſi ſenectutem eſſe ſecundum naturam in hac capiatur ſignificatione, alia deinceps hujus dictionis ſignificata, de quibus male quidam,

ἃ κακῶς ἔδοξέ τισιν, ὡς ἐν ἑτέροις ἐπιδείκνυμεν, οὔτ' ἀπορία τις ὑπολείπεται κατὰ τὸν λόγον. οὕτω γὰρ λεγόντων, ὡς εἴρηται νῦν, ἀληθές ἐστι τὸ κατὰ φύσιν εἶναι τὸ γῆρας ἄφυκτόν τε ὑπάρχειν, εἴπερ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τοῖς ἔργοις τῆς φύσεως. καί τοί τις τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων ἔγραψε βιβλίον, ἐπιδεικνὺς ὅπως ἔνεστιν ἀγήρων τινὰ διαμεῖναι τὸ πάμπαν. ἐξέδωκε μὲν οὖν τὸ βιβλίον ἔτι τεσσαρακοντούτης ὢν, παρέτεινε δὲ μέχρι καὶ τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν, καὶ ἦν οὕτως ἰσχνός τε καὶ ξηρὸς, ὡς ἁρμόζειν ἐπ' αὐτοῦ τὴν ἐκ τοῦ προγνωστικοῦ Ἱπποκράτειον ῥῆσιν, ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι ξυμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ, καὶ συ[180]νεσταλμένα, καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ περὶ τὸ μέτωπον ξηρόν τε καὶ περιτεταμένον, καὶ καρφαλέον ἐόν. ἐπεὶ τοίνυν ἐγελᾶτο τοιοῦτος φαινόμενος, ὅτι ἄλλους ἀνθρώπους ἐπεχείρησε διδάσκειν, ὅπως ἄν τις ἀγήρως διαμείνῃ, δευτέραν ἔκδοσιν ἐποιήσατο περὶ τῆς θαυμαστῆς ἀγηρασίας, οὕτω γὰρ αὐτὴν καὶ ὠνόμασε διὰ τοῦ συγγράμματος

ut alibi oſtendimus, opinati ſunt, inveſtigare non erit neceſſarium, nullaque amplius in oratione ſupererit dubitatio. Nam ſi intelligunt, quo nunc dictum eſt modo, verum ſane eſt ſenectutem ſecundum naturam eſſe ac inevitabilem exiſtere, ſiquidem neceſſario naturae opera conſequitur. Quanquam noſtro hoc ſeculo philoſophus quidam librum conſcripſit, in quo, quonam quis modo poſſit ſenii expers perpetuo manere, oſtendit. Edidit porro hunc librum, quum annum adhuc quadrageſimum ageret, aetate vero usque ad octogeſimum annum pervenit, atque gracilis adeo ſiccusque evaſerat, ut praeclare illud Hippocratis dictum in prognoſticis in eum quadrare poſſet: *Nares acutae, oculi concavi, collapſa tempora, frigidae contractaeque aures, auriumque lobi inverſi, cutis circa frontem dura, intenta ac arida.* Quum igitur talis proditus irrideretur, quod alios docere conaretur homines, quomodo quis ſenii expers permaneret; ſecundam de admirabili agerasia *ſenectutis vacatione* editionem tradidit, ſic enim illam eo volumine

ἐπιδεικνὺς, ὡς οὐ πᾶς ἄνθρωπος ἀγήρως δύναται διαμένειν, ἀλλὰ δέοι μὲν εἰς τοῦτο καὶ φύσιν ἔχειν ἐπιτηδείαν, μάλιστα δ' ὧν ἡ πρώτη τροφὴ τοιαῦτα βάλλοιτο θεμέλια, καὶ ἐπηγγείλατο τῶν ἐπιτηδείων εἰς τοῦτο βρεφῶν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς ἐπιστατῶν, ἀθάνατα αὐτῶν ποιήσειν τὰ σώματα. καὶ ἦν ἀνεξέλεγκτον αὐτοῦ τὸ ἐπάγγελμα· πρὸ τοῦ γὰρ ἀνδρωθῆναι τοὺς παῖδας, οὓς παρελάμβανεν, ἔμελλεν αὐτὸς τεθνήξεσθαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἐσχάτην μωρίαν αὐτοῦ κατεγίνωσκον, ἐγὼ δὲ οὔ, [μόνον] εἰδὼς, ὅτι πολλὰ καὶ ἄλλα δόγματα τοῖς διὰ τῆς ἐμπειρίας ἐγνωσμένοις μαχόμενα πολλοὶ τῶν λογικῶν ἀνθρώπων ἀπεφήναντο τῇ πιθανότητι τῶν λόγων ἐξαπατηθέντες. οὐκ οὖν οὐδὲ τοῦτο θαυμαστόν ἐστιν ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ. τὸ γὰρ ὅτι τὸ γεννητὸν πᾶν φθαρήσεται πάντως οὔτ' ἐπιστημονικὴν οὔτ' ἀναγκαίαν ἔχει τὴν ἀκολουθίαν, ἀλλ' ἄχρι τοῦ πιθανοῦ προϊοῦσαν, ὡς ἐν τῷ περὶ ἀποδείξεως ἀποδέδεικται, καίτοι γε τούτῳ χρῶνται τῷ λόγῳ σχεδὸν ἅπαντες, ὅσοι τὸ γηράσκειν ἀναγκαῖον ἐπιδεικνύουσι τοῖς ζώοις, ὁδὸν εἶναι

appellabat, ostendens, non quemlibet hominem senii expertem permanere posse, sed ad hoc natura opus esse idonea, praecipueque quorum prima educatio proba jecerit fundamenta. Pollicitabaturque se infantium ad hoc idoneorum corpora redditurum immortalia, ubi ipse eorum curae statim ab initio praeficeretur; minimeque ejus reprehendi poterat pollicitatio, nam illi prius moriendum erat, quam quos suscepisset pueros viri evasissent. Summam igitur ejus stultitiam caeteri omnes contempsere, ego vero nequaquam, sciens pleraque etiam alia decreta iis, quae per experientiam cognita sunt, adversantia, rationales multos viros enunciasse, rationum probabilitate deceptos. Neque hoc igitur quantum ad rationem attinet, mirum est. Illud enim, corrumpetur omnino quodcunque genitum est, nec eam, quae scientiam efficit, consecutionem habet, nec necessariam, sed quae usque ad id quod probabile est procedit, quemadmodum in commentariis de demonstratione nobis demonstratum est. Quanquam hac utuntur ratione fere omnes, qui senescere animalibus necessarium esse ostendunt,

φάσκοντες αὐτὸ πρὸς τὴν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένην φθορὰν τοῖς γεννητοῖς ἅπασιν. ἐξ ἐμπειρίας οὖν ἔτι μόνης τὸ γῆρας ἀναγκαῖόν τε καὶ κατὰ φύσιν, ὥσπερ γε καὶ ὁ θάνατος οὐδ᾽ αὐτὸς ἀποδεδειγμένος ὑπὸ τῶν ἑτοίμως ἀποφαινομένων καὶ λεγόντων, ὡς ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ γεννηθὲν ἅπαν εὐθὺς εἶναι φθαρησόμενον. ἑπόμενον δὲ δήπου τοῖς σοφισταῖς ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἐμπειρίαν ἀντιλέγειν, ὅπερ, οἶμαι, κἀκεῖνος ἐποίει φάσκων ἀποθνήσκειν τε καὶ γηράσκειν ἅπαν ζῶον ἀγνοίᾳ τῶν ἐπιστατούντων.

Κεφ. γ'. Ἴσως οὖν ἄμεινον ἡμᾶς ἐπισκέψασθαι τὴν αἰτίαν ἥτίς ποτέ ἐστι, δι᾽ ἣν γηράσκει τά τε ζῶα καὶ τὰ φυτὰ σύμπαντα. φαίνεται γὰρ δὴ ξηραινόμενα καὶ τοιοῦτόν τι πάθος εἶναι τὸ γῆρας, εἰ καί τινες ἑτέρως ὑπέλαβον, ψυχροὺς τε καὶ ὑγροὺς ἀποφηνάμενοι τοὺς γέροντας· ἐπιδέδεικται δὲ αὐτῶν ἡ αἰτία τῆς ἀπάτης ἐν τοῖς περὶ κράσεων γράμμασιν. ἆρ᾽ οὖν διὰ τοῦτο ξηραίνεται, δι᾽ ὃ λέγουσί τινες, ὡς ἡ σύμφυτος τοῖς ζώοις θερμασία καθάπερ τι πῦρ ὑπάρχουσα, τὴν αὔξησιν ἐκ τῆς ὕλης, ὅθεν ἀνάπτεται, λαμβάνει;

id ipfum effe viam dicentes ad corruptionem neceffario omnia generata confequentem. Hactenus igitur experientia fola fenium neceffarium eft ac fecundum naturam, quemadmodum fane et ipfa mors, quae nec ipfa demonftrata eft ab iis qui prompte enunciant ac dicunt, *quicquid genitum eft, id omnino etiam neceffario interiturum.* At is videlicet fophiftarum mos eft contra experientiam dicere, quod et ille, arbitror, fecit, qui animal omne ex educantium ignoratione interire fenefcereque afferuit.

Cap. III. Quapropter fortaffe melius erit nos quae caufa fit inveftigare, ob quam tum animalia tum ftirpes omnes fenefcunt. Cernimus fiquidem tum ea exiccari tum ejusmodi affectum illis effe fenium, quamvis nonnulli aliter opinati fuerint afferuerintque frigidos humidosque effe fenes; eorum tamen deceptionis caufam in libris de temperamentis oftendimus. Nunquid igitur ob id, ut a quibusdam dicitur, exiccantur animalia, quod innatus fibi ipfis calor, veluti quidam ignis exiftens, incrementum ex qua accendi-

Ed. Chart. VII. [180. 181.] Ed. Baf. III. (374.)

ταύτῃ γὰρ ἐνδέδεται καὶ ταύτης ἀχώριστός ἐστι, καὶ πάντα ἐκ ταύτης ἐστὶν αὐτῇ. τὰ μὲν οὖν νεογενῆ ζῶα, καθάπερ καὶ τὰ φυτὰ, σύμπαντά ἐστιν ὑγρὰ, καὶ διὰ τοῦθ' ὥσπερ ἐγκαταπνιγομένη τῷ πλήθει τῆς ὑγρότητος ἑαυτὴν ἀναφέρει μόλις, ὁμιχλώδης τέ τις οὖσα καὶ βραδεῖα καὶ δυσκίνητος· ἐν δὲ τῷ χρόνῳ προϊόντι [181] καὶ ταύτης περιγίνεται, καὶ τῆς ὕλης ἐγκρατὴς ἁπάσης καθίσταται. καὶ οὕτως οὐχ ὁμιχλώδης ἐστὶ καὶ θολερὰ καὶ καπνώδης, ἀλλὰ καθαρά τε καὶ αἰθερώδης γινομένη, τὰς ἑαυτῆς κινήσεις ἁπάσας ἀκωλύτως ἐπιδείκνυται, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν, ὥσπερ αἱ φλόγες, ὅταν ἐμπέσωσιν ὑγροῖς ξύλοις, ἐν ἀρχῇ μὲν ὑποτύφονταί τε καὶ οἷον καταπνίγονται μικραὶ παντάπασιν οὖσαι καὶ ἀσθενεῖς, ἐν δὲ τῷ χρόνῳ προήκοντι κατὰ βραχὺ μὲν ἐκλάμπουσί τε καὶ αὔξονται, κατὰ βραχὺ δὲ τῆς ὕλης ἐγκρατεῖς γίνονται, καὶ τέλος ἐπὶ μήκιστον αἴρονται μέγεθος, ὅταν ἁπάσης κρατήσωσιν, ὅπερ ἐστὶν αὐταῖς ἀκμή τε καὶ ῥώμη· κἄπειτα ἐντεῦθεν ἤδη τῆς τροφῆς ἐπιλειπούσης ταύτης, μαραίνονταί τε καὶ σβέννυνται· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ἐν ἡμῖν, φασι,

tur materia fumit? huic enim devinctus eft et ab hac minime feparabilis, ex hac denique omnia habet. Nuper ergo nata animalia, quemadmodum et ipfae etiam ftirpes, univerfa funt humida; ideoque calor humiditatis copia tunc veluti fuffocatus, vix fe ipfum attollit, ut qui nebulofus, tardus et ad motum difficilis exiftat; temporis autem progreffu humiditatem illam fuperat, ac omni materia evadit fuperior; jamque non nebulofus turbulentusque nec fumofus, fed purus et aethereus redditus, fuos ipfius motus univerfos libere commonftrat; et, ut breviter totam rem complectar, quemadmodum flammae, ubi in humida inciderint ligna, principio quidem opprimuntur ac veluti fuffocantur, quod parvae admodum imbecillaeque fint, temporis vero fpatio paulatim fplendent ac crefcunt, paulatimque materiam fuperant, ac tandem quum jam totam fuperaverint, in maximam attolluntur magnitudinem, quod certe ipfis vigor eft ac robur, deinceps vero, hoc alimento jam deficiente, marcefcunt ac extinguuntur: eodem etiam modo,

θερμότης ἐνδεδεμένη τῷ τοῦ ζώου σώματι καθάπερ ὕλῃ τινὶ, τὸ μὲν πρῶτον ὑγρά τίς ἐστι καὶ ἀσθενὴς, αὐξανομένη δὲ μέχρι τῆς τῶν ἀκμαζόντων ἡλικίας ἐκλάμπει τε καὶ αὐξάνεται καὶ ἐπὶ πλεῖστον αἴρεται μεγέθους καὶ μιμεῖται τοῦ πυρὸς τὴν φλόγα· τοὐντεῦθεν δὲ τροφῆς ἀπορίᾳ μαραίνεται κατὰ βραχὺ, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ γῆρας, ὕστερον δὲ ἤδη καὶ ἀποσβέννυται παντελῶς, ὅπερ ἐστὶν ὁ θάνατος. οὗτος ὁ λόγος εὐδοκιμεῖ παρὰ πᾶσιν ὀλίγου δεῖν τοῖς νεωτέροις ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις, οὐκ ὢν ἀληθὴς, ἐμοὶ γοῦν κριτῇ, παραβάλλων γέ τοι τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς τῇ τῶν ζώων θερμασίᾳ, μηδὲ τοῦτ᾽ αἰσθανόμενος, ὡς ταῖς μὲν φλοξὶν ἡ γένεσις ἐκ τῆς κατὰ τὴν ὕλην ἐστὶ φθορᾶς, ὅθεν περιεξάπτονται, τὰ ζῶα δὲ οὐχ οὕτως ὑπὸ τοῦ διαπλάττοντος αὐτὰ τῆς ἐμφύτου θερμότητος ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ὡς αὐξηθησόμενα καὶ διοικηθησόμενα παρ᾽ αὐτῆς, οὐδέ ἐστί τις χρόνος ἐν ᾧ διὰ πάσης αὐτῆς οὐκ ἐκτέταται τὸ σύμφυτον ἡμῖν θερμὸν δυνάμεις ἔχον, οὐχ αἷς διαπλάττει μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ἑτέρας. καὶ γὰρ ἕλκει τὴν τροφὴν ἐφ᾽ ἑαυτὸ, καὶ τὴν ὕλην διοικεῖ καὶ προστίθησι

inquiunt ipfi, calor qui in nobis eft, animalis corpori tanquam materiae cuidam inditus, principio quidem humidus ac imbecillis eft; deinceps vero usque ad vigentem aetatem increfcens, tum fplendet, tum augetur, ac in ampliffimam elevatur magnitudinem, ignis flammam imitatus; abhinc alimenti penuria paulatim marcefcit, idque eft fenium; mox vero jam prorfus extinguitur, quod eft mors. Haec ratio ab omnibus ferme recentioribus tum medicis tum philofophis probatur, quae tamen, meo judicio, vera non eft, ut quae ignis flammam animalium calori comparet, haud fane intelligens, flammas ex corruptione ejusdem materiae, ex qua fuccenduntur, ortum habere, animalia vero non fic innatum ab eo, qui ea effinxit, fortita effe calorem, fed ut ab illo augenda ac gubernanda; nec ullum dari tempus, quo innatus nofter calor per univerfam materiam ipfam non fit extenfus, non eas folum facultates, quibus fingit obtinens, fed et plerasque etiam alias: nam et nutrimentum ad fe ipfum trahit, materiamque gubernat, apponit, aggluti-

καὶ προσφύει καὶ ὁμοιοῖ, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἅπαντα τἀναντία ταῖς φλοξὶν ἀπεργάζεται περὶ τὴν σύμφυτον ὕλην ἑαυτῇ. τίς γὰρ φλὸξ αὐξάνει ὕλην, ᾗπερ ἐνεδέθη; τίς δ' ἐκείνη τὴν τροφὴν ἐξομοιοῖ μᾶλλόν περ ἢ τὴν ὕλην ἑαυτῇ; τίς δὲ τοσαύτας μηχανὰς ἕνεκα τοῦ διασώζεσθαι ὕλην ἐξευρίσκει, τὰ μὲν ἀμφιεννῦσα καὶ ἀποστέγουσα τῶν μορίων, ὡς μηδὲν αὐτοῖς ἔξωθεν πλεονάζειν, τὰ δὲ διατρυπῶσα καὶ ἀνευρύνουσα καὶ ὀχετοὺς ἐντιθεῖσα, τοὺς μὲν ὥσθ' ἕλκειν δι' αὐτῶν τὴν τροφὴν, τοὺς δ' εἰς ἀνάψυξίν τε καὶ ἀναπνοὴν, ἐξοχετεύουσά τε τὰ περιττώματα, δι' ἄλλων μὲν τὰ παχέα, δι' ἄλλων δὲ τὰ λεπτά; λάθοιμ' ἂν ἐνταῦθα μεταφέρων ἅπασαν τὴν περὶ χρείας μορίων πραγματείαν, εἰ τὰ τῆς φύσεως ἔργα πάνθ' ἑξῆς καταλέγοιμι. καὶ μὴν ταὐτὸν εἶναί φασιν ἔμφυτον θερμὸν καὶ φύσιν οἱ τῆς εἰρημένης δόξης ἡγεμόνες. οὔκουν ὀρθῶς ὁμοιοῦσι καὶ παραβάλλουσιν αὐτὸ ταῖς φλοξὶ καὶ φθείρειν οἴονται τὰ σώματα τοῦτο. Ἱπποκράτης εἶπε, καὶ ἀποκτείνει τοίνυν ἡμᾶς τὸ θερμὸν, ὅπερ (375) ἔφυσε τὰ σώματα. πρῶτον μὲν δὴ φήσομεν, ὦ βέλτιστοι,

nat, affimilat, et, ut femel dicam, omnia fecus, ac flamma, in innatam fibi materiam efficit. Nam quae flamma materiam, cui devincta eft, adauget? quae vero illi potius alimentum affimilat, quam fibi ipfi materiam? quae denique tot machinationes ut materiam tueatur invenit, nonnullas quidem partes circumveftiens ac claudens, ut nihil ipfis extrinfecus affluat; nonnullas vero perforans dilatansque, canales praeterea inferens, hos quidem ut per ipfos nutrimentum attrahatur, illos vero ad refrigerium ac refpirationem, fimulque excrementa per alios quidem craffa, per alios vero tenuia excernens? Omne huc imprudens de partium ufu opus transferam, fi fingula naturae opera enarrare voluero. Quinetiam hujus enarratae opinionis principes idem effe calorem innatum dicunt et naturam. Haud igitur recte eum flammis affimilant comparantque, ac corpora ab ipfo corrumpi putant. *Cur ergo, ajunt,* ab Hippocrate fuit dictum, *interficit igitur nos calor ille, qui corpora produxit?* Primum quidem *vobis* refpondebimus, boni viri,

τῶν γνησίων οὐκ ἔστιν Ἱπποκράτους βιβλίων, ἐν ᾧ τοῦτο λέγεται. δεύτερον δὲ, εἰ καὶ δόγμα ἐστὶν Ἱπποκράτους, ἐχρῆν ἐξηγεῖσθαι αὐτὸ ὅπως εἴρηται, καί τινα φέρειν ἀπόδειξιν. εἰ δὲ ἐξ ὧν ἀποροῦσιν ἀποδείξεων, ἐκ τούτων πιστεύεσθαι δικαιοῦσιν, οὐκ ὀρθῶς γινώσκουσιν. ἀληθὲς μέν ἐστι τὸ διὰ τὴν ἔμφυτον θερμότητα γηράσκειν τε τὰ σώματα [182] καὶ τελευτῶντα διαφθείρεσθαι· ψευδὴς δὲ ὁ τρόπος ὃν οὗτοί φασιν. οὐ γὰρ ὡς ἡ φλὸξ τὰ ξύλα, ταύτῃ καὶ τὸ σύμφυτον θερμὸν τῶν ζώων ἀναλίσκει τὰ σώματα· τουτὶ μὲν γὰρ ἴσως οἰκεῖόν ἐστι τοῖς ὑπὸ τῶν πυρετῶν διαφθειρομένοις παράδειγμα, καὶ τόγε παρ' Ἱπποκράτους λεγόμενον ἐν τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει τοιοῦτόν τι δηλοῦν ἔοικε· τὸ μέν τοι ξηραίνεσθαι τὰ σώματα κατά τινα φυσικὴν ἀκολουθίαν, καὶ γίνεσθαι τοῦτο διὰ τὴν ἔμφυτον θερμότητα, παντὸς μᾶλλον ἀληθές ἐστιν, ὡς κἀν τῷ πρώτῳ τῶν ὑγιεινῶν ἐπιδέδεικται, ῥηθῆναι δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι τῷ λόγῳ καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον.

non esse illum ex legitimis Hippocratis librum, in quo haec leguntur; deinde vero, licet Hippocratis decretum esse concedatur, declarari tamen id oportuerat, quonam modo dictum fuerat, ac aliquam afferri demonstrationem. Si vero propterea fidem sibi haberi volunt, quia demonstrationibus destituuntur, non recte sapiunt. Equidem verum est ob innatum calorem corpora tum senescere tum tandem corrumpi; falsus tamen est modus, quem ipsi tradunt. Neque enim ut a flamma absumuntur ligna, ita quoque a calore innato animantium corpora. Enimvero fortassis hoc exemplum iis, qui a febre corrumpuntur, accommodatur, quodque ab Hippocrate in nuper citatis verbis fuit dictum, tale quid videtur indicare. Exiccari sane corpora secundum quandam naturalem consecutionem, hocque ob calorem innatum fieri, omnino verissimum est, quemadmodum et in primo de sanitate tuenda libro demonstratum est; idem tamen in praesenti quoque disputatione repetere nihilominus est necessarium.

Κεφ. δ'. Ἡ φύσις ἡ δημιουργοῦσα τά τε φυτὰ καὶ τὰ ζῶα πάντως μὲν δήπου τῆς γενέσεως αὐτῶν ἀρχήν τινα λαμβάνει σωματοειδῆ, οὐδενός γε τῶν ὄντων δυναμένου τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἐκ τοῦ παντάπασιν οὐκ ὄντος λαβεῖν. ἀρξαμένη δ' ἐντεῦθεν, ἐπὶ σκοπὸν ἀεὶ τέταται τὸν ἐξ ἀρχῆς αὐτῇ προκείμενον ἐν τῇ δημιουργίᾳ, τοῦτο δέ ἐστι τὸ τέλεον ἀπεργάσασθαι τὸ γεννώμενον, εἴτ' οὖν φυτὸν, εἴτε καὶ ζῶον. ἔστι δὲ δήπου τὸ τέλεον, ᾧ μηδεμία τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἀπολείπεται· πλείονες δ' εἰσὶ τῶν ἐνεργειῶν, αἳ σκληρῶν χρήζουσι τῶν ὀργάνων, καὶ τοῦτ' ἔστιν αἴτιον τοῦ πολλὰ γίνεσθαι τοῖς ζώοις μόρια σκληρά· τὴν δὲ ἀρχὴν αὐτῶν τῆς γενέσεως ἔμπαλιν τῷ τελείῳ ζώῳ μαλακὴν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, ἵν' εὐρύθμιστός τε καὶ εὔπλαστος, εὐπειθής τε πρὸς ἅπαν ᾖ τῷ δημιουργοῦντι. καὶ διὰ τοῦτο κἂν σκληρὸν ᾖ τι σπέρμα, φυτὸν μαλακὸν γίνεται πρότερον ὑγρότητι συμμέτρῳ τεγγόμενον, ἵν' ἀντὶ σπέρματος φύσις γένηται. εἴπερ οὖν ἄρχεσθαι μὲν χρὴ τὴν τοῦ ζώου γένεσιν ἐκ μαλακῆς οὐσίας, τελειουμένην δὲ γίνεσθαι σκληρὰν, ἐπικρατεῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν

Cap. IV. Natura quae ftirpes animaliaque procreat, omnino fane generandis ipfis principium quoddam corporeum affumit; nulla fiquidem omnino res eft, quae ex nihilo penitus generationis principium habere poffit: atque hinc exorfa, ad eum perpetuo fcopum fibi a principio in procreatione propofitum ordinate tendit; id vero eft, perfectum reddere quod generatur, five ftirps fit, five animal; id autem fcilicet perfectum eft, cui nulla propriarum actionum defit. At plures funt ex actionibus, quae duris indigent inftrumentis; et haec eft caufa, cur multae in animalibus fiant durae partes. Earum vero generationis principium, contra quam animal perfectum, molle fit neceffe eft, ut bene concinnari conformarique, et ad omnia fabricanti fequax ac praefto effe poffit. Ideoque quamvis durum quid fit femen, mollis tamen ftirps fit, humore prius moderato irrigatum, ut pro femine natura efficiatur. Si igitur oportet animalis generationem principium habere ex molli fubftantia, quae quum perficitur durefcat, neceffe eft, ut in

ἐν τῇ πρώτῃ κράσει τῶν συνιστώντων αὐτὸ στοιχείων τό τε ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρόν. τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν τὸ ὑδατῶδές ἐστιν· τὸ δὲ ξηρὸν διττὸν μὲν ὑπάρχει τὴν φύσιν, τὸ μὲν γεῶδες, τὸ δὲ πυρῶδες. ἀλλ' οὐχ οἷόν τε ἦν ἐξ ἀρχῆς μιχθῆναι πλέον τὸ γεῶδες, ὑγρᾶς δεομένης εἶναι τῆς τῶν ζώων ἀρχῆς. ἀπολείπεται οὖν ἔτι μόνον τὸ πυρῶδες, ἀναγκαίαν ἔχον ἐπικράτησιν ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ζώου γενέσει τε καὶ συμπήξει. εἰ μὲν οὖν οἷόν τε ἦν τῇ φύσει μέχρι τῆς ἀκμῆς προαγαγούσῃ τὸ ζῶον ἢ φυτὸν αὖθις ἑτέραν ἐνθεῖναι στοιχείωσιν ἀναλόγως ἴσην κατὰ δύναμιν, οὕτως ἂν μόνως ἀγήρων τε καὶ ἄφθαρτον ἔμεινεν αὐτῇ τὸ δημιούργημα, σοφοῦ τινος ἐπιστάτου τυγχάνον, οὐ γὰρ δὴ ἁπλῶς τε οὖν οὕτως ἄφθαρτον ἂν ἐγένετο κακῶς διαιτώμενον, καὶ τότε ἂν ἡμῖν ὁ Αἰγύπτιος ἐπεδείξατο τὴν ἑαυτοῦ τέχνην ἐπὶ δυνατῷ γενέσθαι πράγματι. νυνὶ δὲ ἐπεὶ οὐδὲ οἷόν τέ ἐστι μεταθεῖναί τε καὶ ὑπαλλάξαι τὰ πρῶτα στοιχεῖα τῆς τῶν ζώων καὶ φυτῶν γενέσεως, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ μετὰ τὴν ἀκμὴν ξηραίνεσθαι τὸ σῶμα, καίτοι

prima elementorum, a quibus ipfum animal conftituitur, mixtione tum humidum tum ficcum exuperet. Ac humidum quidem eft id, quod aqueum eft; ficcum vero duplicis eft naturae, vel enim terreum eft, vel igneum. Atqui fieri ab initio minime poterat, ut ex terreo plus mifceretur, quod humidum effe animalis principium oporteat. Solum ergo adhuc quod igneum eft relinquitur, in prima animalis generatione ac compactione neceffario exuperans. Si igitur facere potuiffet natura, ut poftquam animal vel ftirpem ad vigorem usque perduxiffet, aliam rurfus facultatibus parem induceret elementationem, hoc utique duntaxat modo fine fenio ac corruptione ejus perduraffet fabrica, fi tamen illi cuftodiendae fapiens quidam vir praefuiffet, neque enim fimpliciter fic incorrupta perduraret, fi prava uteretur victus ratione, tuncque nobis fuam oftendere potuiffet artem Aegyptius ille, in re, quae fieri poffet. Nunc autem quum omnino fieri nequeat, ut prima elementa generationis animalium ac ftirpium transponantur ac transmutentur, neceffarium eft, ut etiam poft vigorem ficcetur cor-

γε οὐ δεόμενον ἔτι πάσχειν τοῦτο, τῆς τοῦ ξηραίνεσθαι χρείας οἰχομένης. ἀλλ' ἡ μὲν παρακμὴ βραχεῖαν ἔχουσα τὴν ξηρότητα [183] λανθάνει τοὺς πολλοὺς, ὡς οὐδέπω μαρασμός τις οὖσα· τὸ δὲ γῆρας οὐ τῷ γένει διαφέρον αὐτῆς, ἀλλὰ μόνῃ τῇ ποσότητι κατάφωρον γίνεται. αὕτη μὲν ἡ αἰτία τὴν ἀναγκαίαν ἅπασι τοῖς ζώοις ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ ξηρότητα ἐναργῶς ἐνδεικνυμένη τῷ γε μὴ παντάπασιν ἀσυνέτῳ τό τε τῆς γενέσεως ἄφυκτον καὶ τὸ τῆς τάσεως ἀδύνατον. ὃ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ τῇ πρώτῃ τῶν ζώων γενέσει, τοῦτο πῶς ἄν τις γενέσθαι κωλύσειεν, ἢ παύσει γενόμενον; ἥτις δέ ἐστιν ἡ τοῦ γήρως ἀρχὴ, καὶ πότε πρῶτον ἄρχεται γηράσκειν τὰ σώματα, καιρὸν ἂν εἴη σκοπεῖσθαι. ὅσοι μὲν οὖν ἡγοῦνται τὴν μὲν τοῦ παρακμάζοντος κρᾶσιν εἶναι ξηρὰν καὶ ψυχρὰν, τὴν δὲ τῶν γερόντων ὑγρὰν καὶ ψυχρὰν, ἐν τῇ ταύτης μεταβολῇ τὴν ἀρχὴν τοῦ γήρως τίθενται. ἡμεῖς δὲ ἀποδείξαντες ἐν τῷ περὶ κράσεων ἅπαντα τὰ σώματα μετὰ τὴν ἀκμὴν ἄχρι τῆς τελευτῆς ξηραινόμενα, δεόντως ἀπορήσομεν ὑπὲρ ἀρχῆς γήρως, ἁπάσης τῆς μετὰ τὴν ἀκμὴν ἡλικίας

pus, quamvis nihil amplius illi fit opus hoc pati, exficcationis utilitate fublata. Verum decrefcens aetas, paucam habens ficcitatem, multos latet, ac fi nondum marcor quidam fit; fenectus vero non genere, fed quantitate fola, ab ipfa differens, manifefte deprehenditur. Haec ergo eft caufa, quae homini non prorfus amenti aperte oftendit, in omnibus animalibus temporis progreffu neceffariam effe ficcitatem, fenectutemque nec evitari nec fanari poffe. Nam quod primam animalium generationem neceffario confequitur, quomodo aliquis id fieri prohibebit, aut factum tollet? Jam vero quod fit fenectutis principium et quando fenefcere primum incipiant corpora, inveftigare fuerit opportunum. Ergo qui decrefcentium temperamentum ficcum effe ac frigidum arbitrantur, fenum vero humidum ac frigidum, in hujus transmutatione principium fenectutis ftatuunt. Nos vero, qui in commentariis De temperamentis omnia corpora poft vigorem ad finem usque demonftravimus exiccari, jure de fenectutis principio dubitabimus, quum tota poft

ξηρᾶς καὶ ψυχρᾶς ὑπαρχούσης. οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἕτερον ἑτέρου τῶν παρακμαζόντων εἶναι ξηρὸν καὶ ψυχρὸν ἀρχὴν τοῦ γήρως ὑποθέσθαι δυνατόν ἐστιν, ὅταν ἐπὶ πλεῖστον ἥκῃ τὸ σῶμα ξηρότητος· τουτὶ γὰρ τὸ ἐπὶ πλεῖστον εἰς σωρητικὴν ἀπορίαν ἐμπίπτει, καὶ δύναται μέν τις καὶ καταφρονῆσαι τῆς τοιαύτης ἀπορίας, καὶ πολλαχόθι γε ἀναγκαῖον οὕτω ποιεῖν, οὐ μὴν ἄμεινόν γε σαφέσιν ὅροις ἀφορίσασθαι δυνάμενον ὑποβάλλειν ἑαυτὸν οὐκ ἀναγκαίαις ἀπορίαις. ὅροι δὲ σαφεῖς ἐπὶ ταῖς τοῦ παρακμάζοντος ἡλικίαις καὶ ταῖς τοῦ γέροντος ἡ τῶν ὑγρῶν ἐπικράτησις περιττωμάτων, ὑφ᾽ ὧν ἐξαπατωμένους ἐλέγομεν ἀποφήνασθαί τινας ὑγρὸν εἶναι τὸ γῆρας. εὐθέως δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας ἐν τῷδε σαφῶς ἔστιν ἰδεῖν ἀῤῥωστούσας ἁπάσας, καὶ ἡ τέως λανθάνουσα τῶν παρακμαζόντων ἐπὶ θάνατον ὁδὸς ἐναργῶς καταφαίνεται τηνικαῦτα. καὶ προβλήματα ὑποθέσεως γίνεται τοῖς σοφισταῖς, τοῖς μὲν ὡς νόσος ἐστὶ τὸ γῆρας, τοῖς δὲ ὡς ἡ κατὰ σχέσιν ὑγεία, τοῖς δὲ ὡς οὐδέτερόν τι· καὶ τοῖς μὲν ὡς κατὰ φύσιν ἐστὶ, τοῖς δὲ ὡς παρὰ φύσιν· ἐνίοις δὲ κἀν-

vigorem aetas ſicca ſit ac frigida. Neque enim quod decreſcentium alter altero magis minusve ſit ſiccus et frigidus, ſenectutis principium ſtatui poteſt, quum corpus ad plurimum devenerit ſiccitatis; illud enim, ad plurimum, in acervalem incidit dubitationem: et licet hujusmodi dubitationem, quod plerumque alias fieri eſt neceſſe, contemnere quis posſit, non tamen ſatius fuerit, qui terminis manifeſtis diſtinguere rem poteſt, ſeipſum dubitationibus non neceſſariis ſubjicere. Termini autem manifeſti inter decreſcentem et ſenilem aetatem eſt humidorum excrementorum exuperantia; a quibus *excrementis* nonnulli decepti, humidam, ut diximus, ſenectutem eſſe aſſeruere. Quin et actiones omnes in hac ipſa debilitari aperte intueri poſſumus; et quae dudum decreſcentium ad mortem via latebat, tunc manifeſte deprehenditur. Hinc ſophiſtis problemata ex hypotheſi fiunt, aliis quidem ſenectutem eſſe morbum, aliis eſſe ſanitatem in affectu movente, aliis neutrum quid eſſe; ac nonnullis eſſe ſecundum naturam, aliis praeter naturam; qui-

ταῦθα μέσον τι καὶ οὐδέτερον ἀμφοῖν ἔδοξεν εἶναι τὸ γῆρας, ὡς μήτε κατὰ φύσιν αὐτὸ μήτε παρὰ φύσιν ὀνομάζειν, ἀλλὰ καὶ λέξιν ἐξευρίσκειν ἐπ' αὐτῇ τρίτην, οὐ φύσει φάσκοντες ὑπάρχειν αὐτό. περὶ μὲν δὴ τῶν τοιούτων ἀμφισβητημάτων ἑτέρου διελέσθαι καιροῦ.

Κεφ. ε'. Τὸν δὲ τοῦ γήρως μαρασμὸν ἀδύνατον δήπου καταλῦσαι, βοηθεῖσθαι δὲ ὡς ἐπιπλεῖστον ἐκταθῆναι δυνατὸν, καὶ τό γε γηροκομικὸν ὀνομαζόμενον μέρος τῆς ἰατρικῆς αὐτὸ τοῦτ' ἔστι, σκοπὸν ἔχον ὡς ἡ τοῦ πράγματος ἐνδείκνυται φύσις, ἐνίστασθαι καὶ διακωλύειν ὡς οἷόν τε, μὴ ξηρανθῆναι τὸ σῶμα τῆς καρδίας εἰς τοσοῦτον, ὡς ἐνεργοῦν ποτε παύσασθαι. τοῦτο γὰρ δὴ τὸ πέρας ἐστὶ τῆς ζωῆς, παῦλα τοῦ τῆς καρδίας ἔργου, ὡς μέχρι ἂν ἥδε κινῆται κατὰ τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν, ἀδύνατον ἀποθανεῖν τὸ ζῶον. εἰ μὲν οὖν οἷόν τέ ἐστιν ὑγρότερον ἐργάσασθαι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τοῦ τῆς καρδίας σώματος, ἢ καὶ νὴ Δία τοῦ ἥπατος, ἐγχωρεῖ τὸ γῆρας [184] ἐπισχεῖν· εἰ δὲ μηδεὶς ἱκανός ἐστι μήθ' ἧπαρ ὑγρότερον ἑαυτοῦ ποιῆσαι μήτε καρδίαν, ἀλλ' ἀναγκαῖον

busdam vero et hic medium quiddam inter ambo effe ac neutrum vifa eft fenectus, ut nec fecundum naturam, nec praeter naturam ipfam appellent, fed tertiam in ipfa nacti fuerint dictionem, qua ipfam non natura effe dicant. Has tamen controverfias dirimere alterius fuerit temporis.

Cap. V. At vero fenectutis marcor prohiberi profecto non poteft, fuccurri tamen, ut quamplurimum prorogetur, poteft; et haec eft illa medicinae pars, quae gerocomice i. e. fenum tutrix, dicitur; cujus fcopus eft, ut rei natura indicat, obfiftere prohibereque, prout fieri poteft, ne cordis corpus adeo exiccetur, ut tandem aliquando agere defiftat. Nam is eft vitae finis, cordis ab actione ceffatio; quamdiu enim cor fecundum propriam fui ipfius actionem movetur, animal interire non poteft. Quare fi fieri poffit, ut ipfius corporis cordis aut certe jecoris fubftantia reddatur humidior, poteft et ipfum etiam fenium cohiberi; fi autem nemo eft, qui jecur et cor fe ipfis humidiora poffit efficere,

Ed. Chart. VII. [184.] Ed. Baf. III. (375. 376.)

ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ ξηρότερα γίνεσθαι σφῶν αὐτῶν οὐ τὰ σπλάγχνα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας, κωλῦσαι μὲν τὸ γῆρας ἀδύνατον, ἐπισχεῖν δὲ τὸ τάχος αὐτοῦ δυνατόν. ἔοικε τοίνυν Ὅμηρος, εἴπέρ τι καὶ ἄλλο, καὶ τοῦτο μαντικῶς ἐκφωνῆσαι περὶ τῶν γερόντων,

— — ἐπὴν λούσαιτο φάγοι τε,
Εὑδέμεναι μαλακῶς, οἷα δίκη ἐστὶ γερόντων.

καὶ γὰρ τὸ λουτρὸν τῶν ὑγραινόντων ἐστὶ, καὶ ἡ μαλακὴ κοίτη καὶ ὁ ὕπνος, ἡ δὲ τροφὴ πρώτη καὶ μάλιστα. μόνη γὰρ αὕτη μέρος γίνεται τῶν τρεφομένων σω(376)μάτων ὁμοιουμένη ταῖς οὐσίαις αὐτῶν, ἕκαστον δὲ τῶν ἄλλων ἢ τῷ κωλῦσαι ξηρανθῆναι σφοδρότερον τὰ ὁμοιομερῆ, ἢ τῷ τὴν ἐν ταῖς μεταξὺ χώραις αὐτῶν ἐπιτέγγειν τε καὶ αὐξάνειν ὑγρότητα, τῆς τῶν ὑγραινόντων μετείληφε προσηγορίας τε καὶ δυνάμεως. οὕτω δὲ ἐγχωρεῖ ποτε ἧπαρ καὶ τὴν καρδίαν ὑγρανθῆναι, ὡς εἴρηται νῦν, τῆς τε παρεσπαρμένης αὐτοῖς ὑγρότητος αὐξανομένης, ἣν κἂν τοῖς λεπτυνθεῖσι νέοις

fed temporis proceffu neceffario ficciora evadunt non ipfa folum vifcera, fed arteriae etiam et venae, fenium certe prohiberi non poteft; at ejus celeritas coerceri poteft; quamobrem videtur Homerus, fi quid aliud, hoc certe etiam vaticinans de fenibus cecinifse;

— — *Ut lavit, atque comedit,*
Mollibus in ftratis dormire, haec vita fenilis.

Nam ex iis quae humectant, eft tum lavacrum, tum molle cubile, tum fomnus, tum vero in primis ac praecipue ipfum alimentum; nam hoc ipfum folum eorum quae aluntur corporum pars efficitur, quum eorum fubftantiis affimiletur; caetera vero fingula, vel quod prohibeant fimilares partes vehementius exiccari, vel quod humiditatem in intermediis earum capacitatibus contentam irrigent ac adaugeant, humectandi tum appellationem tum facultatem adepta funt. Sic vero, ut dictum nunc eft, quandoque poffunt jecur et cor humectari, adaucta, quae in ipfis difperfa eft, humiditate, quam et in extenuatis juvenum corporibus faepius

σώμασιν ἐκδαπανᾶσθαι συμβαίνει, καθ' ὅλον μὲν τὸ σῶμα φανερῶς πολλάκις, ἐγχωρεῖ δέ ποτε καὶ κατὰ τὴν καρδίαν καὶ τὸ ἧπαρ. ὅτι δὲ τούτων τῶν σπλάγχνων τὸ μὲν ἀρτηριῶν τε καὶ σφυγμῶν ἐστιν ἀρχὴ, τὸ δὲ φλεβῶν τε καὶ τοῦ τρέφεσθαι, δι' ἄλλης ἐπιδέδεικται πραγματείας, ἐν ᾗ περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος ἐπεσκοπούμεθα δογμάτων. ταῦτα οὖν τὰ σπλάγχνα, πρὶν ἰσχυρὰν ἔνδειαν αἵματος γενέσθαι καθ' ὅλον τὸ ζῶον, οὐκ ἀπορεῖ συμμέτρου τροφῆς, τὸ μὲν ἧπαρ, ὅτι πᾶν τὸ αἷμα τὴν ἀρχὴν ἐντεῦθεν ἔχει· ἡ καρδία δὲ, διὰ τὸ τῆς ὁλκῆς ἰσχυρόν. ἕλκει μὲν ἅπαντα τὰ μόρια τοῦ ζώου τὴν οἰκείαν τροφὴν ἐφ' ἑαυτὰ, τῇ δὲ ἴσῃ ῥώμῃ τῆς ὁλκῆς οὐ κέχρηται πάντα· διὰ τοῦτ' οὖν οὐδ' ὁμοίως ἀτροφεῖ κατὰ τὰς ἐνδείας τοῦ αἵματος, ἀλλ' ἥ τε καρδία σφοδροτάτην ἔχουσα τὴν κατὰ τὸ ἕλκειν ἐνέργειαν, οὐκ ἄν ποτε ἀπορήσειεν τροφῆς, πρὶν εἰς ἐσχάτην ἔνδειαν ἀφικέσθαι πάντα τοῦ ζώου τὰ μόρια. μὴ τοίνυν ὑπολαμβάνωμεν, ἐπειδὰν ἰσχνὸν γένηται τὸ σῶμα χρονίως ἀῤῥωστῆσαν, ἀναλόγως τοῖς ἄλλοις ἅπασι μέρεσι τὴν καρδίαν καὶ τὸ ἧπαρ ὑπάρχειν ἰσχνά.

quidem in toto corpore manifefte, nonnunquam vero in corde etiam et jecore abfumi contingit. Quod vero horum vifcerum alterum arteriarum pulfuumque fit origo, alterum venarum ac nutritionis, in alio oftenfum eft opere, in quo de Hippocratis et Platonis decretis tradidimus. Haec igitur vifcera, antequam vehemens in toto animali fuerit fanguinis penuria, moderato non deficiunt alimento; jecur quidem, quod univerfus fanguis hinc principium habeat; cor vero ob attractionis vehementiam. Equidem omnes animalis partes proprium alimentum ad fe ipfas trahunt, fed aequali attractionis robore non utuntur omnes; ideoque in fanguinis indigentia non aeque omnes alimento deftituuntur. Verum cor quum vehementiffimam habeat attrahendi actionem, alimento nunquam indigebit, nifi prius omnes animalis partes ad extremam devenerint inopiam. Minime igitur fufpicandum eft, quum ex diuturno morbo gracile redditum fuerit corpus, ipfum quoque cor ac jecur, pro aliarum omnium partium proportione, gracilia exiftere.

θεάσασθαι δ' ἔστι σοι τοῦτο βουληθέντι κἀπὶ τῶν ἄλλων ζώων. ὅ τι γὰρ ἂν ἐθελήσαις ἐπιπλεῖστον λιμαγχονήσας ἀνατέμνειν, ἰσχνὰ μὲν αὐτοῦ καὶ ξηρὰ τἄλλα σύμπανθ' εὑρήσεις μόρια, τὸ δ' ἧπαρ ἅμα τῇ καρδίᾳ πλησίον τοῦ κατὰ φύσιν. ἀποθνήσκουσι γὰρ (ἐπὶ ταῖς ἀσιτίαις) οὐ τοσοῦτον ἐνδείᾳ τῆς τῶν στερεῶν σωμάτων τροφῆς, ὅσον τοῦ πνεύματος οἱ σφαττόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο γοῦν ἅπαντα τὰ μόρια μαλακά τέ ἐστι καὶ ὑγρὰ τοῖς τῶν ζώντων ὁμοίως, ἐπειδὴ τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς ὑγρὸν, ὑφ' οὗ πρώτως τρέφεται, σώζεται σύμπαν· οἱ δ' ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρέντες ἥκουσι μὲν ἐγγὺς τοῦ ὄντως μαρασμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο μεμαράνθαι φήσομεν αὐτοὺς, ὅταν γε τῆς ἀκριβολογίας μηδέπω καιρὸς ῇ, κατ' ἀλήθειαν δ' οὐκ ἐμαράνθησαν, ἢ οὐ πάντα γε τὰ μόρια τοῦ σώματος· ὁ δ' ὄντως μαρασμὸς ὁμοίως μαραίνει πάντα, διότι καὶ τὰς ἀρχάς. ἔστι δ' οὗτος ἐν μὲν ταῖς ἡλικίαις τὸ γῆρας, ἐν δὲ τοῖς παρὰ φύσιν ὁ μαρασμώδης πυρετός. ἑτέρα δέ τις ἀνάλογος γήρᾳ διάθεσις, ἣν οὐδὲν

Hoc, fi tibi libuerit, in aliis etiam animalibus intueri poteris. Nam quotiefcunque horum aliquod fame prius confectum diffecare volueris, caeteras quidem omnes ipfius partes graciles ac ficcas invenies, jecur autem et cor prope fecundum naturam effe. Moriuntur enim (poft inedias) non tam ob alimenti corporum folidorum, quam ob fpiritus inopiam, qui mactantur, proptereaque omnes eorum partes molles ac humidae peraeque ac viventium funt; tota fiquidem in ipfis contenta humiditas, a qua primum ipfae nutriuntur, integra fervatur. Sed qui fame intereunt, propius quidem ad verum marcorem accedunt, ac ob id eos marcuiffe dicemus, quum exquifite loquendi nondum ulla fit occafio; re tamen vera non marcuerunt, vel faltem non omnes corporis partes. At ubi verus eft marcor, omnes aequaliter partes marcefcunt, propterea quod etiam principia; et hoc in aetatibus quidem fenium eft, in rebus autem praeter naturam febris marcida. Eft praeterea alia quaedam affectio proportione refpondens fenectuti, quam

[185] χεῖρον ὀνομάζειν ἐκ νόσου γῆρας, οὐ μὰ Δί' οὐθ' ὡς Φίλιππος, ὃς τὸν ἕνα μαρασμώδη πυρετὸν καλεῖ. οὐ γάρ ἐστιν ἡ τοιαύτη διάθεσις πυρετὸς, ἐν ᾗ ψυχροτέρα τοῦ κατὰ φύσιν ἡ καρδία γέγονεν. ὅτι δ' οὕτως ἔχει κράσεως, οὐκ ἐλάχιστον γνώρισμα μικρὸς καὶ ἀραιὸς σφυγμὸς ἀποτελούμενος, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Φίλιππος γράφει· δέδεικται δὲ ἐν τῷ περὶ σφυγμῶν ὁ τοιοῦτος σφυγμὸς ἐν ψύξει γινόμενος. ἀλλὰ καὶ ἡ ἀναπνοὴ τοῖς οὕτω διακειμένοις ὁμοίως φαίνεται τῷ σφυγμῷ μικρά τε ἅμα καὶ ἀραιὰ, καὶ διὰ πολλοῦ, τὴν ψύξιν ἐνδεικνυμένη καὶ αὕτη τῶν κατὰ τὴν καρδίαν, ὡς καὶ τοῦτ' ἐν τοῖς περὶ δυσπνοίας δέδεικται. οὐ μὴν οὐδ' ἐκπνέουσι θερμὸν, ὅπερ ἀχώριστόν ἐστι καὶ αὐτὸ τοῦ κατεψύχθαι τὴν ἀρχὴν, ὥπέρ γε τὸ ἐναντίον τοῦ θερμανθῆναι. πόθεν οὖν, ὅτι πυρέττουσιν; οὐδὲ γὰρ ὁ θώραξ αὐτῶν ἐστι θερμὸς, οὔτ' οὖν κατὰ τὸ στέρνον, οὔθ' ἑτέρωθι, οὔτ' ἐν τῷ κατὰ μασχάλην τε καὶ τὰ κυρτὰ τῶν πλευρῶν, οὔτ' ἄχρι ῥάχεως. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁμολογεῖ καὶ ὁ Φίλιππος, ἔχειν δ' αὐτῶν φησι τοὺς σφυγμοὺς τὸ σημεῖον τοῦ πυρετοῦ, τὴν σκληρότητα

nihilo deterius fit, ex morbo fenium appellare, non mehercle, ut Philippus, qui eam marcidam febrem nuncupat. Non enim ejusmodi affectio febris effe poteft, in qua frigidius, quam natura poftulat, cor factum fit. Jam quod tale obtineat temperamentum, indicium non minimum eft pulfus parvus rarusque redditus, ut et ipfe fcribit Philippus. Ejusmodi vero pulfum ob frigiditatem fieri in libris de pulfibus oftendimus. Quin et refpiratio iis, qui ita affecti funt, pulfui fimilis vifitur, et parva nimirum fimul et tarda, ac per longa intervalla, quae et ipfa partium ad cor attinentium frigiditatem indicat, ut etiam in libris de fpirandi difficultate a nobis oftenfum eft. Nec vero calidum hi expirant, quod et ipfum infeparabile eft a principio refrigerato; ficuti contrarium a calefacto. Unde igitur, quod febricitent? nam ipforum thorax neque circa pectus, neque alibi, vel ad alas et ad coftarum gibba, vel etiam ad fpinam calidus eft. Sed et haec Philippus concedit; ait tamen eorum pulfum febris fignum habere, duritiem videlicet in-

δηλονότι λέγων, ἣν ἀχώριστον ἔθετο σημεῖον ἁπάντων πυρετῶν Ἀρχιγένης. ἀλλ᾽ εἰ μὲν τὸν ὄντως λέγει σκληρὸν, ὑπάρχει μὲν τοῖς μαραινομένοις ἅπασι διὰ τὴν ξηρότητα τῶν ἀρτηριῶν, οὐ μὴν σημεῖόν ἐστι πυρετῶν· εἰ δ᾽ ὃν Ἀρχιγένης ἐκάλει σκληρὸν, ὄνομα μόνον φθεγγόμενος, οὐ μὴν ἔχων γε δεῖξαι πρᾶγμα καθ᾽ οὗ τοὔνομα φέρει, γέγραπται καὶ ἡμῖν περὶ αὐτοῦ πολλὰ κατὰ τὰς περὶ τῶν σφυγμῶν πραγματείας. τὸ μέν τοι γῆρας τὸ ἐκ νόσου, ψύξις ὂν ἅμα ξηρότητι, πυρετὸς οὐκ ἔστι, τὸ δὲ ἕτερον εἶδος, ὁ περιφρυγὴς ὀνομαζόμενος ὑπὸ τοῦ Φιλίππου μαρασμὸς, ὄντως ἐστὶ μαρασμὸς, ὥσπέρ γε καὶ ὁ συγκοπώδης. καί ἐστιν αὐτοῖς ὁ σφυγμὸς πυκνός τε καὶ μικρὸς, ἐπὶ μέρος δὲ τοῖς ἐν τῷ περιφρυγεῖ συμβαίνει θερμὰ ἐκφυσᾷν πνεύματα χαίνουσιν, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν αὐτὸ τῇ καύσει. ἡ γένεσις δὲ, ὡς εἴρηται, τῷ περιφρυγεῖ μὲν ἐκ θερμότητος καὶ καυσωδεστάτων ἐστὶ πυρετῶν, καὶ μάλιστα ἐπὶ ξηρότητι τῆς ἕξεως· τῷ συγκοπώδει δὲ ἐπειδὰν ἐν συγκοπῇ γενηθέντες ἐκφεύγουσιν ἐν τῷ παραυτίκα τὸ

cienter dictum eſt de Archigenis adverſus Magnum disputatione, quod non a facultatis robore celer pulſus fiat, ſed magis ab imbecillitate, nec oportet bis de iisdem dicere, quum unus et idem demonſtrationis modus eſſet futurus. Et ſi ita circa reſpirationis difficultatem, ut circa pulſus, juniores medici curioſi fuiſſent, et non penitus ipſam neglexiſſent, accommodatius utique hic celeris motus ratio inveſtigari poſſet, utpote quum manifeſtior res ipſa ſit et ob id prius doceri debeat. Verum haud ſcio quomodo de ipſa quidem reſpiratione plurimum inquiſierunt et neque uſum cujus gratia ſit, neque facultatem a qua efficitur, intactam reliquerunt, de organis etiam ipſis curioſe, quot, qualia et quomodo moveantur, inveſtigaverunt, de reſpirationis vero difficultate ſermonem tanquam non magis neceſſarium, aut non magis varium, aut non multo difficiliorem inventu, omnino ſegniter praeterierunt, quidam ne minimum quidem penitus de ipſa dicentes, quidam vero paucis admodum rem attingentes. Quan-

τος Ἱπποκράτους ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐπιδημιῶν, ὥσπέρ τινα μύωπα, τὰς διαφορὰς τῶν δυσπνοιῶν, ὑφ᾿ οὗ νυττομένους αὐτοὺς ἐχρῆν ἐξεγερθῆναί ποτε τοῦ βαθέος ὕπνου, καὶ ζητῆσαι, τίς ἐφ᾿ ἑκάστης αὐτῆς ὁ πεπονθὼς τόπος ἐστὶν, καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς διαθέσεως, καὶ τίς ἡ αἰτία, καὶ εἰ παραλέλειπται ταῦτα τελέως ὑφ᾿ Ἱπποκράτους, ἢ τινὰ μὲν εἴρηται πρὸς αὐτοῦ, τινὰ δ᾿ οὔ; καὶ ποῦ τῶν συγγραμμάτων καὶ πῶς; ἆρά γε τελέως καὶ σαφῶς, ἢ ἐλλιπῶς τε καὶ οἱονεὶ σπερματικῶς; οὐδὲν γὰρ τούτων ἐζήτησεν οὐδεὶς, οὔτ᾿ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀξίως τῶν θ᾿ Ἱπποκρατείους ἑαυτοὺς ὀνομαζόντων, ἐξηγητικά τε γραφόντων ὑπομνήματα τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ, τὸν περὶ τῆς δυσπνοίας οὐδεὶς τελέως ἐπεξῆλθε λόγον. ἀλλ᾿ ἡμεῖς τά τε καθ᾿ ἕκαστον εἰρημένα τῶν βιβλίων εἰς ταὐτὸν ἀθροίσωμεν ἅπαντα, καὶ δείξωμεν, ὡς κἀν τούτοις ὁ ἀνὴρ πολὺ δή τι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐστίν. οὐ μὴν ἤδη γε τοῦτο ποιητέον. οὐ γάρ μοι πρόκειται μόνον ἐξηγήσασθαι τὴν Ἱπποκράτους γνώμην, ἀλλὰ καὶ τὰς οἰκείας ἀποδείξεις

quam Hippocrates in libris de morbis epidemicis, tanquam oestrum quoddam, difficilium respirationum differentias scripserat, a quo punctos et stimulatos ipsos aliquando a profundo somno excitari oportebat et quaerere, quis in unaquaque ipsarum sit affectus locus, et quis affectionis modus, et quae causa, et an haec ab Hippocrate penitus praetermissa sint, an aliqua quidem ab ipso relata, aliqua vero non, et in quibus id factum sit libris, aut quomodo; num perfecte et manifeste, an non integre et quasi seminatorie. Nihil enim horum ullus unquam inquisivit, neque quisquam pro rei dignitate, et eorum, qui se Hippocraticos appellant, ejusque librorum commentarios enarratorios conscribunt, tractationem de respirationis difficultate perfecte explicavit. Verum nos quae in singulis ipsius libris relata sunt, in unum coacervemus omnia, et demonstremus, etiam in hac parte longe reliquos omnes ipsum antecellere; non tamen jam hoc faciendum est. Non enim solum Hippocratis sententiam exponere propositum est, sed etiam proprias dogma-

τῶν δογμάτων προσθεῖναι, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας ἀκρίβειαν παρασχεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. εἰς δὲ τοῦτο πολὺ κάλλιόν ἐστι μὴ προκαταλαμβάνειν τὸν καιρὸν τῇ δόξῃ τοῦ παλαιοῦ. καὶ τοίνυν ὅδε μὲν ὁ πρότερός μοι λόγος διδασκαλία μετὰ ἀποδείξεως ἔσται τῶν ἀληθῶν· ὁ δ᾽ ἑξῆς δεύτερος ἐξήγησις ὧν Ἱπποκράτης ἐγίγνωσκε περὶ δυσπνοίας.

Κεφ. ε΄. Αὖθις οὖν ἀναλάβωμεν ὅθεν λέγοντες ἀπελίπομεν, ὡς ἡ περὶ τάχους κινήσεως ζήτησις ἐν τοῖς [224] περὶ σφυγμῶν ἡμῖν ἅπασα περαίνεται, διὰ τὸ σπουδασθῆναι μὲν ἐκείνην τὴν πραγματείαν τοῖς πλείστοις τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ἀμεληθῆναι δὲ τὴν νῦν προκειμένην σχεδὸν ἅπασι, καίτοι σαφεστέραν τε μακρῷ, καὶ οὐχ ἧττον ἐκείνης χρησίμην ὑπάρχουσαν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ταύτην τὴν αἰτίαν εἴποιμι ἂν ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ, νυνὶ δὲ τὸ συνεχὲς περαντέον, ὡς ἅπασιν ἡ ταχεῖα κίνησις διά τε τὴν ἐπείγουσαν χρείαν γίνεται καὶ προσέτι τὴν δύναμιν ὑπηρετεῖν αὐτῇ δυναμένην, ὅπερ ἐστὶν ἐῤῥωμένην, καὶ τῶν ὀργάνων οὐδενὸς

tum demonftrationes apponere, atque veritatis; quae in eis eft, certitudinem iis, qui in haec inciderint, exhibere: ad hoc autem multo melius eft non praeoccupare tempus opinione *venerandi* fenis. Et ideo hic primus liber ea quae vera funt cum demonftratione docebit; qui deinde fequitur fecundus ea, quae Hippocrates de refpirationis difficultate ftatuit, exponet.

Cap. V. Rurfum igitur ad id redeamus, unde digreffa eft oratio, *nimirum,* quod quaeftio de celeritate motus in libris de pulfibus nobis in totum abfoluta eft, propterea quod circa illam tractationem plurimi juniorum medicorum multum operae impenderint, circa eam vero, quam nunc in manibus habemus, omnes negligentes fuerint, quanquam manifeftior longe fit, et non minus quam illa utilis exiftat. Verum et hujus rei caufam ipfe *fortaffe* referam in fermonis progreffu; nunc vero quod confequens eft, abfolvamus; quod videlicet omnibus celer motus et ob urgentem ufum fiat et amplius facultatem ei fubfervire valentem, hoc eft robuftam; et nullo organorum reluctante;

ἀντιπράττοντος, ὧν τὰς ἀποδείξεις ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν ἐλέγομεν εἰρῆσθαι. εἴρηται δ᾽ ἐν ἐκείνοις καὶ ὡς ἐνδέχεταί ποτε τῆς χρείας ἱκανῶς ἐπειγούσης, κἂν ἡ δύναμις ἀῤῥωστοτέρα μετρίως ᾖ, τὴν κίνησιν γίνεσθαι ταχεῖαν· εἰ δ᾽ ἐπὶ πλέον ἀσθενείας ἥκοι, μηκέτ᾽ ἐγχωρεῖν γενέσθαι ταχέως, ἀλλὰ τηνικαῦτα πυκνὴν μᾶλλον ἀντὶ ταχείας γίνεσθαι τὴν ἐνέργειαν. ἁπάσης γὰρ πυκνότητος ἐνεργειῶν μίαν ὑπάρχειν αἰτίαν, τὸ τῆς προτέρας ἐνεργείας ἐνδεές. ἀναγκάζονται γὰρ ἐπειγούσης ἐκείνης μηκέθ᾽ ἡσυχάζειν ἐπὶ πλέον. ἅπαντα δὲ ταῦτα δι᾽ ἐκείνων μὲν ἀποδέδεικται, κοινὸς δ᾽ αὐτῶν ὁ λόγος ἐστὶ καὶ πρὸς τὴν ἀναπνοήν· πρῶτον μὲν, ὅτι περὶ κινήσεως ἁπάσης ἐν τῷ καθόλου λέλεκται· ἔπειτα καὶ ἡ ἀναπνοὴ ὀλίγου δεῖν ἅπασα τῇ τῶν σφυγμῶν ἀναλογίᾳ ἀνάλογον ἔχει. σύνθετος γάρ ἐστιν ἐξ ἐναντίων κινήσεων ἠρεμίαις διαιρουμένων, καὶ χρείας ἕνεκα τῆς αὐτῆς γίνεται, καὶ τῶν μορίων δ᾽ αὐτῆς ἡ μὲν εἰσπνοὴ παραπλήσιος οὖσα τῇ διαστολῇ τῶν σφυγμῶν ἀναψύχει τὴν ἔμφυτον θερμασίαν· ἡ δ᾽ ἐκπνοὴ, καθάπερ ἡ συστολὴ τῶν σφυγμῶν, ἐκκρίνει τὸ καπνῶδες τῆς συγκαύσεως.

quorum demonſtrationes in libris de pulſibus a nobis relatas dicebamus. Dictum eſt etiam in illis, poſſibile eſſe quandoque, uſu multum urgente, etiamſi facultas paulo ſit debilior, motum fieri celerem; ſi vero amplius debilitetur, non amplius poſſe fieri celeriter, ſed tunc denſam magis pro celeri fieri actionem. Omnis enim denſitatis actionum unam exiſtere cauſam, prioris actionis defectum; coguntur enim illa urgente, non amplius quiescere diutius. Omnia autem haec in illis *libris de pulſibus* ſunt demonſtrata. Communis autem eſt eorum ratio et reſpirationi; primum quidem quod de omni motu in univerſum dicta ſunt, deinde vero non multum abeſt, quin omnis reſpiratio pulſuum proportioni reſpondeat. Compoſita enim eſt ex contrariis motibus per quietes diſtinctis, atque ejusdem uſus gratia ſit; et ex partibus ejus inſpiratio quidem conſimilis exiſtens pulſuum diaſtolae inſitum calorem refrigerat; expiratio vero velut ſyſtole pulſuum, fumoſum aduſtionis *excrementum* excernit.

ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ θρέψει τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀμφοτέρας τὰς ἐνεργείας συντελεῖν, καὶ τὸ τῶν ἠρεμιῶν τὴν μὲν ἐπὶ τῇ διαστολῇ βραχυτέραν ὑπάρχειν, τὴν δὲ ἐπὶ συστολῇ μακροτέραν, ἀμφοτέρων κοινά. τάχος μὲν οὖν ταῖς ἀναπνευστικαῖς κινήσεσιν ὅπως προσγίνεται, καὶ δὴ λέλεκται.

Κεφ. στ΄. Περὶ τοῦ μεγέθους δὲ ἑξῆς δίειμι. χρὴ τοίνυν κἀν τούτῳ καλεῖν μὲν τὴν χρείαν εἰς τοὔργον, ὑπηρετεῖν δ᾽ αὐτῇ τὴν δύναμιν ἐῤῥωμένην, ἑτοιμότητα δὲ ὑπάρχειν τοῖς ὀργάνοις. τῆς αὐτῆς γάρ τοι συνοδίας τῶν αἰτίων δεῖται μέγεθος ἀναπνοῆς ἧσπερ καὶ τάχος. τά γε μὴν ἐναντία τούτων βραδύτης τε καὶ μικρότης, οὐ πάντη γε δεῖται τῶν ἐναντίων ἁπάντων ὁμοῦ, ἀλλ᾽ ἓν μὲν ἐξ αὐτῶν χρὴ παρεῖναι πάντως, πλείω δὲ οὐκ ἀναγκαῖον. ἄν τε γὰρ ἡ χρεία μεγάλως ἐκλυθῇ, συνεκλύεται καὶ τὸ τάχος τῆς κινήσεως καὶ τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς, κἂν ὅτι μάλιστα ῥώμης ἔχῃ καλῶς ἡ δύναμις· ἀργὴν γὰρ ἕξει ταύτην, ἔστ᾽ ἂν μὴ δεήσεται τὸ ζῶον ἐνεργούσης αὐτῆς· ἄν τε μεγάλη μὲν ἡ χρεία, ἐκλύηται δέ πως ὁ τόνος τῆς δυνάμεως, ἄν τε ταῦτα μὲν ὑπάρχῃ, βλάβη δέ τις συμβῇ

Quin et ad nutritionem animalis fpiritus ambas actiones conferre, et in quietibus eam quae poft dilatationem fit, breviorem effe, quae vero contractionem fequitur, longiorem, ambobus communia exiftunt. Itaque quomodo celeritas motibus fpirabilibus accedat, dictum eft.

Cap. VI. De magnitudine autem deinceps agam. Oportet igitur et in hac ufum ad opus provocare, eique facultatem robuftam fubfervire, et promptitudinem adeffe ipfis inftrumentis. Eundem enim caufarum concurfum magnitudo refpirationis requirit, quem et celeritas. At contraria eorum tarditas et parvitas non omnino opus habent contrariis omnibus fimul, fed unum ex ipfis adeffe penitus oportet, plura non eft neceffe. Si etenim ufus valde exfolutus fit, folvitur fimul et celeritas motus et magnitudo dilatationis, etiamfi robore maxime valeat facultas ipfa; otiofam enim habebit hanc, quousque animal ejus actione non indigebit; fi magnus quidem fit ufus, exfolvatur autem aliquo modo facultatis robur; fique adfint quidem haec, laefio

τοῖς ὀργάνοις, οἵαν ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν διήλθομεν· ὅ τι γὰρ ἂν εἴη τούτων, κωλυθήσεται τὸ τάχος καὶ τὸ μέγεθος τῆς ἀναπνοῆς.

Κεφ. ζ. [225] Κατὰ μὲν δὴ ταῦτα πάντως ἐοίκασιν οἱ σφυγμοὶ ταῖς ἀναπνοαῖς, ὥστε εἰ καὶ τὰς αἰτίας πρῶτα προχειριζόμενοι, τὰς ἀκολουθούσας αὐταῖς ἀλλοιώσεις τῆς ἀναπνοῆς ἐπισκοποίμεθα, παραπλησίους εὑρήσομεν. οἷον εἰ καὶ τῆς θερμασίας αὐξηθείσης, τῶν ἄλλων αἰτίων τῆς ἀναπνοῆς ἀτρέπτων μενόντων, ὁποῖόν τι τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος ἔσται, ζητοῦμεν· εὑρήσομεν γὰρ, ὡς κἂν τῷ πρώτῳ δέδεικται τῶν ἐν τοῖς σφυγμοῖς αἰτίων, ὅτι βραχὺ μὲν αὐξηθείσης αὐτῆς, μείζων μὲν σαφῶς, οὐ μὴν καὶ θάττων· ἐπὶ πλεῖστον δὲ καὶ μεγίστη καὶ ταχεῖα καὶ ἤδη πυκνὴ γίγνοιτ᾽ ἂν ἡ εἰσπνοή· κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ εἰ μειωθείη τὸ κατὰ φύσιν θερμὸν, τῶν ἄλλων αἰτίων ἀτρέπτων μενόντων, ὅτι μικρὰν οὕτω καὶ βραδεῖαν καὶ ἀραιὰν ἀνάγκη γίνεσθαι τὴν εἰσπνοὴν, ἀλλ᾽ ὀλίγῳ μέν τινι τοῦ κατὰ φύσιν μικροτέραν, πολὺ δὲ βραδυτέραν, πάμπολυ δ᾽ ἀραιοτέραν. ἐῤῥωμένης γὰρ τῆς δυνάμεως

autem aliqua acciderit inftrumentis, qualem in libris de pulfibus indicavimus; quodcunque tandem ex his fuerit, impedietur et celeritas et magnitudo refpirationis.

Cap. VII. Atque in his fane pulfus refpirationibus omnino fimiles exiftunt. Quare etiamfi caufas primum exponamus, et alterationes refpirationis confequentes perfcrutemur, ipfas confimiles reperiemus. Velut fi calore aucto, reliquis refpirationis caufis immotis manentibus, qualis fit refpirationis difficilis fpecies, quaeramus; reperiemus enim, ut etiam in primo de caufis pulfuum eft demonftratum, quod parum quidem eo aucto, major manifefte, non tamen celerior; plurimum vero aucto, et maxima et celerior et jam etiam denfa infpiratio reddetur. Eodem modo etiam fi calor fecundum naturam fit imminutus, aliis caufis immotis manentibus, quod parvam ita et tardam ac raram neceffe eft fieri infpirationem, fed paulo tamen, quam fecundum naturam, minorem, multo vero tardiorem, plurimo autem rariorem. Robufta enim exiftente facultate,

οὔσης οὐκ ἐνδέχεται πολλῷ μικροτέραν γίνεσθαι τὴν διαστολήν. ἀλλ' εἴπερ ἐκλυθείη τὰ τῆς χρείας ἱκανῶς, ἐπὶ πλεῖστον ἡσυχάζειν εἰκὸς, οὐ μὴν οὐδὲ κινεῖσθαι διὰ ταῦτα παντάπασι βραδέως, ἐῤῥωμένης τῆς δυνάμεως. ἃ δὲ ἐπὶ τῆς θερμασίας αὐξανομένης, ταῦτα κἀπὶ τῆς τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἐπειγούσης θρέψεως εἴδη δυσπνοιῶν ἔσται, δηλονότι τῶν περὶ τὴν εἰσπνοὴν συνισταμένων. ὥσπέρ γε καὶ ἡ ἀμετρία τῆς λιγνυώδους τῶν χυμῶν συγκαύσεως τὰς αὐτὰς τῆς ἐκπνοῆς δυσπνοίας ἐργάσεται ταῖς ἐπὶ τῆς εἰσπνοῆς εἰρημέναις. ταχεῖαι μὲν γὰρ ἔσονται καὶ μεγάλαι καὶ πυκναὶ, πολλοῦ τοιούτου περιττώματος ἠθροισμένου· βραδεῖαι δὲ καὶ μικραὶ καὶ ἀραιαὶ κατὰ τὰς ἐναντίας διαθέσεις. ἆρ' οὖν ὁ μὲν λόγος οὕτως ἀξιοῖ, μάχεται δέ τι τῶν ἐναργῶς φαινομένων; ἐγὼ μὲν ὁμολογοῦντα ταῦτα πάντα κατά τε τὰς ἡλικίας καὶ τὰς χώρας καὶ ὅλως τὰς καταστάσεις ἁπάσας τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος εὑρίσκω· μαρτυρεῖ δ' οὐχ ἥκιστα καὶ τὰ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἅπασι καὶ τὰ ἐν τοῖς νοσήμασιν.

non eſt poſſibile multo minorem fieri dilatationem. Sed ſi uſus multum ſit exolutus, plurimam quietem fieri veriſimile eſt, non tamen propterea omnino tarde moveri, ſi facultas modo ſit robuſta Quae porro ex aucto calore, eaedem ex animali ſpiritu ad nutritionem urgente, ſpecies erunt reſpirationis difficultatum, earum videlicet quae circa inſpirationem conſiſtunt. Quemadmodum ſane immoderatio fuliginoſae horum exuſtionis, easdem reſpirandi difficultates circa expirationem operabitur, quae circa inſpirationem ſunt relatae. Celeres enim erunt et magnae et denſae, ubi multum ejusmodi excrementum fuerit collectum; tardae autem et parvae et rarae in contrariis affectionibus. Numquid igitur ita quidem eſſe ratio ipſa poſcit, repugnat autem quippiam eorum, quae evidenter apparent? Ego quidem omnia haec conſentientia tum in aetatibus tum in regionibus tum prorſus in univerſis ambientis nos aëris conſtitutionibus reperio. Fidem autem maxime faciunt tum quae in omnibus exercitationibus tum quae in morbis contingunt.

ἔνθα μὲν γὰρ τὸ θερμὸν πλεονεκτεῖ, ταχείας καὶ μεγάλας καὶ πυκνὰς ἔστιν ἰδεῖν γιγνομένας εἰσπνοάς· ἔνθα δ' αὖ τὸ ψυχρὸν, τὰς ἐναντίας, βραδεῖς τε καὶ μικρὰς καὶ ἀραιάς. καὶ μὴν ὅσοις μὲν κενοῦται τὸ ψυχικὸν πνεῦμα, καὶ διὰ τοῦτο τάχα δεῖται τῆς ἀναθρέψεως, οὐ μόνον μέγα, (169) ἀλλὰ καὶ ταχὺ καὶ πυκνὸν εἰσπνέουσιν· οἷς δ' οὐδὲν κενοῦται, τὸ ἐναντίον τούτοις εἶδος τῆς εἰσπνοῆς· εἰ δ' ἄμφω συνδράμοι, καὶ θερμασίας αὔξησις καὶ πνεύματος ἀνάλωσις, οὗτοι τὴν μεγίστην ἁπασῶν καὶ ταχίστην καὶ πυκνοτάτην εἰσπνοὴν ἴσχουσι, καὶ μάλιστ' εἰ σφοδρῶς ἑκάτερα αὐξηθείη, ὥσπερ γε καὶ μειωθέντων ἀμφοῖν ἰσχυρῶς, μικρόταται καὶ βραδύταται καὶ ἀραιόταται γίνονται εἰσπνοαί. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ τῶν ἐκπνοῶν εἶδος, εἰ μὲν ἀθροισθείη πολλὰ καπνώδη περιττώματα, μέγιστόν τε καὶ τάχιστον καὶ πυκνότατον· εἰ δ' ὀλίγιστα παντελῶς εἴη, μικρότατόν τε καὶ βραδύτατον καὶ ἀραιότατον. ἡλικιῶν μέν γε τὰς μὲν ἐν αὐξήσει πάσας καὶ μέγα καὶ ταχὺ καὶ πυκνὸν εἰσπνεούσας ὁρῶμεν· τὰς δ' ἐν παρακμῇ

Ubi enim calor abundat, et celeres et magnas et denfas videre eft fieri infpirationes; ubi rurfus frigus, contrarias, et tardas et parvas et raras. At vero quibus animalis fpiritus evacuatur, et ob id cita renutritione opus habet, hi non folum valde, fed et cito et denfe infpirant; quibus vero nihil evacuatur, hi contrariam illis habent infpirationis fpeciem; fi vero ambo concurrant, et caloris incrementum et fpiritus confumptio, hi omnium maximam et celerrimam et denfiffimam infpirationem habent; et maxime fi ambo vehementer fuerint aucta; ut etiam ubi ambo vehementer fuerint imminuta, minimae et tardiffimae et rariffimae fiunt infpirationes. At vero et expirationum fpecies, fi multa quidem fumofa excrementa fint collecta, et maxima et celerrima et denfiffima erit; fi vero pauciffima penitus fuerint excrementa, minima et tardiffima et rariffima. Ex aetatibus porro omnes quae in augmento funt, magnam et celerem et denfam infpirationem facere videmus; quae vero decrescunt,

[226] τοὐναντίον, ἀραιὸν μὲν καὶ μικρὸν καὶ βραδύ· ὅτι ταῖς μὲν θερμὸν πλέον, ταῖς δ' ἔλαττον· καὶ ταῖς μὲν συναύξεσθαι τῷ σώματι τὴν οὐσίαν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ἀνάγκη, ταῖς δὲ συμμαραίνεσθαι. δι' ἀμφοτέρας οὖν τὰς αἰτίας πολὺ παραλλάττουσιν ἐν ταῖς τῆς εἰσπνοῆς ἰδέαις οἱ νέοι τῶν πρεσβυτέρων· δι' ἄλλας δ' αὖ δύο αἰτίας ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς. ἐπεὶ γὰρ ταῖς αὐξανούσαις ἡλικίαις διά τε τὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας ῥώμην καὶ δι' αὐτὴν τὴν αὔξησιν πάμπολύ τι πλῆθος ἀναλίσκεται χυμῶν, ταῖς δὲ παρακμαστικαῖς ὅσον εἰς αὐτὸ τὸ ζῆν μόνον, ὡς μήτε αὐξανομέναις ἔτι καὶ ἀποψυχομέναις ἤδη, κατὰ λόγον ταῖς μὲν ταχεῖα καὶ μεγάλη καὶ πυκνὴ, ταῖς δὲ ἐναντίως διακειμένη κατὰ πᾶν ἡ ἐκπνοὴ φαίνεται. τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην ἰδέαν καὶ οἱ σφυγμοὶ κατὰ τὰς τῶν ἡλικιῶν διαφορὰς ἔχοντες εὑρίσκονται, καθάπερ καὶ τοῦτ' ἐν τρίτῳ τῶν ἐν αὐτοῖς αἰτίων διήλθομεν. ὡς δ' ἐν ταῖς ἡλικίαις, οὕτω κἀν ταῖς ὥραις καὶ ταῖς χώραις καὶ πάσαις ταῖς τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος καταστάσεσιν οἵ τε σφυγμοὶ ταῖς ἀναπνοαῖς αἵ τ' ἀναπνοαὶ τοῖς σφυγμοῖς ἀνά-

contra, raram et parvam et tardam. Propterea quod illis calor amplior, his paucior exiſtit; et illis quidem animalis ſpiritus ſubſtantiam cum corpore ſimul augeri neceſſe eſt, his vero contabeſcere. Ob utrasque igitur cauſas inſpirationis ſpeciebus juvenes a ſenibus multum differunt, et propter alias duas cauſas in expirationibus. Quoniam enim in aetatibus creſcentibus tum ob inſiti caloris robur tum ob ipſum incrementum plurima copia humorum conſumitur; in decrescentibus vero, quantum ad ipſam vitam ſolum neceſſe eſt, ut quae neque augescunt amplius, et jam perfrigerantur; ratione ſane illis velox et magna et denſa; his vice verſa per omnia contraria expiratio apparet. Hanc vero eandem ſpeciem etiam pulſus ſecundum aetatum differentias habere reperiuntur, quemadmodum et hoc in tertio de cauſis ipſorum oſtendimus. Quemadmodum vero in aetatibus, ita et in anni tempeſtatibus et regionibus et omnibus ambientis nos aëris conſtitutionibus tum pulſus cum reſpirationibus tum reſpirationes cum pulſibus proportionem habent;

λογον ἔχουσιν, ἐν μὲν ταῖς θερμαῖς εἰς μέγεθος καὶ τάχος καὶ πυκνότητα τρεπόμεναι, κατὰ δὲ τὰς ψυχρὰς εἰς τἀναντία. καὶ εἴρηται περὶ τούτων ἁπάντων ἐν ἐκείνοις, ὥσπέρ γε καὶ περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων. ἐν μὲν γὰρ τῷ τρέχειν καὶ παλαίειν καὶ ὁπωσοῦν ἄλλως ἀνδρίζεσθαι μέγα καὶ ταχὺ καὶ πυκνὸν ἀναπνέομεν, ἡσυχάζοντες δὲ μικρὸν καὶ βραδὺ καὶ ἀραιόν· ὅτι ταῖς μὲν συντόνοις κινήσεσιν αὐξάνεται μὲν τὸ θερμὸν, δαπανᾶται δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ψυχικόν· ἠρεμούντων δὲ καὶ ἀκινήτων μενόντων, τὸ μὲν θερμὸν μαραίνεται, πνεῦμα δ᾽ οὐδ᾽ ὅλως ἢ παντελῶς ὀλίγον ἀναλίσκεται. καὶ τοίνυν καὶ τῶν λουτρῶν τὰ μὲν θερμὰ ταχεῖάν τε καὶ μεγάλην καὶ πυκνὴν ἐργάζεται τὴν ἀναπνοὴν, τὰ δὲ ψυχρὰ τὴν ἐναντίαν. ἐν τοῖς ὕπνοις δὲ καὶ πάνυ δεῖ προσέχειν τὸν νοῦν τῷ γινομένῳ. πλεονεκτεῖ γὰρ καὶ κατὰ μέγεθος καὶ τάχος κινήσεως ἡ ἐκπνοὴ τῆς εἰσπνοῆς, ὅτε τῶν σιτίων τε καὶ χυμῶν ἁπάντων αἱ κατεργασίαι, καὶ αἱ πέψεις μάλιστα γίνονται. πλεῖστον οὖν εἰκὸς ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ καπνῶδες ἀθροίζεσθαι περίττωμα.

in calidis quidem ad magnitudinem et celeritatem et denfitatem vergentes, in frigidis vero ad contraria. Et relatum de his omnibus eft etiam illic, quemadmodum et de exercitiis; in currendo namque et luctando et quomodocunque alias viriliter exercendo, valde et velociter et dense refpiramus; quiescentes vero, parum et tarde et rare; quod in concitatis motibus calor quidem augeatur, confumatur autem fpiritus animalis; ubi vero quiescimus et immoti manemus, calor marcescit, fpiritus autem aut nullo modo aut omnino modice confumitur. At vero et ex lavacris calida quidem celerem et magnam et denfam faciunt refpirationem; frigida vero contrariam. In fomnis porro etiam valde animum ad hoc quod contingit, advertere oportet. Nam et magnitudine et celeritate motus expiratio infpirationem excedit, quando ciborum et humorum omnium confectiones et concoctiones maxime fiunt; plurimum igitur verifimile eft in ipfis coacervari fumofum recrementum.

Κεφ. η'. Καὶ τῶν νοσημάτων δὲ, καὶ γὰρ καὶ περὶ τούτων ἤδη λεκτέον, ἐν μὲν τοῖς πυρετώδεσιν ἅπασι, καὶ μάλιστα ὅσοις περί τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἢ τὴν καρδίαν ἤθροισταί τι πολὺ πλῆθος θερμότητος, ἡ ἀναπνοὴ πᾶσα μεγάλη καὶ ταχεῖα καὶ πυκνὴ φαίνεται γιγνομένη· ἐν οἷς δὲ ἀπέψυκται τὸ θερμὸν, ἡ ἐναντία, ὥστε καί τισιν ἤδη τελέως ἔδοξεν ἀπολωλέναι, καὶ ἣν ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης ἄπνουν ἔγραψεν, ἥδέ ἐστιν. τὸ ἀνάλογον γὰρ ἔχειν ἔοικεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀναπνοή τε καὶ σφυγμὸς, οὕτω κᾀν τῷδε. παντελῶς γὰρ οὐδέτερον αὐτῶν ἀπολέσθαι δυνατὸν, ἔστ' ἂν περιείη τὸ ζῶον, ἀπολωλέναι μέντοι δόξαι διὰ σμικρότητα, θαυμαστὸν οὐδέν. οὐδὲ γὰρ τούτοις γε δὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἐσχάτως μικροῖς τὸ διαφεύγειν τὰς αἰσθήσεις κοινόν.

Κεφ. θ'. [227] Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ περὶ τῶν ὡσαύτως ὑπαρχόντων ἀναπνοαῖς τε καὶ σφυγμοῖς αὐτάρκως εἴρηται, ζητήσομεν ἤδη καὶ ὅσον ἐν αὐτοῖς οὐχ ὡσαύτως ἔχει. τὸ γὰρ ἀπὸ τῆς τῶν δυνάμεων ἑτερότητος ἐν ἑκάστῳ τῶν ἐνεργειῶν

Cap. VIII. Atque in morbis etiam, nam et de his jam dicendum, in febrilibus quidem omnibus, et maxime ubi circa aliquod respirationis organum, aut circa cor aliqua eaque multa caloris copia' est coacervata, omnis respiratio magna et velox et densa fieri apparet. In quibus vero perfrigeratus est calor, contraria; adeo ut et quibusdam jam penitus periisse putata sit; atque haec est illa, quam Heraclides Ponticus *ἄπνουν* i. e. *spiritu privatam* scripsit. Quemadmodum enim in aliis omnibus, sic etiam hic proportionem respiratio et pulsus habere videntur. Neutrum namque ipsorum in totum perire potest, donec superfuerit animal; attamen periisse putari propter parvitatem, nihil mirum est. Neque enim his solum, sed et aliis omnibus extreme parvis commune est, quod sensum effugiant.

Cap. IX. At postquam de iis quae respirationibus et pulsibus aequaliter adsunt, sufficienter dictum est, quaeremus jam et quantum in ipsis sit, quod non similiter habeat; proprietatem enim, quae est a facultatum diversitate in sin-

ἴδιον εἰκός ἐστι πολλαχῶς καὶ τὰς ἰδέας αὐτῶν διαφερούσας ἐργάσασθαι. τοῦτ᾽ οὖν χρὴ σκοπῆσαι καὶ ζητῆσαι καὶ ἀνευρίσκειν μεθόδῳ. δοκῶ δή μοι καθορᾷν εὐθὺς ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς οὐσίας τῶν πραγμάτων μεγίστην τινὰ διαφορὰν ἁπάντων τῶν ψυχικῶν ἔργων πρὸς τὰ ζωτικά. τῶν μὲν γὰρ ἡ προαίρεσις ἐξουσίαν ἔχει τῆς γενέσεως καὶ δύναταί ποτε, κᾂν ἡ χρεία καλῇ καὶ ἡ δύναμις εὐεκτῇ κᾂν τῶν ὀργάνων ἕκαστον ἐπιτήδειον ᾖ πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ὅμως ἴσχειν τε καὶ κωλύειν αὐτὰ τῆς κινήσεως· ὅπου δ᾽ ἴσχειν μέγα οὕτως, ἦπού γε καὶ τὸ βραδέως κινεῖν ἢ ταχέως, καὶ ἐπιπλέον ἢ ἐπ᾽ ἔλαττον ἐξαίρειν, καὶ διὰ πλείονος ἢ ἐλάττονος χρόνου, ῥᾷστον αὐτῇ. τοῖς ζωτικοῖς δ᾽ ἔργοις οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ᾽ ὅταν ἡ χρεία καλῇ, τῆς γε δυνάμεως ἐῤῥωμένης καὶ τῶν ὀργάνων ἐπιτηδείων ὑπαρχόντων εἰς τὰς κινήσεις, οὔτε βραδεῖαν οὔτε μικρὰν γενέσθαι οἷόν τε τὴν ἐνέργειαν. ἐπὶ γοῦν τῶν κατὰ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια σφυγμῶν ἐναργέστατα φαίνεται διὰ τὴν τῶν ἐν αὐτοῖς ἀρτηριῶν κίνησιν ὀδύνη μὲν σφοδρὰ προσγινομένη διὰ τὸ μὴ ἐφ᾽ ἡμῶν εἶναι τὴν κίνησιν ἐλάττονα ποιῆσαι τῷ

gulis actionibus, verifimile eft etiam multipliciter differentes ipfarum fpecies facere. Hanc igitur confiderare oportet ac quaerere et invenire methodo. Videor autem mihi videre ftatim ab ipfa rerum fubftantia maximam quandam differentiam omnium animalium functionum a vitalibus effe. In illis enim voluntas poteftatem habet generationis; et poteft aliquando, etiam fi ufus provocet et facultas fit integra et fingula refpirationis inftrumenta ad actionem accommoda, tamen prohibere et impedire ipfa a motu. Ubi vero ita potenter cohibere poteft, certe longe facillimum ei fuerit, tarde aut cito movere, et amplius aut minus attollere, et per longius aut brevius tempus. In vitalibus vero functionibus non ita fe res habet, fed quum ufus provocat et facultas robufta est et organa apta exiftunt ad motus, neque tardam neque parvam poffibile eft fieri actionem. Itaque in pulfibus circa inflammatas partes evidentiffime apparet, ob motum arteriarum in ipfis dolorem accedere vehementem, propterea quod non in nobis fit motum facere magnitudine minorem aut ce-

μεγέθει ἢ βραδυτέραν τῷ τάχει· καίτοι γε εἴπερ ἦν ἐφ᾽ ἡμῖν ἐλάττονά τε καὶ βραδυτέραν αὐτὴν ἐργάσασθαι, οὐδὲν ἂν προὐργιαίτερον ἐποιησάμεθα, μέλλοντές γε ἐκ τούτου παρηγορήσειν τὴν ὀδύνην. παντὶ μὲν γὰρ τῷ φλεγμαίνοντι τελέας ἡσυχίας δεῖ· κινουμένων γὰρ καὶ τριβομένων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων, θλίβεταί τε καὶ ῥευματίζεται καὶ παντοίως ὀδυνᾶται. εἰ δ᾽ ἄρα ποτὲ καὶ διὰ τὴν τῆς χρείας ἔπειξιν ἀναγκάζοιτο, τὴν μικροτέραν τε καὶ βραδυτέραν κίνησιν ῥᾷον φέρει τῆς μείζονός τε καὶ ὠκυτέρας. οὕτω καὶ τὸ σκέλος, ὅταν φλεγμαίνῃ τι μέρος ἐν αὐτῷ, μάλιστα μὲν ἀναπαύεσθαι ποθεῖ· εἰ δ᾽ ἀναγκαζοίμεθα κινεῖν αὐτὸ χρείας τινὸς ἐπειγούσης, ἔλαττόν τε καὶ βραδύτερον βαδίζομεν· ἀλλ᾽ οἰχ οἷόν τε τοῦτ᾽ ἐπὶ τῶν ἀρτηριῶν ἐργάσασθαι. οὐ γάρ ἐστιν ἐφ᾽ ἡμῖν ἡ κίνησις αὐτῶν, οὔθ᾽ ὥστε καταπαύειν γιγνομένην, ὥστε βραδυτέραν ἐξ ὠκυτέρας ἢ ἐκ μείζονος ἐλάττω ποιεῖν, ἀλλ᾽ ἀνάγκη στέργειν τῇ παρούσῃ, κἂν ὠκεῖα κἂν μεγάλη κἂν ὁπωσοῦν ᾖ βιαία. διὰ τοῦτο ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις τῶν ἀρτηριῶν κινουμένων ὀδυνώμεθα μὲν, ἀλλ᾽ οὔτε

leritate tardiorem. Atqui fi in noftra poteftate effet minorem aut tardiorem ipfum reddere, nihil magis ex re facere poffemus, mitigaturi utique ex hoc dolorem. *Omne namque inflammatum integram quietem defiderat;* fi enim moveantur et invicem atterantur ipforum partes, premuntur, fluxione infeftantur et univerfim dolore vexantur. Quod fi quandoque ob urgentem ufum ad motum cogantur, minorem plane et tardiorem motum facilius ferunt, quam majorem et velociorem. Ita et crus, ubi pars aliqua in ipfo fuerit inflammata, maxime quidem quietem expetit; fi vero urgente aliquo ufu ipfum movere cogamur, minus et tardius ambulamus. Verum hoc impoffibile eft in arteriis facere: non enim in noftra poteftate eft ipfarum motus, ut vel eum qui fit, fedare, vel velociorem tardiorem, vel majorem minorem facere poffimus; fed neceffe eft eum, qui adeft, boni confulere, five celer five magnus five utcunque fit violentus. Ideo ubi in inflammatis partibus arteriae moventur, dolore affligimur quidem, fed neque obtufiorem neque mi-

ἀμυδροτέραν οὔτε ἐλάττω τὴν κίνησιν οὔτε βραδυτέραν ἐργάσασθαι δυνάμεθα, καίτοι τῶν γε κατὰ τὴν προαίρεσιν ἐνεργειῶν ἢ παντελῶς ἀναπαύοντες τὸ σκέλος, ἢ μικρὰν κομιδῆ καὶ βραδεῖαν ποιοῦντες. ὅταν δὲ λέγωμεν μικρὰν καὶ μεγάλην κίνησιν, ὅτι μὴ κυρίως, ἀλλ' ἀπὸ τῶν διαστημάτων φαμὲν, καθ' ὧν τὸ κινούμενον φέρεται, παντί που δῆλον. οὐκοῦν ἐπειδὴ καὶ ὁ θώραξ ἕν τι τῶν τοῦ ζώου μορίων ἐστὶν ὄργανον ἀναπνοῆς, ὡς ἡ μὲν (170) ἀρτηρία σφυγμῶν, τὸ δὲ σκέλος βαδίσεως, εἰ μέν ἐστι τῶν ζωτικῶν ἔργων ἡ ἀναπνοὴ, ταῖς ἀρτηρίαις ἀνάλογον, εἰ δὲ τῶν ψυχικῶν, τοῖς σκέλεσιν ὁμοίως κινηθήσεται· ἀλ[228]λὰ μὴν τῶν ψυχικῶν, ὡς ἐν ἄλλοις ἀποδέδεικται, δῆλον ἄρα ὡς τοῖς σκέλεσιν ὁμοίως κινηθήσεται. εἰ τοίνυν φλεγμαίνων εἴη ἀναγκάζοιτό τε κινεῖσθαι, βραδύτερόν τε καὶ πολὺ ἧττον τοῦ δέοντος διαστήσεται. ἀλλ' εἰ τοῦτο ποιήσει, ἐνδεῶς ἀναπνεύσει. εἰ δὲ καὶ δεύτερον ἔτι καὶ τρίτον ταὐτὸ τοῦτ' ἐργάσεται, τὸ καθ' ἑκάστην ἐνδεὲς ἓν ἀξιόλογόν ποτε κεφάλαιον γενόμενον, ἐγγὺς ἄξει τοῦ

norem neque tardiorem motum facere possumus, quum tamen per actiones voluntarias, aut in totum quietem cruri dare, aut valde parvum et tardum motum illi permittere queamus. Caeterum quando parvum et magnum motum dicimus, quod non proprie, sed a spaciis per quae fertur id, quod movetur, appellamus, omnibus manifestum. Atqui quum thorax una quaedam animalis pars organum sit respirationis, ut arteria pulsuum et crus ambulationis; si sane respiratio inter functiones vitales sit, consimilem habebit arteriis motus proportionem; si vero inter animales, ad crurum similitudinem movebitur. Atqui inter animales censetur, quemadmodum alibi demonstratum est: manifestum igitur, quod ad crurum similitudinem movebitur. Si igitur thorax inflammatus sit et moveri cogatur, et tardius et multo minus quam oporteat dilatabitur: verum si hoc fecerit, non satis respirabit. Si vero secundo etiamnum ac tertio id ipsum effecerit, quod deest singulis respirationibus in unam summam eamque notatu dignam collectum, animal

πνίγεσθαι τὸ ζῶον. ἵν' οὖ μὴ γένηται τοῦτο, πυκνοτέρας ποιεῖται τὰς ἐνεργείας, μηκέτι ἡσυχάζων τοσοῦτον, ὅσον ὁπότε εἶχε κατὰ φύσιν, ὅμοιόν τι ποιῶν τοῖς διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὴν αὐτάρκη τροφὴν εἰς ἅπαξ προσενέγκασθαι, συνεχῶς ὀλίγον τρεφομένοις. ἀλλ' ἐν τούτῳ ἀναγκαῖον τὴν ὅλην ἀναπνοὴν γενέσθαι μικρὰν καὶ βραδεῖαν καὶ πυκνὴν, καὶ πλέονί γε μικροτέραν τοῦ προσήκοντος, ἢ βραδυτέραν. οὐχ οὕτω γὰρ ἰσχυρὸς ὁ πόνος τῷ θώρακι διὰ τὸ τάχος τῆς κινήσεως, ὡς διὰ τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς. τὸ μὲν γὰρ τάχος, εἰ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν ὀδυνηρὸν, ἀλλὰ τῷ γε βραχυχρόνιον ἐργάζεσθαι τὴν ὅλην κίνησιν ἧττον λυπεῖ τὸν θώρακα· συντόμως γὰρ ἐφ' ὃ σπεύδει παραγίνεται· σπεύδει δὲ δήπουθεν ἐπὶ τὴν ἡσυχίαν καὶ ταύτης ὅτι τάχιστα γλίχεται τυχεῖν, ὡς ἂν μόνης αὐτῷ τὴν ἐκ φλεγμονῆς ὀδύνην παραμυθουμένης. τὸ δὲ μέγεθος τῆς διαστολῆς πάντως χαλεπὸν, αὐτῷ τε τῷ βιαίῳ τῆς κινήσεως καὶ τῷ θλίβειν τε ἅμα καὶ τείνειν τὰ φλεγμαίνοντα, καὶ παντοίως ὀδυνᾷν τὸν θώρακα. ταῦτ' ἄρα καὶ πλέον ἀφαιρεῖ τοῦ μεγέθους ἢ τοῦ τάχους, καὶ ὅταν γε

prope fuffocationem adducet. Ut igitur id ne fiat, denfiores actiones facit, non amplius tantum quiescens, quantum folebat, quum fecundum naturam habebat, fimile quid faciens iis, qui quod fufficientem cibum femel ingerere non poffint, affidue modice aluntur. At in hoc neceffarium eft totam refpirationem fieri parvam et tardam et denfam, et quam par fit multo minorem, quam tardiorem. Etenim dolor non ita graviter vexat thoracem ob motus celeritatem, ut ob dilatationis magnitudinem. Celeritas enim quamvis circa ipfam actionem dolorem excitet, tamen quia brevi temporo omnem motum efficit, minus thoracem laedit; brevi fiquidem tempore eo quo properat pervenit; properat autem ad quietem, eamque quam celerrime affequi cupit, tanquam quae fola dolorem ex inflammatione ipfi lenire poffit. At vero dilatationis magnitudo penitus molefta eft, tum propter violentiam motus, tum quod comprimat et diftendat inflammata, et dolore omnimodo thoracem afficiat. Ob id igitur plus de magnitudine quam de celeritate adimit. Et fane

τοῦτ᾽ αὐτὸ μόνον ᾖ τὸ πάθημα, πόνος τις τῶν κατὰ τὸν θώρακα μορίων, μὴ μέντοι τά γε τῆς χρείας ἐπείγει, μενούσης δηλονότι τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ θερμασίας ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ὅροις, ἐναργῶς ἡ κίνησις τοῦ θώρακος βραδυτέρα γίνεται· πυρώσεως δέ τινος ἐν αὐτῇ γενομένης, τὸ μὲν τάχος οὐκ ἐκλύεται δι᾽ ἃς ἔμπροσθεν εἴπομεν αἰτίας, καθαιρεῖται δὲ κἀνταῦθα τὸ μέγεθος ἱκανῶς, ἀλλ᾽ ἀντ᾽ αὐτοῦ πυκνότης γεννᾶται, διὰ τὴν τῆς χρείας ἔπειξιν.

Κεφ. ι΄. Ὥστε κἀκ τῶν εἰρημένων ἤδη πρόδηλον ὑπάρχει, ὡς αὐτὴ μὲν καθ᾽ ἑαυτὴν ὀδύνη περί τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων γενομένη μικρὸν καὶ βραδὺ καὶ πυκνὸν ἐργάσεται τὸ πνεῦμα· μετὰ φλογώσεως δὲ μικρὸν μὲν ἔτι καὶ νῦν ὁμοίως, ἀλλὰ πυκνότερόν γε τοῦ διὰ μόνην τὴν ὀδύνην καὶ ἤδη κατά τι ταχύτερον· ἡ δὲ διὰ μόνην τὴν πύρωσιν γιγνομένη δύσπνοια πρόσθεν ἐδείχθη μέγα καὶ ταχὺ καὶ πυκνὸν ἐργαζομένη τὸ πνεῦμα. ὥστε σαφής ἐστι καὶ εὐδιόριστος τῶν θ᾽ ἁπλῶν ἑκατέρα καὶ ἡ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετος. ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ μόνῳ τῷ πλήθει τῆς θερμασίας, εἰ καὶ πυκνὸν ἐργάζεται

quum hic folus affectus eft, dolor quidam thoracis partium, non vero urget ufus, manente videlicet calore cordis intra naturales terminos, tunc motus thoracis manifefte tardior redditur. Si vero ardor quidam in ipfo corde oboriatur, celeritas quidem non exolvitur ob eas quas antea diximus caufas, aufertur autem etiam hic multum de magnitudine, verum pro ipfa denfitas generatur ob urgentem ufum.

Cap. X. Quare etiam ex jam dictis perfpicuum eft, dolorem ipfum per fe circa aliquod refpirationis organum confiftentem parvum et tardum et denfum fpiritum efficere; cum ardore vero parvum quidem adhuc fimiliter, fed denfiorem eo, qui ob folum fit dolorem, et jam etiam aliquanto celeriorem; quae vero ob folum ardorem contingit refpirandi difficultas, eam antea oftenfum eft magnum et celerem et denfum fpiritum efficere; ut perfpicua fit et facile discerni poffit et utraque fimplex et quae ex ambabus compofita eft. Quae enim ob folam fit caloris copiam, quamvis den-

τὸ πνεῦμα παραπλησίως τῇ διὰ μόνην τὴν ὀδύνην, ἀλλὰ τῷ μεγέθει καὶ τῷ τάχει σαφῶς διορίζεται· ἡ δ᾽ ἐξ ἀμφοῖν τῶν αἰτίων συνελθόντων τῆς μὲν διὰ τὴν φλόγωσιν μόνῃ τῇ μικρότητι διαφέρει, τῆς δὲ διὰ τὴν ὀδύνην μεγέθει καὶ τάχει· καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ διὰ τὴν κατάψυξίν γε τῆς κατὰ φύσιν θερμασίας δύσπνοια σαφέσι τισὶ γνωρίσμασιν ἁπασῶν τούτων [229] διορίζεται. μικρὸν γὰρ αὕτη γε ὡς ἐδείκνυτο καὶ βραδὺ καὶ ἀραιὸν ἐργάζεται τὸ πνεῦμα· τῶν δ᾽ ἄλλων οὐδεμιᾷ συμβέβηκεν ἅμα βραδύτης καὶ ἀραιότης. ἀλλ᾽ ὅσον μὲν ἐπὶ ταῖς ἐνδείαις τε καὶ πλεονεξίαις τῆς θερμασίας, ἡ τῆς ἀναπνοῆς ἰδέα τοῦ κατὰ φύσιν ἐξίσταται ῥυθμοῦ, ταῦτα καὶ τοῖς σφυγμοῖς ὡσαύτως ἔχει· τὰ δ᾽ ἐπὶ ταῖς ὀδυνηραῖς τῶν ὀργάνων διαθέσεσιν οὐκέθ᾽ ὡσαύτως, ἀλλ᾽ ὅπῃ παραλλάττει σαφῶς, οἶμαι, δέδεικται. αἱ λοιπαὶ μέντοι διαθέσεις τῶν ὀργάνων, ὅσαι χωρὶς ἀλγήματος ἐπ᾽ ἐμφράξεσιν ἢ σκιῤῥώσεσιν ἢ θλίψεσιν ἢ ὅλως στενοχωρίαις τισὶ γίνονται, παραπλησίως ἐργάζονται τὰς ἀλλοιώσεις ἑκατέραις ταῖς ἐνεργείαις ψυχικαῖς τε καὶ ζωτικαῖς. μικρὸν γὰρ ἐπ᾽ αὐτοῖς καὶ ταχὺ καὶ πυκνὸν

fum reddat fpiritum, fimiliter ut ea quae ob folum fit dolorem, tamen magnitudine et celeritate palam diftinguitur. Quae vero ex ambabus caufis concurrentibus generatur, ab ea quae ob ardorem fit, fola parvitate differt; ab ea vero quae ob dolorem, magnitudine et celeritate. At vero refpirationis difficultas ob perfrigerationem naturalis caloris evidentibus notis ab omnibus his diftinguitur; parvum enim haec, ut demonftratum eft, et tardum et rarum fpiritum efficit; nulli vero aliarum fimul accidit tarditas et raritas. At quantum in defectibus et exceffibus caloris ipfa refpirationis fpecies ab eo qui fecundum naturam eft rhythmo decedit, in his eodem modo fe ac pulfus habet; quae vero in dolorofis organorum affectibus contingunt, non amplius eodem modo fe habent; verum quatenus evarient, manifefte, opinor, demonftratum eft. Reliquae tamen organorum affectiones, quae citra dolorem per obftructiones, aut durities, aut compreffiones, aut omnino coarctationes quasdam fiunt, confimiles alterationes in utrisque actionibus, animalibus et vitalibus, efficiunt. Parvus enim in ipfis et celer et denfus fit

γίνεται τὸ πνεῦμα· μικρὸν μὲν, ὅτι διὰ τὴν στενοχωρίαν τῶν ὑποδεχομένων ἔλαττον τοῦ δέοντος ἕλκεται· πυκνὸν δὲ, ὅτι τὰ τῆς χρείας οὐ πληροῦται· διὰ δὲ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ ταχύ. δέδεικται δὲ ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν ὑπομνήμασιν, ὅτι τὸ μέγεθος τῆς διαστολῆς, ὅταν μὲν ἱκανῶς πληροῖ τὴν χρείαν, οὐδὲν δεῖται τάχους, ὅταν δ' ἀπολείπηται κατά τι, τηνικαῦτα ἤδη καὶ εἰς τάχος ἡ τροπὴ γίνεται, τῆς δυνάμεως ἐῤῥωμένης, καὶ ὅταν μηδὲ τοῦθ' ἱκανὸν ᾖ, τότε καὶ εἰς πυκνότητα. διὰ ταῦτα μὲν δὴ μικρὸν καὶ ταχὺ καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα κατὰ τοὺς σφυγμοὺς καὶ τὰς ἀναπνοὰς ἐν ταῖς προειρημέναις διαθέσεσιν, ἐῤῥέθη δ' ἐν τοῖς περὶ σφυγμῶν, ὅτι καὶ ἀνώμαλον, καὶ τοῦτ' ἔστι μάλιστα τὸ ἴδιον αὐτῶν γνώρισμα, καὶ ὁ τῆς αἰτίας λογισμὸς ἐν ἐκείνοις εἴρηται, καὶ ὅτι γε κατὰ μὲν αὐτὰ τὰ τὰς ἐμφράξεις ἔχοντα μόρια, καὶ ὅσα τούτοις κοινωνεῖ, τὰ τῆς ἀνωμαλίας μάλιστα εὔδηλα, καὶ ἡ μικρότης τῶν σφυγμῶν ἢ διὰ παντὸς ἢ ὡς τὸ πολὺ συνεδρεύει· κατὰ δὲ τἄλλα τὸ μέγεθος μᾶλλον. εἰ δὲ πλησίον τῆς ἀρχῆς εἴη τὸ πάθημα, κοινὸν οὕτω γίνεται

ſpiritus; parvus quidem quod ab anguſtiam ſuſcipientium organorum paucior, quam oporteat, attrahatur; denſus vero, quod uſus non expleatur; et ob eandem cauſam etiam celer. Oſtenſum eſt autem in commentariis de pulſibus, quod quando magnitudo diaſtoles ſufficienter explet uſum, nihil indiget celeritate; quando vero deficit aliquantulum, tunc jam etiam ad celeritatem ſe convertit, ſi robuſta ſit facultas; ſi vero neque haec ſufficiens fuerit, tunc et ad denſitatem. Ob has itaque cauſas parvus et celer et denſus redditur ſpiritus pulſuum et reſpirationum in praedictis affectionibus; ſed dictum eſt in libris de pulſibus, quod etiam eſt inaequalis, quae vel praecipua ipſarum eſt nota, et cauſae ratio in illis enarrata eſt; et quod in ipſis partibus, in quibus obſtructio haeret et quae cum his communicant, inaequalitas maxime fiat manifeſta, et parvitas pulſuum aut ſemper aut ut plurimum cohaereat; in aliis vero magnitudo. Si vero propinquus principio fuerit affectus, communis in hunc mo-

πάσαις ταῖς ἀρτηρίαις. ταῦτα μὲν οὖν ἐν ἐκείνοις εἴρηταί τε καὶ δέδεικται.

Κεφ. ια'. Τὰ δὲ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἴδια νῦν ἐπέξιμεν, ὡς μηδὲν ἐλλείπειν τῷ λόγῳ. ὅταν οὖν ἤτοι φυμάτων ἀπέπτων ἐν αὐτοῖς συστάντων, ἢ γλίσχρων καὶ παχέων χυμῶν καταλαβόντων τὰς ὁδοὺς τοῦ πνεύματος, ἤ τινος ὄγκου σκιῤῥώδους ἐν αὐτοῖς ὑποτραφέντος, ἢ τῶν ὁμιλούντων αὐτοῖς σωμάτων ὅτου δὴ καθ' ὁντιναοῦν τρόπον εἰς ὄγκον ἀμετρότερον ἀρθέντος, ἔλαττον τοῦ δέοντος εἰσπνέηται διὰ στενοχωρίαν τὸ πνεῦμα, προσγίνεται ἐξ ἀνάγκης αὐτῷ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας τάχος καὶ πυκνότης. ἰδέαι δέ τινες ἐν τῷ γένει τῆς δυσπνοίας ταύτης πλείους συνίστανται, ἄλλων ἄλλοτε μορίων στενοχωρουμένων ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις. οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὴν γαστέρα καὶ ἧπαρ, ἤδη δὲ καὶ τὸν σπλῆνα καὶ τὸ κῶλον καὶ τὰ τούτοις συνάπτοντα, συνιστάμενοι παρὰ φύσιν ὄγκοι στενοχωρίᾳ τοῦ διαφράγματος μικρὸν καὶ ταχὺν καὶ πυκνὸν ἐργάζονται τὸ πνεῦμα· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοῖς ὑδερικοῖς καὶ ταῖς κυούσαις καὶ

dum fit omnibus arteriis. Atque haec quidem illic relata funt et monftrata.

Cap. XI. Verum, quae fpirabilibus organis propria funt, nunc commemorabimus, ut nihil defit orationi. Quum igitur aut propter tubercula cruda in ipfis confiftentia, aut ob tenaces et craffos humores, qui vias fpiritus occuparint, aut ob fcirrhofum aliquem tumorem in ipfis connutritum, aut ob quodcunque tandem ipfis vicinum corpus quocunque modo in tumorem immoderatiorem elevatum, paucior quam oporteat fpiritus propter locorum anguftiam infpiratur, necelfario accedit ipfi celeritas et denfitas ob praedictas caufas. Species autem quaedam in genere hujus refpirandi difficultatis plures conftituuntur, alias aliis partibus in refpiratoriis organis coarctatis. Tumores etenim praeter naturam circa ventrem et hepar, fplenem item et colon et his conjunctas partes, confiftentes, ob fepti transverfi coarctationem, parvum et velocem et denfum faciunt fpiritum; eodem modo et hydropicis et uterum geftantibus et fupra modum cibo ex-

τοῖς ὑπερεμπεπλησμένοις καὶ τοῖς προγάστορσι τοιοῦτον γίνεται τὸ τῆς ἀναπνοῆς εἶδος· ἐν δὲ ταῖς καλουμέναις ὀρθοπνοίαις, γλίσχρων καὶ παχέων ὑγρῶν ἐν ταῖς κατὰ τὸν πνεύμονα τραχείαις [230] ἀρτηρίαις ἀθροιζομένων. οὕτω δὲ καὶ εἰ σκιῤῥωθείη τι κατ᾽ αὐτὸν, ἢ φῦμα γένοιτο, θλῖβον καὶ στενοχωροῦν τὸ τῶν τραχειῶν ἀρτηριῶν γένος, αὗται γὰρ ὑποδέχονται τὸν εἰσπνεόμενον ἀέρα, μικρὸν καὶ πυκνὸν καὶ ταχὺ ἔσται τὸ πνεῦμα. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, εἰ κἂν τῷ θώρακι τοιοῦτον συσταίη φῦμα, οἷς δὴ πολλάκις κυφοῦνται καὶ λορδοῦνται καὶ σκολιοῦνται τὰ κατὰ (171) τὴν ῥάχιν, μικρὸν καὶ πυκνὸν καὶ ταχὺ τὸ πνεῦμα γενήσεται, καταλαμβάνοντος δηλονότι τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τὴν χώραν τοῦ πνεύμονος, εἰς ἣν διαστελλόμενον ἐξετείνετο. πολλάκις δὲ καὶ αὐτὸν ὅλον τὸν θώρακα στενώτερον αἱ τοιαῦται διαθέσεις ἀπέφηναν, ἢ κυουμέναις εὐθέως συμπεσοῦσαι, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα ὕστερον ἀπαντήσασαι. διαφέρει δ᾽ οὐδὲν πρός γε τὸ στενοχωρούμενον τὸν πνεύμονα μὴ δύνασθαι τὸν ἱκανὸν ἕλκειν ἀέρα, ἢ στενὸν ὅλον γενέσθαι τὸν θώρακα καθ᾽ ἥντι-

pletis et prominentem ventrem habentibus, hujusmodi fit reſpirationis ſpecies; in orthopnoeis autem appellatis, lentis et craſſis humoribus in aſperis pulmonis arteriis collectis. Sic autem et ſi aliquid circa ipſum induretur, aut tuberculum naſcatur premens et coarctans ipſum aſperarum arteriarum genus (hae enim ſuscipiunt aërem, qui inſpiratur) parvus et denſus et celer erit ſpiritus. Eodem autem modo et ſi in thorace tale conſtiterit tuberculum, propter quod ſane ſaepe tum in poſteriorem tum in anteriorem partem luxatur ſpina, imo et in obliquum torquetur, parvus, denſus et celer generabitur ſpiritus, occupante nimirum tumore praeter naturam pulmonis regionem, in quam dilatatus extendebatur. Saepe vero et ipſum totum thoracem anguſtiorem hujusmodi affectiones reddiderunt, ſi aut ſtatim dum in utero adhuc ſunt foetus accidant, aut etiam poſtea obveniant. Nihil autem refert, quod attinet ad id quod coarctatus pulmo non poſſit ſufficientem aërem trahere, an thorax totus

ναοῦν διάθεσιν, ἢ τὴν μεταξὺ χώραν ἀπολέσαι καταληφθεῖσαν ὑπό τινων παρὰ φύσιν ἐν αὐτῷ συστάντων σωμάτων, ἢ καὶ σκιῤῥωθέντος αὐτοῦ ἢ φραχθέντος ἢ ἀνοιδήσαντος, ὡς ἐν τοῖς καλουμένοις πνευμονώδεσί τε καὶ περιπνευμονικοῖς γίνεται πάθεσιν· ἓν γὰρ ἐπὶ πάντων ἐστὶ τοῦτο τὸ συνεκτικὸν αἴτιον τοῦ μικρὰν γίνεσθαι τὴν εἰσπνοὴν, ἡ στενοχωρία τῶν τραχειῶν ἀρτηριῶν· διότι δ᾽ αὐτὴ μικρὰ, διὰ τοῦτο, ὡς πολλάκις εἴρηται, προσέρχεται πυκνότης καὶ τάχος. ἀλλ᾽ ὅταν μὲν κατ᾽ αὐτὸν τὸν πνεύμονα τὸ πάθημα συμπέσῃ, καίτοι διαστέλλειν δυναμένου μέχρι πλείστου τοῦ θώρακος, μικρὸν ὅμως εἰσπνέουσιν· οὕτω δὲ καὶ ὅταν αἱ μεταξὺ τῶν ὀργάνων χῶραι καταληφθῶσιν· ὅταν δ᾽ ὅλος ὁ θώραξ, ἤτοι κυουμένων ἢ καὶ ἄλλως, μικρὸς καὶ στενὸς γένηται, δῆλον ὡς καὶ τὴν διαστολὴν ἀνάλογον ἑαυτῷ μικρὰν ἐργαζόμενος αἰτία τῷ πνεύμονι τῆς περὶ τὴν εἰσπνοὴν ταχύτητος καθίσταται· οὕτως δὲ καὶ ὅταν αἱ φρένες ὑπό του θλίβωνται, κατ᾽ αὐτὸ τὸ κάτω πέρας ἰδίᾳ τοῦ θώρακος, ὡς ἐν τοῖς ἀνωδύνοις πα-

angustus reddatur quacunque tandem affectione, an intermedia regio amittatur ab aliquibus praeter naturam corporibus in ipsa consistentibus occupata, an etiam ipse pulmo induratus sit aut obturatus aut intumuerit, velut in pulmonicis et peripneumonicis appellatis affectibus contingit. Una haec enim in omnibus est conjuncta causa, ob quam parva inspiratio redditur, coarctatio asperarum arteriarum; propterea vero quod parva ipsa est, ob id etiam, ut saepe dictum est, densitas et celeritas accedit. Verum quum in ipsum pulmonem affectus incumbit, quamvis thorax se plurimum distendere possit, tamen parum inspirant: ita etiam ubi intermediae ipsorum organorum regiones fuerint occupatae. Quum vero totus thorax, aut foetibus aut aliter, parvus et angustus redditur, manifestum est quod et dilatationem ad sui ipsius proportionem parvam efficiens, pulmoni causa est velocis inspirationis. Sic vero etiam quum septum transversum ab aliquo comprimitur ad infernam thoracis extremitatem, velut in affectionibus dolorem non inferentibus

θήμασι. τούτου γὰρ χρὴ μεμνῆσθαι μάλισθ', ὅτι ποτὲ μὲν ἡ τοῦ θώρακος μόνου διάθεσις, ποτὲ δὲ ἡ τοῦ πνεύμονος, ποτὲ δὲ ἡ τῆς μεταξὺ χώρας ἀμφοῖν, εἰς μικρότητα, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τάχος καὶ εἰς πυκνότητα τὴν τροπὴν τῆς ἀναπνοῆς ἐργάζεται, τῆς γε δυνάμεως ἐῤῥωμένης. καὶ γὰρ καὶ τούτου χρὴ μεμνῆσθαι πολλάκις ἤδη καὶ πρόσθεν εἰρημένου. μὴ τοίνυν ἔτι τῶν πλευριτικῶν, ἢ τῶν ἀποστάσεις τινὰς ἢ ὅλως ὄγκους ὀδυνηροὺς ἐχόντων κατὰ τὸν θώρακα μνημονεύσωμεν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ, περὶ δὲ τῶν ἀνωδύνων παθημάτων, ὅσα τῷ θλίβειν τε τὸν πνεύμονα καὶ στενοχωρεῖν τὰς ἐν αὐτῷ τραχείας ἀρτηρίας μικροτέραν ἐργάζεται τὴν εἰσπνοὴν, ὁ προειρημένος ἅπας ἐπεραίνετο λόγος, ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν τοῖς πρὸ τούτων γεγραμμένοις πάθεσι τοῦ θώρακος προσνείμωμεν, ἐφ' ὧν ἐλέγομεν διὰ τὴν ὀδύνην ἧττον διιστάμενον τὸν θώρακα, μικρὸν ἐργάζεσθαι τὸ πνεῦμα· τὴν δὲ τῶν ἐμπύων καλουμένων διάθεσιν, κἂν ὅτι μάλιστα πολλάκις ἐκ πλευρίτιδος ἡ γένεσις αὐτῆς συμπίπτῃ, τούτοις τοῖς νῦν εἰρημένοις συγκαταριθμήσωμεν, ὅσα χωρὶς ἀλγήματος στενοχωρίαν

contingit. Hujus namque rei maxime memorem esse oportet, quod aliquando solius thoracis affectus, aliquando solius pulmonis, quandoque vero intermedio amborum regionis, ad parvitatem, et ob id etiam celeritatem ac densitatem respirationis mutationem facit, si sane facultas fuerit robusta; nam et hujus meminisse oportet saepe jam etiam antea relati. Ne igitur amplius pleuriticorum, aut abscessus aliquos aut omnino dolorosos tumores habentium in thorace, mentionem faciamus in hoc sermone (de affectionibus autem dolorem non inferentibus, quae comprimendo pulmonem et coarctando asperas in ipso arterias minorem faciunt inspirationem, omnis praedictus habebatur sermo) sed illa quidem ad affectiones thoracis antea conscriptas referamus, in quibus dicebamus thoracem, propterea quod minus distenderetur ob dolorem, spiritum facere parvum; eorum vero, qui suppurati appellantur, affectionem, quamvis saepenumero ejus generatio ex pleuritide contingat, his jam proxime relatis annumere-

ἐργαζόμενα κατὰ τὸν πνεύμονα, μικρὰν ἀποφαίνει τὴν ἀναπνοήν. τὸ γάρ τοι περιεχόμενον ἐν αὐτῷ πύον κατὰ τὰς τοιαύτας διαθέσεις αἴτιον γίγνεται τῆς περὶ τὴν διάστασιν μικρότητος. ὡς οὖν μηκέτ᾽ αὐτὸς κατὰ φύσιν διαστελλόμενος, οὐδὲ τὴν ὁλκὴν [231] ἴσην ποιεῖται τοῦ πνεύματος. πῇ ποτ᾽ οὖν ταῦτα χωρὶς ἀλγήματος πάθη τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, τοῦτο γὰρ ἔτι λείπει τῷ παρόντι λόγῳ, διορισθήσεται τῶν μετ᾽ ἀλγήματος, εἴ γε καὶ μικρὸν ὡσαύτως ἀμφοτέροις καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα; ἢ τῷ τάχει τῆς κινήσεως; ἐν γὰρ τοῖς μετ᾽ ὀδύνης ὀλίγον μὲν ἀναπνέουσι καὶ πυκνὸν, οὐ μὴν ταχέως, ὅταν γε χωρὶς πυρετοῦ τὸ τοιοῦτον συμπίπτῃ πάθημα· μετὰ μέντοι πυρετοῦ κἂν εἰ τῇ μικρότητι καὶ τῷ τάχει παραπλήσιον ἀναπνέουσιν, ἀλλὰ τῇ γε πυκνότητι διορίζονται. οὐ μετρίως γὰρ αὐτοῖς πυκνοῦται τὸ πνεῦμα· τοῦτο δ᾽ οὐχ ὑπάρχει τοῖς διὰ στενοχωρίαν τῶν ἀναπνευστικῶν δυσπνοοῦσιν, ἀλλ᾽ εἰ καὶ πυκνότερον αὐτοῖς γίγνοιτο τὸ πνεῦμα, μετρίως τοῦτο πάσχει καὶ πολὺ κατωτέρω τῆς ἄκρας

mus, quae citra dolorem in pulmone coarctationem facientia, parvam reddunt respirationem. Pus enim quod in ipso per hujusmodi affectiones continetur, causa fit ejus, quae circa distentionem fit, parvitatis. Itaque quod neque ipse secundum naturam distendatur, minime aequalem facit spiritus attractionem. Quomodo igitur hae spirabilium organorum affectiones citra dolorem consistentes, id enim praesenti adhuc deest sermoni, ab iis, quae cum dolore fiunt, distinguentur, si sane et parvus et densus ambobus similiter redditur spiritus? An celeritate motus? In affectibus enim cum dolore modice quidem respirant et dense, non tamen celeriter, quum utique citra febrem ejusmodi acciderit affectus; quando vero cum febre, quamvis in parvitate et celeritate similiter respirent, tamen densitate distinguuntur. Nam non modice ipsis spiritus densatur; quod non evenit illis, qui ob coarctationem organorum respirationis difficulter respirant: verum etiamsi densior ipsis spiritus reddatur, moderate tamen hoc fit, et multo infra summam densitatem.

Ed. Chart. VII. [231.] Ed. Baf. III. (171.)

πυκνότητος. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκπνοὴ τοῖς πυρέττουσι μείζων τε ἅμα καὶ θερμοτέρα, ὅπερ οὐχ ὑπῆρχε τοῖς διὰ στενοχωρίαν μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐκπνέουσιν. ὅπως δὲ χρὴ διαγινώσκειν ἀκριβῶς μικρότητά τε καὶ μέγεθος ἑκατέρων τῶν μορίων τῆς ὅλης ἀναπνοῆς, ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται, τελεσάντων πρότερον ἡμῶν ἅπαντα τὸν περὶ τῶν ὀργάνων λόγον. ὅτι μὲν γὰρ διαφέρουσιν αἱ χωρὶς ὀδύνης αὐτῶν δύσπνοιαι τῶν μετ᾽ ὀδύνης, καὶ δὴ λέλεκται.

Κεφ. ιβ΄. Πότερον δὲ, ὥσπερ ἁπλῶς ἀπεφηνάμεθα τὴν στενοχωρίαν δεῖν εἰς τὸν πνεύμονα διήκειν, καὶ τούτου τὰς τραχείας μάλιστα ἀρτηρίας, ἵνα δυσπνοήσῃ τὸ ζῶον, οὕτω καὶ τὴν ὀδύνην ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις χρῆναι γίγνεσθαι, καὶ μάλιστά γε τῷ θώρακι, λεκτέον, ὁ γὰρ πνεύμων ὀλίγου δεῖν ἀναίσθητος, ἤ τινα ἑτέραν ἡμῖν ἐπὶ τῶν τοιούτων δυσπνοιῶν ζητητέον ἀπόφανσιν; οὐδὲ γὰρ ἄν, οἶμαι, δόξειεν ὅ γε τοῖς τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἀλγήμασι μόνοις τὸ τοιοῦτον εἶδος ἕπεσθαι τῆς δυσπνοίας λέγων ἐγνωκέναι καλῶς ὑπὲρ αὐτῶν τὸ σύμπαν, οὐδὲ μεμνῆσθαι τῶν ἔμπροσθεν

Quin et expiratio febricitantibus major fimulque calidior eft, quod non contingit iis, qui ob coarctationem parum et denfe expirant. Quomodo autem cognofcere oporteat exacte tum parvitatem tum magnitudinem utriusque partis totius refpirationis, paulo poft dicetur, ubi prius omnem de organis fermonem abfolverimus. Quod enim difficultates refpirandi citra organorum dolorem ab eis quae cum dolore fiunt differant, jam relatum eft.

Cap. XII. Utrum autem, ut fimpliciter oftendimus coarct tionem oportere ad pulmonem pervenire, ejusque afperas maxime arterias, ut animal difficultatem refpirationis incurrat, fic etiam dolorem in refpiratoriis organis fieri oportere, et praefertim in thorace, dicendum eft, (non multum enim abeft, ut pulmo fenfus fit expers) an aliquam aliam in ejusmodi refpirandi difficultatibus inquirere nos oportet enuntiationem? Nam qui dicit ad folos refpiratoriorum organorum dolores ejusmodi difficultatis refpirandi fpeciem fequi, eum non opinor videri poffe omnem de his rem probe

λογισμῶν, ἐν οἷς οὐ διὰ τὸ πάθημα, διὰ δὲ τὴν τῆς ἐνεργείας δύναμιν ψυχικὴν οὖσαν ἐδείκνυτο μικρὸν καὶ πυκνὸν γινόμενον τὸ πνεῦμα. τὸ μέντοι ταῖς στενοχωρίαις τοῦ πνεύμονος εἶδος τῆς δυσπνοίας ἑπόμενον οὐδὲν προσδεῖται τῆς δυνάμεως εἰς τὴν γένεσιν, ὅθεν ἐπὶ μὲν τούτου καλῶς ἀπεφηνάμεθα καθ' ὅλου τοῦ πράγματος τὸν λόγον ποιησάμενοι· περὶ δὲ τῶν ὀδυνηρῶν παθῶν οὐχ ἁπλῶς ἐχρῆν λέγειν, ὅταν γ' ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς συνίσταται μορίοις. οὐ γὰρ δι' αὐτὴν τῶν μορίων τὴν φύσιν ἰδίως, ἀλλ' ὅτι ψυχικὴ δύναμις ἐπετρόπευεν αὐτῶν τῆς κινήσεως, εἰς μικρότητα τὴν ἀναπνοὴν τρέπεσθαι συνέβαινεν, ὑπὲρ τοῦ μὴ μειζόνως ὀδυνᾶσθαι τὸ ζῶον, ἔλαττον τοῦ προσήκοντος διϊστάσης αὐτῆς τὸν θώρακα. αὕτη δ' ἡ τοῦ μειζόνως ὀδυνᾶσθαι πρόνοια καὶ τοῖς ἄλλοις δήπου ἅπασίν ἐστι μορίοις, ὅσα κινουμένοις τοῖς ἀναπνευστικοῖς συγκινεῖται, στομάχῳ καὶ γαστρὶ καὶ ἥπατι καὶ σπληνὶ καὶ περιτοναίῳ καὶ τῷ κώλῳ τε καὶ τῶν λεπτῶν ἐντέρων τοῖς ἄνω καὶ τοῖς καθ' ὑποχόνδριον μυσί.

cognoviffe, aut meminiffe fuperiorum ratiocinationum, in quibus non ob affectionem, fed ob actionis facultatem, quae animalis exiftit, parvus et denfus fpiritus fieri oftendebatur. At vero fpecies difficultatis refpirandi, quae ad coarctationem pulmonis confequitur, nihil opus habent facultate ad fui generationem; quod de illo probe indicavimus, ubi totius rei tractationem peregimus. Verum de dolorofis affectionibus non fimpliciter id dicere convenit, quando fane in refpiratoriis partibus confiftunt. Non enim propter ipfam partium naturam privatim, fed quod animalis facultas earum motum moderetur, refpirationem ad parvitatem mutari contingit, ut ne amplius *videlicet* animal dolore affligeretur, ipfa minus quam oportet thoracem diftendente. Atque haec fane providentia, ut ne vehementius animal dolore afficiatur, etiam aliis omnibus ineft partibus, quae ad refpirabilium organorum motum fimul moventur, ftomacho, ventriculo, hepati, fpleni, peritonaeo, colo et fuperioribus tenuibus inteftinis, et musculis hypochondriorum; hae namque

μό[241]ριον, τήν τε εἰσπνοὴν λέγω καὶ τὴν ἐκπνοὴν, ἅπερ ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ φθάνομεν εἰρηκότες, αὐτὰ ταῦτα καὶ νῦν ἀξιῶ σκοπεῖσθαι κατὰ τὰς ἀῤῥυθμίας αὐτῶν. οἷον, οὐδὲν γὰρ χεῖρον ἐφ' ἑνός τινος ὡς ἐπὶ παραδείγματος ἐπιδεῖξαι τὸ λεγόμενον, βραδυτέρα μὲν ἔστω καὶ μικροτέρα τοῦ κατὰ φύσιν εἰσπνοὴ, θάττων δὲ καὶ μείζων ἡ ἐκπνοή· μεμειῶσθαι φήσομεν τοῖς οὕτω διακειμένοις τὸ κατὰ φύσιν θερμὸν, ηὐξῆσθαι δὲ τὸ καπνῶδες. ἐφ' ἑτέρας δ' αὖθις ἔμπαλιν ἀῤῥυθμίας ἐχούσης, ὡς τὴν μὲν εἰσπνοὴν εἶναι μεγάλην καὶ ταχεῖαν, τὴν δ' ἐκπνοὴν μικρὰν καὶ βραδεῖαν, ηὐξῆσθαι μὲν τὸ κατὰ φύσιν θερμὸν, μηδὲν δ' εἶναι καπνῶδες περίττωμα. διττὸν γὰρ ἀεὶ χρὴ νοεῖν τῷ γένει τὸ θερμὸν, τὸ μὲν οἰκεῖον καὶ σύμφυτον σώματι, τὸ δ' ἐπίκτητόν τε καὶ νόθον. δῆλον οὖν ὡς οὐδὲν ἡ τοιαύτη σύζευξις ὑπαλλάττει τῶν ἑκατέρᾳ κατὰ μόνας ὑπαρχόντων. εἰ γὰρ ἡ εἰσπνοὴ μικρὰ καὶ βραδεῖα τύχοι γενομένη, κατάψυξιν δηλοῖ τῆς κατὰ φύσιν θερμασίας, ὅπως ἂν ἔχῃ ἡ ἐκπνοή· εἰ δὲ ἡ ἐκπνοὴ κατὰ ταὐτὸ

cundum utramque totius reſpirationis partem, inſpirationem dico et expirationem, in ſuperiori ſermone recenſuimus, ea ipſa etiam nunc inſpicere operae pretium exiſtimo circa ipſorum diſſonantias. Velut verbi gratia (non enim deterius fuerit in uno quodam tanquam exemplo demonſtrare id quod dicitur) ſit quidem tardior et minor quam ſecundum naturam inſpiratio; his ſane ita affectis dicemus calorem ſecundum naturam imminutum eſſe, auctum vero fumoſum. Rurſus in altera diſſonantia, contrario modo ſe habente, ita ut inſpiratio quidem ſit magna et velox, expiratio vero parva et tarda, auctum naturalem calorem dicemus et nullum eſſe fumoſum recrementum. Duplicem enim genere ſemper intelligere oportet calorem, alterum genuinum et corpori innatum, alterum vero acquiſititium ac ſpurium. Palam igitur eſt, quod hujusmodi conjugatio nihil evariat ab iis, quae in utraque ſeorſim, hoc eſt alterutra exiſtunt. Si enim inſpiratio parva et tarda forte fuerit, perfrigerationem ſignificat caloris ſecundum naturam, quomodocunque habeat ipſa expiratio; ſi vero expiratio eodem modo fuerit affecta,

ἢ διακειμένη, ἐνδείξεται ταὐτόν· καὶ γὰρ εἰ μεγάλη ποτὲ καὶ ταχεῖα γένοιτο, πλεονεκτοῦσαν δηλώσει καὶ παρὰ φύσιν θερμασίαν, ὅπως ἂν ἔχῃ τὰ τῆς εἰσπνοῆς· ὅθεν οὐδὲν πλέον εἰς τὰς προγνώσεις ἡ τοιαύτη συμπλοκὴ διδάσκει τῶν ἤδη κατὰ μόνας ὑπὲρ ἑκατέρας αὐτῶν ἐγνωσμένων.

Κεφ. κβ'. Μόναις γοῦν προσεκτέον ἡμῖν τὸν νοῦν ἐκείναις τῶν συνθέτων δυσπνοιῶν, ἐν αἷς αἱ μὲν ἁπλαῖ κοιναὶ πλειόνων εἰσὶ διαθέσεων, καὶ διὰ τοῦτο σαφὲς οὐδὲν ἐνδείκνυται· συνεζευγμέναι δ' ἑτέραις τισὶν εἰς διορισμὸν ἥκου-(176)σιν ἀσφαλῆ. τὸ γὰρ μέγεθος τῆς ἀναπνοῆς αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ δύσπνοιά τίς ἐστιν ἁπλῆ· γνώρισμα δ' οὐδενὸς ὑπάρχει βέβαιον, εἴ γε καὶ τῆς χρείας ἐπειγούσης γίνεται καὶ τῆς διανοίας βεβλαμμένης· ἀλλ' εἰ μὲν ἅμα πυκνότητι συσταίη, τῆς χρείας ἔπειξιν, εἰ δὲ σὺν ἀραιότητι, παραφροσύνην ἐνδείκνυται. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ σμικρότης αὐτὴ μὲν καθ' ἑαυτὴν ἢ ὀδυνᾶσθαί τι μόριον, ἢ τὴν χρείαν ἐκλύεσθαι δηλοῖ, ὥστ' οὐδὲν οὐδ' αὐτὴ σαφὲς ἐνδείκνυται· σύνθετος δὲ γενομένη, μετὰ μὲν πυκνότητος ἄλγημα, σὺν ἀραιότητι δὲ τῆς

idem indicabit; nam et fi magna aliquando ac velox fiat, redundantem fignificabit calorem praeter naturam, quomodocunque habeat ipfa infpiratio. Quare nihil amplius ad praenotiones hujusmodi complicatio docet, quam ea, quae jam fingulatim de alterutra ipfarum funt cognita.

Cap. XXII. Itaque ad folas illas compofitas refpirandi difficultates animum attendere nos oportet, in quibus fimplices quidem communes funt plurium affectionum, et ob id nihil certi indicant; conjugatae vero aliis quibusdam, ad certum ac minime fallax discrimen veniunt. Magnitudo enim refpirationis ipfa per fe refpirandi difficultas quaedam eft fimplex, verum nullius certae cognitionis fignum eft; fiquidem et urgente ufu et laefa mente fieri folet; at fi cum denfitate confiftat, urgentem ufum; fi cum raritate, delirium indicat. Similiter autem et parvitas ipfa quidem per fe ipfam, aut dolore affectam aliquam partem, aut ufum exolutum oftendit; itaque neque ipfa aliquid certi indicat; quando vero componitur, cum denfitate quidem dolorem, cum

χρείας ἔκλυσιν δηλοῖ· κἂν εἰ τὴν πυκνότητα δι᾽ αὐτὴν μόνην, ἢ τὴν ἀραιότητα προχειρίσαιο, καὶ τούτων ἂν εὕροις οὐδετέραν οὐδὲν σαφὲς δηλοῦσαν ἄνευ τοῦ διορισθῆναι συμπλακεῖσαν ἑτέρῳ τινὶ δυσπνοίας εἴδει. πυκνὴ γὰρ ἅμα καὶ μεγάλη, τῆς δυνάμεως αὔξησιν ἐνδείκνυται· πυκνὴ δὲ ἅμα καὶ μικρὰ, τινὸς τῶν ταῖς ἀναπνοαῖς συγκινουμένων ὀργάνων ἄλγημα· καὶ ἡ ἀραιὰ δὲ παραφροσύναις ἑπομένη καὶ καταψύξεσιν, εἰ μὲν μετὰ μεγέθους εἴη, τὸ πρότερον τῶν εἰρημένων· εἰ δὲ μετὰ σμικρότητος, τὸ δεύτερον ἐνδείκνυται. καὶ διὰ τοῦτο πασῶν τῶν συνθέτων δυσπνοιῶν αἱ τοιαῦται συζυγίαι χρη-[242]σιμώταται, καὶ σαφῶς καὶ βεβαίως μίαν ἑκάστην διάθεσιν ἐνδεικνύμεναι, πυκνότης μὲν ἅμα μικρότητος, πόνον, εἰ δὲ σὺν μεγέθει γένηται, τῆς χρείας αὔξησιν· ἀραιότης δὲ μετὰ μὲν μεγέθους παραφροσύνην, μετὰ δὲ σμικρότητος τῆς χρείας ἔκλυσιν. γίγνονται δὲ τέτταρες αὗται συζυγίαι, τῶν ἐν ταῖς ἐνεργείαις κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα διαφορῶν ταῖς τῶν ἠρεμιῶν διαφοραῖς μιγνυμένων. δύο γὰρ ἀντιθέσεις

raritate vero ufus exolutionem portendit. Quinetiam fi ipfam denfitatem per fe folam aut raritatem proponas, ipfarum neutram per fe inveneris quicquam certi fignificantem, nifi hoc discrimen accipiat cum altera quapiam refpirandi difficultatis fpecie copulata; denfa enim fimulque magna, facultatis augmentum indicat; denfa vero fimulque parva, organi alicujus quod cum refpirationibus commovetur, dolorem. Ipfa etiam rara, quae deliria et perfrigerationes fequitur, fi quidem cum magnitudine fuerit copulata, prius ex praedictis; fi vero cum parvitate, pofterius indicat. Et ob id fane omnium compofitarum refpirandi difficultatum hujusmodi conjugationes utiliffimae funt, et manifefte et conftanter unamquamque affectionem indicantes, denfitas quidem cum parvitate dolorem; fi cum magnitudine fiat, ufus augmentum; raritas autem cum magnitudine delirium, cum parvitate ufus exolutionem. Fiunt autem quatuor hae conjugationes differentiis actionum in magnitudine et parvitate, cum quietum differentiis permixtis. Duae enim op-

ἀλλήλαις ἐπαλλαττόμεναι, τέτταρας ποιοῦσι τὰς συζεύξεις. ὥστε κἀνταῦθα δῆλον ἤδη γέγονεν, ὡς οὔτε πλείους οὔτ' ἐλάττους ἐνδέχεται τὰς ἐκ τῶν ἀντιθέσεων τούτων συμπλοκὰς γενέσθαι. ἀλλ' ἐπὶ μὲν ταῖς ἠρεμίαις ἀντίθεσις μία μόνη συμβέβηκεν ἡ κατὰ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα, ταῖς δ' ἐνεργείαις οὐχ ἡ κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ τάχος καὶ βραδυτῆτα. τέτταρες δὲ δηλονότι καὶ κατὰ τὰς τούτων ἐπαλλάξεις γενήσονται αἱ συζυγίαι· πρώτη μὲν πυκνὴ καὶ ταχεῖα, δευτέρα πυκνὴ ἅμα καὶ βραδεῖα, τρίτη ἀραιὰ ἅμα καὶ ταχεῖα, καὶ τετάρτη βραδεῖά τε ἅμα καὶ ἀραιά. γνωρίζουσι δ' οὐδὲν ἁπλῶς ἐξ ἀνάγκης, ὡς αἱ πρότεραι τέτταρες, ἀλλ' ὧδε χρὴ διορίζεσθαι· πολλῆς μὲν εἰς πυκνότητα μεταπτώσεως γινομένης, ὀλίγης δὲ τῆς εἰς τάχος, ὀδύνης τε ἅμα καὶ χρείας ἐστὶν αὔξησις· εἰ δ' ἔμπαλιν εἰς τάχος μὲν πλέον, εἰς πυκνότητα δὲ ἔλαττον ἐξίσταται τοῦ κατὰ φύσιν, τὴν χρείαν μόνην ἐπιτετάσθαι δηλώσει. συνδραμεῖται δὲ τῇ μὲν τοιαύτῃ δυσπνοίᾳ πάντως καὶ μέγεθος,

poſitiones inter ſe permutatae quatuor conſtituunt conjugia. Quare et hic perſpicuum jam fit, quod neque plures, neque pauciores poſſibile eſt fieri ex his oppoſitionibus conjugationes. Verum in quietibus quidem una ſola contingit oppoſitio circa denſitatem et raritatem; in actionibus vero non ſolum oppoſitio circa magnitudinem et parvitatem, ſed etiam circa velocitatem et tarditatem contingit. Quatuor itaque etiam in harum permutationibus naſcentur conjugationes; prima quidem denſa et velox, ſecunda denſa ſimulque tarda, tertia rara ſimul et velox, et quarta rara ſimulque tarda. Caeterum nullum certae cognitionis ſignum ſimpliciter et neceſſario exhibent, quemadmodum priores quatuor; verum hoc modo diſtinguere oportet; ſi quidem multa ad denſitatem, pauca vero ad velocitatem, tranſitio fiat, tum doloris tum uſus augmentum ſignificat; ſi vero vice verſa ad velocitatem plus, ad denſitatem minus ab eo quod ſecundum naturam eſt excedit, uſum ſolum auctum demonſtrabit. Concurrit autem cum hac reſpirandi difficultate omnino et

Ed. Chart. VII. [242.] Ed. Baf. III. (176.)

τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῇ πρὸ αὐτῆς εἰρημένῃ σμικρότης, ὥστ᾽ οὐδὲν δεησόμεθα τάχους μνημονεύειν. εἰ γὰρ ἡ ἀδιόριστος μὲν κατὰ τάχος καὶ πυκνότητα συζυγία μηδὲν ἡμῖν δηλοῖ σαφὲς, εἰς διορισμὸν δ᾽ ἐλθοῦσα, τοῦ μὲν τάχους πλεονεκτοῦντος, εὐθὺς καὶ μετὰ μεγέθους γίγνεται, τῆς δὲ πυκνότητος κρατούσης, ἐξ ἀνάγκης ἑπομένην ἔχει τὴν μικρότητα, πυκνὴ μὲν ἅμα καὶ μεγάλη κατὰ τὸν ἕτερον ἔσται διορισμὸν, πυκνὴ δ᾽ ἅμα καὶ μικρὰ κατὰ τὸν ἕτερον. οὕτω δὲ καὶ πυκνὴ καὶ βραδεῖα συζυγία δειχθήσεται· πλεονεκτούσης μὲν γὰρ τῆς πυκνότητος, ἄλγημα μόνον ἐνδείξεται· τοσοῦτον δὲ ἐξισταμένη τοῦ κατὰ φύσιν, ὅσον καὶ κατὰ βραδυτῆτα, συνθέτου διαθέσεως ἔσται γνώρισμα. καὶ γὰρ τὴν δύναμιν μεμειῶσθαι δηλώσει καὶ ὀδυνᾶσθαί τι μόριον. οὕτω δὲ καὶ εἰ πλεονεκτεῖ τῆς πυκνότητος ἡ βραδυτὴς, ἔσται γνώρισμα διαθέσεως τῆς ἤδη λελεγμένης, ἀλλ᾽ ἔλαττον μὲν ὀδυνᾶσθαι δηλώσει τοὺς οὕτως ἔχοντας, μειζόνως δὲ τὴν δύναμιν μεμειῶσθαι. οὔκουν οὐδὲ ταύτης εἰς τὰς προγνώσεις δεόμεθά τι τῆς συζυγίας. ἐν μὲν γὰρ ταῖς πρώταις ῥηθείσαις τέτταρσιν, ἃς χρησιμωτάτας

magnitudo; ad alteram autem ante ipfam relatam parvitas: quare neque omnino opus habebimus velocitatis meminiffe. Si enim conjugatio in velocitate et denfitate indiftincta nihil certi nobis indicat, ubi vero fub diftinctionem venerit, velocitate quidem abundante, ftatim etiam cum magnitudine fit; denfitate vero exuperante, neceffario confequentem parvitatem habet; denfa utique fimulque magna fecundum alteram diftinctionem erit, denfa vero fimulque parva fecundum alteram. Sic autem etiam denfa ac tarda conjugatio demonftrabitur. Abundante enim denfitate, folus dolor indicabitur; ubi vero tantum ab eo, quod fecundum naturam eft, excedit, quantum et fecundum tarditatem, compofitae affectionis fignum erit; nam et ufum imminutum effe oftendet et partem aliquam dolore affici. Sic vero et quum tarditas denfitatem fuperabit, fignum erit affectionis jam dictae, fed minus tamen dolore affici oftendit ita habentes, magis vero facultatem effe imminutam. Itaque neque hac conjugatione indigemus ad praenotiones: in primis enim praedictis

ἐλέγομεν ὑπάρχειν, ἔχομεν γνωρίσματα καὶ πόνου καὶ χρείας μειώσεως μεγάλα. καὶ ἡ τρίτη δὲ ῥηθεῖσα συζυγία, ἡ ἀραιά τε ἅμα καὶ ταχεῖα, δηλώσει μὲν οὐδὲν ἐξ ἀνάγκης, συνεδρεύει δ᾽ ἤτοι παραφροσύναις τισὶν, ἢ καὶ σὺν αὐταῖς ταῖς τῆς χρείας αὐξήσεσιν. εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν, ὡς τῶν παραπαιόντων ἀραιὰ μὲν πάντως ἐστὶν ἡ ἀναπνοὴ καὶ μεγάλη, ταχεῖα δὲ οὐ πάντως, ὥσπερ οὐδὲ βραδεῖα· γίγνεσθαι γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν ἀτάκτως τε καὶ ἀνωμάλως· ὅταν μέντοι συνέλθῃ καὶ ἡ τῆς χρείας αὔξησις, ἀναγκάζονται τηνικαῦτα καὶ πολὺ μεῖζον ἀναπνεῖν ἢ εἰ παρέπαιον μόνον, καὶ ἤδη τε καὶ θᾶττον, ὥστε καὶ ταύτης τῆς συζυγίας οὐδὲν εἰς τὰς προγνώσεις δεόμεθα, [243] τὰ δι᾽ αὐτῆς δηλούμενα μετὰ τοῦ διορισμοῦ φθάνοντες ἔχειν ἐν ταῖς πρώταις συζυγίαις τέτταρσι. λοιπὸν δ᾽ ἦν ἡ τετάρτη τῶν κατὰ τοῦτο τὸ γένος συνθέτων δυσπνοιῶν, ἡ βραδεῖά τε ἅμα καὶ ἀραιὰ, ἥ τις καὶ αὐτὴ παραφροσύναις τέ τισι συνεδρεύει καὶ χρείας μειώσεσιν. οὐκοῦν οὐδὲ ταύτης οὐκέτι προσδεόμεθα· καὶ γὰρ παραφροσύνην καὶ χρείαν μειουμένην ἐγνωρίζομεν ἐκ τῶν πρώτων τεττάρων συζυγιῶν.

quatuor, quas utiliſſimas eſſe dicebamus, ſigna habemus et doloris et uſus imminuti magna. Quin et tertia conjugatio jam dicta, rara ſimulque velox, nihil neceſſario indicabit; aſſidet autem vel deliriis quibusdam, vel cum ipſis etiam uſus augmentis. Relatum autem antea eſt, quod mente captorum rara penitus eſt et magna reſpiratio, velox autem non omnino, quemadmodum neque tarda; fieri enim utrumque ipſorum inordinate et inaequaliter; quum tamen ſimul inciderit et uſus augmentum, tunc coguntur et multo amplius reſpirare quam ſi ſolum mente capti eſſent, et jam etiam citius. Quare neque hac conjugatione ad praenotiones indigemus, ea, quae per ipſam indicantur cum diſtinctione, jam in primis quatuor conjugationibus habentes. Reſtabat autem adhuc quarta ſecundum hoc genus compoſita reſpirandi difficultas, tarda ſimulque rara, quae etiam ipſa et deliriis quibusdam aſſidet et uſus imminutionibus; itaque neque hac opus habemus, nam et delirium et imminutum uſum ex primis quatuor conjugationibus perſpectum tenemus.

Κεφ. κγ΄. Οὐ μόνον ἐκ τοῦ δεῖξαι τὴν κατὰ τάχος τε καὶ βραδυτῆτα διαφορὰν οὐκ ἀναγκαίαν εἰς τὰς προγνώσεις, οὔτ᾽ εἰ μόνην οὔτ᾽ εἰ συμπλέκοις ταῖς ἄλλαις, τὸ χρήσιμον ἐκείνων γίνεται εὔδηλον, ἀλλὰ κἀξ αὐτῆς τῆς φύσεως τοῦ πράγματος φαίνεται. ἐπεὶ γὰρ τρία τὰ πρῶτα γένη τῶν αἰτίων ἐστὶ τῆς ἀναπνοῆς, ἡ χρεία καὶ ἡ δύναμις καὶ τὰ ὄργανα, δῆλον ὡς, ἂν εὕρωμεν ἐκ τίνων καὶ πόσων δυσπνοιῶν τὰς ἐν αὐτοῖς διαθέσεις γνωριοῦμεν, αὗται μὲν ἡμῖν χρησιμώταται πρὸς τὰς προγνώσεις ἔσονται, τὰς δ᾽ ἄλλας ἁπάσας ἐκ περιουσίας ἐπισκεψόμεθα. ἀλλ᾽ εὑρέθησαν αὔξησιν μὲν τῆς χρείας ἡ μεγάλη καὶ πυκνὴ, μείωσιν δὲ ἡ ἐναντία, ἡ μικρὰ καὶ ἀραιὰ, δηλοῦσαι, παραφροσύνης τε ἴδιος ἡ μεγάλη τε καὶ ἀραιὰ, πόνου δ᾽ ἡ μικρὰ καὶ πυκνή. προσίεσαν δ᾽ ἔξωθεν αἱ ἀνώμαλοι, ποτὲ μὲν τοῦ μυώδους γένους τὰς διαθέσεις, ποτὲ δὲ καὶ τῶν τραχειῶν ἀρτηριῶν τὰς στενοχωρίας δηλοῦσαι. δυνάμεως δ᾽ ἀῤῥωστούσης, πρῶτον μὲν ἐξ ἀνάγκης οὐδὲν εὑρίσκεται γνώρισμα δυσπνοίας, ἑτέρως μὲν τῶν ἀταλαιπώρων, ἑτέρως δὲ τῶν καρτερικῶν τυπούντων τὴν

Cap. XXIII. Non folum demonftrando differentiam in velocitate et tarditate non neceffariam ad praenotiones effe, neque fi folam accipias neque fi cum aliis copules, utilitas earum fit manifefta, fed etiam ex ipfa rei natura apparet. Quum enim tria fint prima genera caufarum ipfius refpirationis, ufus, facultas et inftrumenta, palam eft, quod fi repererimus, ex quibus et quot refpirandi difficultatibus affectiones in ipfis cognoscantur, hae quidem nobis omnium utiliffimae ad praenotiones erunt, reliquas vero omnes ex abundanti confiderabimus. At repertae funt magna quidem et denfa ufus augmentum, et contra parva ac rara imminutionem fignificantes; delirii autem propria magna ac rara, dolorum parva et denfa. Acceflerunt his forinfecus inaequales quandoque musculofi generis affectiones, quandoque etiam afperarum arteriarum coarctationes indicantes. Facultatis autem aegrotantis primum quidem nullum neceffario reperitur cognitionis fignum ex ulla aliqua refpirandi difficultate, quum aliter defides, aliter laboris tolerantes,

ἀναπνοήν· εἰ δ᾽ ἄρα καί τι εἴη ἀνώμαλόν τε καὶ ἄτακτον, ἀφανές ἐστι, καὶ τὰς ἀνωμαλίας τε καὶ τὰς ἀταξίας αὐτὰς αἱ κατὰ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα καὶ μικρότητα καὶ μέγεθος ἀνισότητες γεννῶνται, πρὸς τῷ καὶ δι᾽ ἄλλων μυρίων ἀῤῥωστίαν δυνάμεως ψυχικῆς γνωρίζεσθαι, μηδέν τι ἡμῶν ἀναπνοῆς δεομένων, ὧν τὰ μὲν ἐπικαιρότατα καὶ πλεῖστα διὰ τοῦ προγνωστικοῦ γράμματος ἐδίδαξεν Ἱπποκράτης, εἰ δέ τι καὶ παραλέλειπται, ῥᾷστον ἐκ τῶν εἰρημένων εὑρίσκειν. εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ἀναπνευστικῆς δυνάμεως ἀῤῥωστούσης, καὶ κοινῶς ἁπάσης τῆς ψυχικῆς, ἐθέλοι γ᾽ ἔχειν ἴδια γνωρίσματα, καὶ μάλιστα τῆς ἐψυγμένης, τήν τε τῶν πτερυγίων τῆς ῥινὸς κίνησιν ἕξει καὶ τὴν ἁπάντων τῶν κατ᾽ ὠμοπλάτας μυῶν ἐνέργειαν, καὶ τὴν ἀθρόαν κατάπτωσιν τοῦ θώρακος. ὁπόταν γὰρ οὗτος ἀῤῥωστότερον τοῦ προσήκοντος κινῆ(177)ται, κατὰ μὲν τὰς εἰσπνοὰς προστιμωρεῖ τῇ τοῦ πνεύματος ῥύμῃ τὰ τῆς ῥινὸς πτερύγια, συνεπισπώμενά πως καὶ αὐτὰ τὸν ἔξωθεν ἀέρα, καθ᾽ ὃν τρόπον καὶ διὰ τοῦ στόματος ἕλκειν τι προαιρούμενοι τὰ χείλη συνάγομεν· κατὰ δ᾽ αὖ τὰς ἐκπνοὰς ἀθρόα

reſpirationem forment: quod ſi quippiam etiam ſit inaequale et inordinatum, minime conſpicuum eſt; et ipſas inaequalitates itemque ordinis perturbationes generant imparitates, quae in denſitate et raritate et parvitate ac magnitudine conſiſtunt; quibus accedit, quod per ſexcenta alia animalis facultatis debilitas cognoscatur ac innotescat, ut nihil nobis hac in parte reſpiratione opus ſit, quorum opportuniſſima et plurima Hippocrates in praenotionum tradidit ſcriptis, ſi quid autem etiam relictum eſt, facillime ex praedictis inveniri poteſt. Quod ſi quis ipſius reſpirandi facultatis infirmae, atque in communi omnis facultatis animalis propria ſigna habere velit, et maxime perfrigeratae, is alarum naſi motum habebit, et omnium musculorum circa ſcapulas actionem, et ſubitam thoracis collapſionem. Quando enim hic debilius quam conveniat, movetur, in inſpirationibus quidem ſpiritus ductum juvant alae naſi, externum aërem etiam ipſae ſimul attrahentes eodem modo, quo per os aliquid attrahere volentes, labia contrahimus; rurſus vero in expi-

Ed. Chart. VII. [243. 244.] Ed. Baf. III. (177.)

κατάπτωσις γίνεται τοῦ θώρακος, οὐ κατὰ βραχὺ σύμπτωσις. εἴρηται δ' ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ μυῶν κινήσεως, ὅπη τε διαφέρει κατάπτωσις μορίου καθέσεώς τε καὶ χαλάσεως, ὅτι τὸ μὲν ἀῤῥωστούσης δυνάμεως γίνεται, τὸ δ' ἐῤῥωμένης. συμβαίνει δ' ἔτι κατὰ τὰς ἐκπνοὰς τοῖς ἀσθενέσι κατὰ τὴν ἀναπνευστικὴν δύναμιν τοιόνδε. τὴν τάσιν, ἣν ἐκέκτητο τέως κατὰ τὰς εἰσπνοὰς ὁ θώραξ ἅμα [244] τῷ διαφράγματι, πᾶσαν ἀθρόως ἀποτίθεται, καθάπερ νεκρούμενος ἐξαίφνης. ἐῤῥέθη δ' ἐν τοῖς περὶ τῆς ἀναπνοῆς ὑπομνήμασιν, ὡς μόνον ἐκλύουσιν αἱ φρένες τὴν τάσιν, ἐκπνεόντων· ἀλλ' οὐ ταὐτὸν ἐκλῦσαι κατὰ βραχὺ καὶ ἀθρόως ἀποθέσθαι πᾶσαν. ὀλίγον δέ τι συνεργάζονται ταῖς τοιαύταις ἐκπνοαῖς οἱ κατὰ τὰ μεσοπλεύρια μύες, ὧν ἐνεργούντων τὰς ἐκφυσήσεις ἐδείξαμεν γίνεσθαι. τοιοῦτον μὲν δή τι καὶ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας τὸ τῆς ἀναπνοῆς εἶδος τοῖς ἀῤῥώστοις τὴν δύναμιν.

Κεφ. κδ'. Ὃ δέ μοι δοκεῖ λείπειν ἔτι πρὸς τὸ συμπληρῶσαι τοῦτον τὸν πρῶτον λόγον, ἤδη λελέξεται.

rationibus fubita fit thoracis collapfio, non paulatim demiffio. Dictum eft autem diffufius in libris de musculorum motu, qui differat collapfio partis a demiffione et laxatione, nimirum quod altera facultate infirma contingat, altera integra eadem et valente. Contingit etiam amplius circa expirationes iis qui imbecillam habent refpiratoriam facultatem tale quiddam. Thorax tenfionem, quam antea in infpirationibus fimul cum fepto transverfo obtinuit, omnem acervatim deponit, tanquam repente moriens. Relatum eft autem in commentariis de refpiratione, quod folum feptum transverfum expirantibus tenfionem exolvit; fed non eft idem paulatim exolvere et acervatim omnem deponere. Caeterum paucum quid hujusmodi expirationibus cooperantur intercoftales musculi, per quorum actiones efflatus fieri demonftravimus. Talis fane et ob has caufas refpirationis fpecies eft iis, qui aegram facultatem habent.

Cap. XXIV. Verum quod mihi adhuc deeffe videtur ad expletionem hujus primi fermonis, jam dicetur

διττῆς οὔσης ἠρεμίας ἐν ταῖς ἀναπνοαῖς, πρὸ τῆς εἰσπνοῆς μὲν μιᾶς, ἑτέρας δὲ πρὸ τῆς ἐκπνοῆς, ὁποτέρα ἂν τῶν κινήσεων βλάπτηται, καὶ τὴν πρὸ αὐτῆς ἠρεμίαν ἐξίστησι τοῦ κατὰ φύσιν. διττῆς μὲν οὖν οὔσης ἐν ταῖς κινήσεσι βλάβης, διττῆς δὲ κἀν ταῖς ἠρεμίαις, αἱ μὲν ἐλλείψεις τῆς χρείας ἀεὶ πολυχρονίους ἐπιτελοῦσι τὰς ἡσυχίας, αἱ δὲ πλεονεξίαι βραχυχρονίους. ὥσθ᾽ ὅταν εἴπωμεν πυκνὴν καὶ μεγάλην γίγνεσθαι τὴν ἀναπνοὴν ὑπὸ πλήθους θερμασίας, ἐφ᾽ ἑκατέρᾳ τῶν κινήσεων ἀληθὴς ὁ λόγος. αἱ μὲν γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν θερμοῦ πλεονεξίαι, τὴν εἰσπνοὴν μεγάλην ἐργαζόμεναι, βραχυχρόνιον εὐθέως καὶ τὴν προηγουμένην αὐτῆς ἠρεμίαν ἀποφαίνουσιν· αἱ δὲ τοῦ παρὰ φύσιν τε καὶ καπνώδους ὥσπερ τὴν ἐκπνοὴν μεγάλην, οὕτω καὶ τὴν πρὸ αὐτῆς ἡσυχίαν ὀλιγοχρόνιον ἐργάζονται. ὥστε μέγα μὲν γίνεται καὶ πυκνὸν τὸ πνεῦμα πάντως, ὁπόταν τῆς θερμασίας πλεονεκτῇ γένος· οὐ μὴν οὔτε τὸ αὐτὸ μόριον τῆς ἀναπνοῆς εἰς μέγεθος οὔτε τὴν αὐτὴν ἠρεμίαν εἰς πυκνότητα μεταβάλλει. οὕτω δὲ καὶ εἰ καθαιρεθείη τὰ τῆς χρείας, τοῦ θερμοῦ μειωθέντος, ἐπὶ μὲν τῷ συμ-

Quum duplex exiftat quies in refpirationibus, una ante infpirationem, altera ante expirationem, uter fane motus laedatur, quietem etiam priorem ab eo quod fecundum naturam habet, immutat. Duplici igitur exiftente in motibus laefione, ac duplici item in quietibus, ufus quidem defectus femper diuturnas efficiunt quietes, exuperantiae vero breves. Quare quum dicimus denfam et magnam fieri refpirationem prae copia caloris, in utroque motu verus erit fermo. Abundantia namque caloris fecundum naturam infpirationem magnam reddens, ftatim etiam praecedentem ipfam quietem brevem efficit; abundantia vero caloris praeter naturam et fumofi ut expirationem magnam, fic etiam quietem praecedentem brevem reddit. Quare magnus et denfus penitus fit fpiritus, quando caloris redundarit genus; non tamen neque eandem refpirationis partem in magnitudinem, neque eandem quietem in denfitatem transmutat. Sic etiam fi ufus imminutus fit, ob caloris imminutionem, ubi quidem

φύτῳ θερμῷ βλαβέντι μικρᾶς τῆς εἰσπνοῆς γενομένης, ἠρεμία μακρὰ προηγεῖται· τοῦ παρὰ φύσιν δ' ἀπολλυμένου, μικρὰ μὲν ἡ ἐκπνοὴ, μακρὰ δὲ πρὸ αὐτῆς ἡσυχία γίγνεται. πολλάκις δὲ τὸ μὲν παρὰ φύσιν θερμὸν ηὐξήθη, τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἐμειώθη· καὶ οὕτως ἡ μὲν πρὸ τῆς ἐκπνοῆς ἡσυχία πολυχρόνιος γίνεται, βραχυχρόνιος δ' ἑτέρα. ὁποτέραν γὰρ ἂν τῶν κινήσεων ἡ χρεία κατεπείγῃ, τὴν προειρημένην ἡσυχίαν οὐκ ἀνέχεται χρονίζειν.

Κεφ. κε΄. Εἴρηται μὲν οὖν ἤδη περὶ αὐτῶν ὅσον εἰς τὰ παρόντα χρήσιμον· εἰ δέ τις ἀπορεῖ περὶ τῆς ἐν ταῖς θερμασίαις διαφορᾶς, οὐ καιρὸς νῦν ἂν εἴη διδάσκειν αὐτὸν, ἀλλ' εἰς τὰ περὶ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀναπέμπειν ὑπομνήματα· νομίζω γὰρ αὐτὸν, εἰ μὴ παντάπασιν ἐριστικὸς εἴη, πασῶν τῶν ἀποριῶν εὑρήσειν ἐν ἐκείνοις ἰάματα. τί οὖν λοιπόν ἐστι; προσθεῖναι μὲν οὐδὲν, ὅ τι μὴ καὶ πρόσθεν εἴρηται, τῶν εἰρημένων δ' ὑπομνῆσαι πρὸς τὸ ῥαδίως ἀκολουθεῖν τοῖς ἑξῆς εἰρησομένοις, ἐν ὀλίγῳ τὴν ἅπασαν αὐτῶν [245] σύνοψιν ἔχοντας. ἔστι δὲ ἡ σύνοψις ἀπ' αὐτῆς οὐσίας τοῦ πράγματος

innatus calor imminutus parvam inſpirationem reddit, etiam longa quies praecedit; ubi vero calor praeter naturam deperditur, parva quidem expiratio, longa vero ante ipſam quies contingit. Saepe vero calor praeter naturam auctus eſt, calor vero ſecundum naturam imminutus; atque ita quies ante expirationem diuturna redditur, altera vero brevis. Utrum enim ex motibus ipſe uſus urgebit, is praedictam quietem cunctari non permittit.

Cap. XXV. Dictum igitur jam de ipſis, quantum ad praeſens inſtitutum utile erat; ſi quis vero adhuc haeret circa differentiam calorum, hunc non eſt nunc tempeſtivum de his edocere, ſed ad commentarios de innato calore remittere, opinor enim ipſum, niſi penitus contentioſus exiſtat, omnis haeſitationis ſuae iſtic remedia inventurum. Quid igitur reſtat? addere quidem nihil, quod non etiam prius ſit relatum; verum praedicta in memoriam revocare, ut quae deinceps referentur facile aſſequamini, paucis totam eorum ſummam habentes. Porro ſumma haec ab ipſius rei ſub-

ὁρμωμένη. χρὴ γὰρ τάς τε τῆς δυνάμεως καὶ τὰς τῶν ὀργάνων καὶ τὰς τῆς χρείας διαθέσεις γνωρίζειν. ἐδείξαμεν δὲ, πόσαι μὲν ἑκάστου τῶν εἰρημένων διαθέσεις, τίνες δ᾽ αὐτῶν αἱ γνωριστικαὶ δύσπνοιαι, καὶ ὡς ἀναγκαῖαι μὲν αἱ τέτταρες συζυγίαι, καὶ πρὸς ταύταις ἡ ἀνωμαλία πέμπτη· τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα τὰ ταῖς ἀναπνοαῖς συμπίπτοντα, τά τε ἁπλᾶ καὶ τὰ σύνθετα, τίσιν αἰτίαις ἕπεται, ἀναγκαῖον ἀσκεῖν, οὐ προσῆκε δὲ ἐξ ἀνάγκης τόδε τι δηλοῦν νομίζειν, ἀλλ᾽ ὥστ᾽ ἐξ ἐπιμέτρου μέν τι ἔχειν παρὰ τούτων εἰς πρόγνωσιν, ἐπιμελεστάτην δὲ καὶ βεβαίαν εἶναι μόνην τὴν ἐπὶ ταῖς πολλάκις εἰρημέναις τέτταρσι συζυγίαις, καὶ ἔτι τὴν κατὰ τὴν ἀνωμαλίαν διαφορὰν τῆς δυσπνοίας.

ſtantia procedit. Oportet enim facultatis et organorum et uſus affectiones perſpectas habere. Monſtravimus autem quot uniuscujusque dictorum ſint affectiones, et quae reſpirandi difficultates earum cognitionem exhibeant; et quod neceſſariae quidem ſint quatuor conjugationes, et ſupra has inaequalitas quinta, reliqua vero omnia quae reſpirationibus accidunt, tum ſimplicia tum compoſita, ad quas cauſas conſequantur, neceſſarium eſſe monſtrari; minime vero debere exiſtimari, neceſſario ea aliquid indicare, ſed ut ex illis ad praenotionem aliquid ex abundanti habeatur; accuratiſſimam autem et conſtantiſſimam eam ſolam eſſe differentiam, quae in jam ſaepe dictis quatuor conjugiis conſiſtit, atque adhuc etiam eam, quae circa inaequalitatem ſit, difficultatis reſpirationis differentiam.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΔΥΣΠΝΟΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

Ed. Chart. VII. [245.] Ed. Baf. III. (177.)

Κεφ. α΄. Ὅδε μὲν ὁ λόγος ἐξήγησίς ἐστι τῶν ὑφ᾽ Ἱπποκράτους περὶ δυσπνοίας εἰρημένων. εἴρηται δὲ πολλὰ πολλαχοῦ τὰ μὲν ἐν τοῖς συγγράμμασιν αὐτοῦ, τὰ δὲ κἀν τοῖς ὑπομνήμασι. τὰ πλεῖστα γάρ τοι τῶν ἐπιδημιῶν, εἰ μὴ ἄρα καὶ πάντα, δικαίως ἄν τις ὑπομνήματα νομίζοι. ἔστω μὲν οὖν ἡ ἐξήγησις, ὥς πού τις τῶν παλαιῶν εἶπεν, ἀσαφοῦς ἑρμηνείας ἐξάπλωσις· ἡμεῖς δ᾽ οὐ τοῦτο μόνον ἐοίκαμεν δράσειν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἀληθῶς ἔχει πάντα τὰ περὶ δυσπνοίας ὑπ᾽

GALENI DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBER SECVNDVS.

Cap. I. Hic quidem liber explicatio eſt eorum, quae ab Hippocrate de reſpirandi difficultate pronunciata ſunt. Dicta ſunt autem ab eo multa in multis locis, partim quidem in libris ipſius, partim etiam in commentariis. Plurimos enim ex libris epidemiorum, ſi non utique omnes, merito quis commentarios eſſe cenſuerit. *Eſt igitur expoſitio*, ut quidam veterum alicubi dixit, *explicatio obſcurae orationis.* Verum nos non hoc ſolum praeſtituros nos eſſe pollicemur, ſed etiam quod vera ſint omnia quae ab ipſo de

Ed. Chart. VII. [245. 246.] Ed. Baf. III. (177.)

αὐτοῦ γεγραμμένα, μαρτυρήσειν, οὐ μὴν ἀποδείξειν οὐδὲν αὐτῶν ἐν τῷδε τῷ γράμματι, ἀλλ' εἰς τὸ προηγούμενον τούτου βιβλίον ἀναπέμψειν, ἐν ᾧ χωρὶς ἀποδείξεως οὐδὲν [246] εἴρηται. καὶ ἵνα γε μὴ δυσωποῖτό τις ὑπὸ τῆς Ἱπποκράτους δόξης, καὶ θᾶττον ἤδη τοῖς λεγομένοις πιστεύοι πρὶν ὑπὸ τῶν ἀποδείξεων ἀναγκασθῆναι, τὸν πρῶτον λόγον ἰδίᾳ τε καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐγράψαμεν· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἐτελειώθη μετὰ τῶν προσηκόντων συλλογισμῶν, ἐν τῷδε τῷ γράμματι τὸν εὑρετήν τε καὶ οἷον πατέρα τῶν δογμάτων τιμήσομεν. αὕτη καὶ δικαία τέ ἐστιν ἅμα καὶ πρέπουσα τοῖς ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἐξευροῦσι τιμὴ, μήτε κατακεκρύφθαι τὰ εὑρέματα αὐτῶν μήτ' ἀγνοεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' αὐτά τε φαίνεσθαι τήν θ' εὑροῦσαν αὐτὰ μέθοδον γιγνώσκεσθαι. οὕτως γὰρ αὐτοῖς καὶ τὸ θαυμάζεσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν ὑπάρξει.

Κεφ. β'. Πρῶτον οὖν, ὅπερ ἀεὶ διαφυλάττειν ἀξιοῦμεν οἷς ἂν ἀλήθεια σπουδάζηται, τὸ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ἐναργῶς φαινομένων, μηδ' ἂν ὅτι μάλιστα τὸν τῆς αἰτίας

respirationis difficultate scripta sunt, testaturos esse, non tamen demonstraturos quicquam eorum in hoc libro, sed in praecedentem remissuros, in quo nihil citra demonstrationem dictum est. Et ut ne quis ab Hippocratica sententia flectatur, ac citius jam dictis fidem praebeat prius quam per demonstrationes cogatur, primum sermonem seorsim et per se conscripsimus; postquam vero ille cum convenientibus ratiocinationibus absolutus est, in hoc libro ipsum inventorem ac veluti patrem dogmatum venerabimur. *Hoc est enim justum simulque decens praemium eorum, qui quodcunque tandem in vita bonum invenerunt, ut inventa ipsorum non occultentur, neque hominibus sint ignota, sed tum ipsa appareant, tum ratio et methodus, quae ipsa invenit, cognoscatur.* Sic enim et pro dignitate ipsos in admiratione constitui continget.

Cap. II. Primum igitur, quod semper observandum veritatis cultoribus censemus, ut nihil eorum quae manifeste apparent, occultetur, etiamsi causae ratiocinationem quam

λογισμὸν ἀπορώτατον ἔχῃ, τοῦτ᾽ ἐπαινεῖν Ἱπποκράτην ἄξιον ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ τοῖς περὶ δυσπνοίας λόγοις οὐχ ἥκιστα. τὸ γὰρ ἀραιὸν καὶ μέγα πνεῦμα μυρίοις μὲν τῶν παραφρονούντων ὁσημέραι φαίνεται συμπίπτειν, ὅσοι δ᾽ οὐ δύνανται τῶν σοφιστῶν εἰπεῖν αὐτοῦ τὴν αἰτίαν, οὗτοι (178) δ᾽ εἰσὶν, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείξαμεν, οἱ τὴν ἀναπνοὴν ἀπροαίρετόν τε καὶ φυσικὸν ἔργον ὑπειληφότες, οὐδὲ γίγνεσθαί φασιν οὐδέποτε τοιοῦτον εἶδος δυσπνοίας, ἐξ ὧν περὶ τῆς αἰτίας ἀποροῦσιν, ἐκ τούτων τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος ἀνατρέπειν τολμῶντες, δέον οὐ ταύτην, ἀλλὰ τὴν αὐτῶν μοχθηρὰν ὑπόληψιν ἀνατρέψαντας αὐτὰ τὰ συμπίπτοντα τοῖς νοσοῦσι παραφυλάττειν, ὡς Ἱπποκράτης ἐποίει. τουτωῒ γάρ, φησι, πνεῦμα διὰ τέλεος, ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ, ἀραιὸν καὶ μέγα. τουτωῒ, Φιλίσκῳ δηλονότι, τῷ πρώτῳ γεγραμμένῳ μετὰ τὰς τρεῖς καταστάσεις ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. ἆρ᾽ οὖν τούτῳ μόνῳ τὸ πνεῦμα μέγα καὶ ἀραιὸν, ἢ καὶ ἄλλοις τισὶν Ἱπποκράτης ἐθεάσατο γιγνόμενον; οὐ τούτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ τῷ μετὰ ταῦτα γε-

maxime incertam habeat, ob id ipfum fane Hippocrates cum in aliis omnibus, tum vero in fermonibus de refpirandi difficultate vel maxime laude dignus. Rarus enim et magnus fpiritus fexcentis quotidie delirantibus accidere videtur. Verum fophiftae, qui ejus caufam reddere non poffunt (funt autem ii, ut antea monftravimus, qui refpirationem involuntarium et naturale opus opinantur) neque fieri ajunt unquam talem difficilis refpirationis fpeciem; atque propterea quod caufae ignari funt, inde ideo fubftantiam rei evertere audent, quum non hac, fed prava fua opinione everfa, oporteret quae aegris accidunt, obfervare, ut Hippocrates faciebat. *Huic enim,* inquit, *perpetuo fpiritus, velut revocanti, rarus et magnus;* huic, Philisco videlicet, qui primus fcriptus eft poft tres conftitutiones in primo de morbis popularibus. Num igitur huic foli fpiritum rarum et magnum, an etiam aliis quibusdam Hippocrates factum vidit? non huic foli, fed et aliis multis et ei, qui deinceps fcriptus eft,

γραμμένῳ, Σιληνῷ τοὔνομα. διελθὼν γὰρ καὶ περὶ τούτου πάνθ᾽ ὅσα συνέπεσεν αὐτῷ νοσοῦντι, κατ᾽ αὐτὴν τοῦ λόγου τὴν τελευτὴν ταῦτα γράφει. ἐξ ἀρχῆς τούτῳ καὶ διὰ τέλεος πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα. αὖθις δ᾽ ἐν τοῖς ἑξῆς ἀῤῥώστοις, τὴν Δρομάδεω, φησι, γυναῖκα τεκοῦσαν, καὶ τῶν ἄλλων γενομένων πάντων κατὰ λόγον, δευτεραίην ἐοῦσαν ῥῖγος ἔλαβεν. εἶτα μικρὸν προελθών φησι· πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα. τοῦτο μὲν οὖν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ἔγραψεν οὕτως, αὖθις δὲ περὶ τῆς στ´ διαλεγόμενος ὡδὶ γράφει· ἕκτῃ πρωῒ ἐπεῤῥίγωσε, ταχὺ διεθερμάνθη, ἵδρωσεν διόλου. ἄκρεα ψυχρά. παρέκρουσε. πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα. ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἑκκαίδεκα τοὺς πάντας ἀῤῥώστους Ἱπποκράτης γράψας, τετράκις φαίνεται μνημονεύων ἀραιοῦ καὶ μεγάλου πνεύματος. οἱ γενναῖοι δ᾽ ἡμῖν οὗτοι σοφισταὶ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἑωρακέναι φασὶν οὐδένα μέγα καὶ ἀραιὸν ἀναπνέοντα. (ἢ) ἀλλ᾽ ἴσως μὲν τοῦτο αὐτοῖς πιστευτέον. οὐ γὰρ ἑωράκασιν οὔτε ταύτης οὔτ᾽ ἄλλης δυσπνοίας διαφορὰν οὐδεμίαν, ὅτι μηδὲ

Sileno nomine. Enumeratis enim et de hoc omnibus, quae ipsi aegrotanti acciderunt, sub ipsum sermonis finem haec scribit: *Ab initio huic et perpetuo spiritus rarus, magnus.* Rursus autem in sequentibus aegris, *Dromadae,* inquit, *uxorem a partu, et omnibus aliis ratione factis, secunda die rigor prehendit.* Deinde paululum progressus ait, *Spiritus rarus, magnus.* Hoc igitur statim in primo die ita scripsit, rursus autem de sexta die disserens, sic scribit: *Sexta mane superriguit, cito percaluit, sudavit universe, extrema frigida, deliravit, spiritus rarus, magnus.* Equidem in primo epidemiorum sexdecim aegros Hippocrates describens, quater rari et magni spiritus mentionem facere videtur. At vero praeclari illi sophistae prorsus ne vidisse quidem se ullum aliquem ajunt magnum et rarum spiritum ducentem. Verum hoc fortassis ipsis credendum; neque enim aut hanc, aut aliam ullam dyspnoeae differentiam vide-

τοὺς ἀῤῥωστοῦντας αὐτοὺς ὁρῶσιν, ἀλλ' ἔνδον καθέζονται, μοχθηρὰ σοφίσματα συντιθέντες.

Κεφ. γ'. [247] Ἆρ' οὖν ἔτι καὶ τῶν ἄλλων ἀῤῥώστων μνημονευτέον ἡμῖν ἐστιν, οὓς ἐν τοῖς ἄλλοις βιβλίοις τῶν ἐπιδημιῶν ἔγραψεν μέγα καὶ ἀραιὸν ἀναπνέοντας; ἢ πρὸς μὲν τὴν τοῦ νῦν προκειμένου πίστιν ἀρκεῖ μὲν ταῦτα; φαίνεται γὰρ ὁ ὑπὸ πάντων ἰατρῶν Ἱπποκράτης ὡμολογημένος εἰς τὴν τῶν συμβαινόντων τοῖς νοσοῦσι τήρησιν ἐπιμελέστατος γεγονέναι, πολλοὺς ἑωρακὼς οὕτως ἀναπνέοντας. ἐν δὲ τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ καὶ ἄλλων τινῶν ἀῤῥώστων ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐστι μνημονεῖσαι μέγα καὶ ἀραιὸν ἀναπνευσάντων, οὓς ἐν τοῖς ἑξῆς βιβλίοις ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης· ἀλλ' οὐκ εἰς πίστιν ἔσται τοῦ νῦν προκειμένου, τοῦτο μὲν γὰρ ἤδη δῆλον, ἀλλ' εἰς ἑτέρων τινῶν ἐν τῷ κατ' αὐτοὺς λόγῳ περιεχομένων ζητημάτων ἐξήγησιν, ἐν παρέργῳ δὲ καὶ ἡ πίστις τοῦ πολλοὺς οὕτως ἀναπνεῖν αὐξηθήσεται. τίνος οὖν διαθέσεως ἡ τοιαύτη δύσπνοια γνωριστική; οὐδεμιᾶς ἄλλης, ὅτι μὴ παραφροσύνης.

runt, quum neque ipfos aegros videant, fed intus defideant prava fophismata componentes.

Cap. III. Num igitur amplius etiam alii nobis aegri memorandi funt, quos in aliis epidemiorum libris fcripfit magnum et rarum fpiritum ducere? an ad rei nunc propofitae fidem haec fufficiunt? Apparet enim Hippocrates, qui confeffione ac fuffragio omnium medicorum in eorum, quae aegris accidunt, obfervatione diligentiffimus fuit, multos hoc modo refpirantes vidiffe. Verum in fequenti libro etiam aliorum quorundam aegrorum mentionem facere neceffarium erit, qui magnum et rarum fpiritum duxerunt, de quibus in fequentibus libris ipfe Hippocrates fcripfit; ad propofitam autem nunc rem probandam hoc non erit, quum ipfa jam fit manifefta, fed ad aliarum quarundam quaeftionum in ipfo de aegris fermone contentarum expofitionem; fides autem etiam ejus rei, quod videlicet multi fic refpirent, obiter augebitur. Cujus igitur affectionis hujusmodi fpirandi difficultas fignificationem exhibet? nullius alterius, praeterquam

διὰ τίνα τὴν αἰτίαν, ἐν μὲν τῷ προτέρῳ λόγῳ σαφῶς δέδεικται, ὑπομνήσεως δ᾽ ἕνεκα καὶ νῦν εἰρήσεται διὰ βραχέων. τῷ γὰρ ὄντι παραφροσύνης ἴδιον σύμπτωμα μεγάλην τε καὶ ἀραιὰν, ὅπερ ἐστὶ διὰ πολλοῦ τοῦ χρόνου, τὴν ἀναπνοὴν ποιεῖσθαι. τί γὰρ ἔδει πλέον εἰσπνεῖν, μὴ δεόμενον πλέονος; ἢ τί διὰ πολλοῦ χρόνου, παρὸν δι᾽ ἐλάττονος; ὅτι δ᾽ οὐ δέονται πλέονος ἀέρος οἱ μέγα τε καὶ ἀραιὸν εἰσπνέοντες, ἡ ἀραιότης κατηγορεῖ. πάντως γὰρ ἂν ἠπείγοντο συνεχέστερον εἰσπνεῖν, εἴπερ ἐδέοντο πλέονος· τὸ δ᾽ ἡσυχάζειν εἰς μακρὸν σημεῖόν ἐστι τοῦ μὴ δεῖσθαι πολλοῦ. ἀλλ᾽ ἔοικεν ἄμφω ταῦτα οἷον ἐπιλανθανομένου τῆς ἐνεργείας εἶναι παθήματα. τὸ γὰρ ἄμετρον μὲν ποιήσασθαι τὴν ὁλκὴν τοῦ πνεύματος, ἄμετρον δὲ τὴν ἡσυχίαν, οὐθ᾽ ὅπου καταπαῦσαι χρὴ τὴν ἐνέργειαν εἰδότος ἐστὶν οὐθ᾽ ὅτε πάλιν ἄρξασθαι, ἀλλ᾽ ἐν ἀμφοτέροις τὸ μέτρον ὑπερβαίνοντος ἀγνοίᾳ τοῦ προσήκοντος. ὡς οὖν ἀμίδα πολλάκις αἰτήσαντες, ἵν᾽ οὐρήσωσιν, οἱ παραφρονοῦντες ἐπελάθοντο ἐν τῷ μεταξὺ, εἶτ᾽ οὐκ ἂν οὐρήσαιεν, εἰ μὴ

delirii; ob quam caufam in primo libro clare eft demonftratum; commemorationis autem gratia etiam nunc paucis referetur. Revera enim proprium defipientiae fymptoma eft, magnam et raram, hoc eft multo tempore interjecto, refpirationem facere. Quid enim plus infpirare oportebat, quum non copiofiore fpiritu opus effet? aut per multum tempus, quum liceret per brevius? Quod vero non copiofiore aëre opus habeant qui magnum et rarum fpiritum infpirant, ipfa raritas oftendit. Omnino enim frequentius infpirare urgerentur, fi copiofiore indigerent; quod vero per longum tempus quiescant, fignum eft non multo opus effe; fed videntur ambo hae tanquam obliviscentis actionis affectus effe. Etenim immoderatam facere fpiritus attractionem, rurfumque immoderatam quietem, ejus eft, qui neque quando definere ab actione oporteat novit, neque quando rurfus incipere, fed in utrisque menfuram egreditur ob ignorantiam convenientis. Quemadmodum igitur defipientes faepe poftulata matula, quo mejant, obliviscuntur in-

ὑπομνήσει τις, οὕτως ἐπειδὴ καὶ τὸ ἀναπνεῖν ψυχικόν ἐστιν ἔργον, βέβλαπται δ᾽ αὐτοῖς ὁ λογισμὸς, ἐπιλησμονέστεροι περί τε τὰς ἐνεργείας αὐτὰς καὶ περὶ τὰ διαλείμματα αὐτῶν γίγνονται. ἀμφότερα οὖν ἐν πολλῷ χρόνῳ ποιοῦντες, καὶ τὰς ἐνεργείας καὶ τὰς ἡσυχίας, μέγεθος οὕτω καὶ ἀραιότητα περὶ τὴν ὅλην ἀναπνοὴν ἐργάζονται. ἆρ᾽ οὖν ἡμεῖς μὲν οὕτω φαμὲν, Ἱπποκράτης δ᾽ ἄλλως ἐγίγνωσκεν; ἢ κᾀκεῖνος ἐν προγνωστικῷ τόνδε τὸν τρόπον ἔγραψεν; μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην σημαίνει. ὃ γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἀραιὸν ὠνόμασε, τοῦτ᾽ ἐν τῷ προγνωστικῷ διὰ πολλοῦ κέκληκε, εἰς λόγον μεταβαλὼν τοὔνομα. καὶ γὰρ οὖν κᾀπὶ τῶν ἀῤῥώστων ἐκείνων, οἷς μέγα καὶ ἀραιόν φησι γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα, πρὸς τοῖς ἄλλοις συμπτώμασι καὶ παραφροσύνην γράφει, ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου πάντων τοῦ Φιλίσκου τόνδε τὸν τρόπον. νύκτα δύσφορος, οὐκ ἐκοιμήθη, πάντα παρέκρουσε. οὕτως μὲν ἐν τῇ τῆς τρίτης ἡμέρας διηγήσει. ἐν δὲ τῇ τῆς πέμπτης πάλιν· [248] ὕπνοι σμικροὶ, λόγοι, λῆρος. ἐπὶ δε τοῦ δευτέρου

terea, neque mingunt, nifi quis monuerit, fic quandoquidem et refpiratio animale opus eft, ipfis autem ratio laefa eft, obliviofiores tum circa actiones, tum circa ipfarum interftitia fiunt. Ambo itaque, et actiones et quietes, in multo tempore facientes, hoc modo et magnitudinem et raritatem circa totam refpirationem faciunt. Num igitur nos quidem fic dicimus, Hippocrates vero aliter fenfit? an etiam ille in praenotionibus in hunc modum fcripfit? *Spiritus magnus et per multum tempus defipientiam fignificat.* Quam enim in primo epidemiorum *rarum* nominavit, hunc in praenotionibus *per multum tempus* appellavit, mutans nomen in orationem. At enim et in illis aegris, quibus magnum et rarum fpiritum fuiffe ait, praeter alia fymptomata etiam defipientiam fcribit. Et in primo quidem omnium Philisco, hoc modo: *Noctem inquietam tulit, non dormivit, penitus deliravit.* Sic quidem in tertiae diei narratione. In quintae vero rurfus: *Somni parvi, verba, deliramenta.* In fecundo

Ed. Chart. VII. [248.] Ed. Baf. III. (178.)

τῶν ἀῤῥώστων, ᾧ Σιληνὸς ἦν ὄνομα, ἐν μὲν τῇ τῆς δευτέρας ἡμέρας διηγήσει, σμικρὰ παρέκρουσέ, φησιν, ἐν δὲ τῇ τῆς τρίτης, λόγοι πολλοὶ, γέλως, ᾠδὴ, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. εἶτ' ἐπιφέρων ἐρεῖ, τετάρτη διὰ τῶν αὐτῶν. Φιλίσκος μὲν δὴ καὶ Σιληνὸς ὅτι παρεφρόνησαν, οὕτως ἐμνημόνευσεν. ἐπὶ δὲ τῆς Δρομάδεω γυναικὸς, καὶ γὰρ καὶ ταύτην ἀραιὸν καὶ μέγα ἀναπνεῦσαί φησι, τόνδε τὸν τρόπον ἔγραψε. περὶ μέσης ἡμέρης πολλὰ παρέκρουσε, καὶ πάλιν ταχὺ σμικρὰ κατενόει. οὕτως μὲν οὖν ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἡμερῶν. εἶτα ἐπιφέρει· νυκτὸς ἐπεκοιμήθη, παρέκρουσε. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ διὰ τῆς ἕκτης ἡμέρας γενόμενα γράφων ὧδέ πώς φησι· ἄκρεα ψυχρὰ, παρέκρουσεν. οὕτω μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἔνθα μεγάλου καὶ ἀραιοῦ πνεύματος, ἐνταῦθα καὶ παραφροσύνης μνημονεύει· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ διὰ τῶν ἑξῆς βιβλίων ἡμᾶς ὑπομιμνήσκει, μηδαμοῦ μεγάλου καὶ ἀραιοῦ πνεύματος μνημονεύων, ὅπου μη μεγάλης παραφροσύνης.

autem aegro, Sileno dicto, in fecundae diei enarratione, *Modice deliravit,* inquit; in tertia vero: *Verba multa, rifus, cantus, cohibere fe non poterat.* Et deinde fubjungens ait, *Quarta per eadem.* Et fane quod Philiscus et Silenus deliraverint, fic meminit. Verum in Dromadae uxore, nam et hanc rarum et magnum fpiritum habuiffe dixit, hoc modo fcripfit: *Sub meridiem multum deliravit, et rurfus cito parum refipuit.* Sic quidem in quinta die, deinde infert, *Nocte dormivit, deliravit.* Eodem modo et quae fexto die facta funt defcribens, in haec verba inquit: *Summae partes frigidae, deliravit.* Sic quidem igitur in primo epidemiorum, ubi magni et rari fpiritus, ibidem etiam defipientiae mentionem facit. Eodem modo etiam in fequentibus libris nos monitos facit, nusquam magni et rari fpiritus mentionem faciens, ubi non etiam magni delirii.

Ed. Chart. VII. [248.] Ed. Baſ. III. (178. 179.)

Κεφ. δ'. Ὅτι μὲν οὖν ἐπὶ τῶν νοσούντων ἐθεάσατο πολλάκις Ἱπποκράτης τὴν τοιαύτην δύσπνοιαν ἐπὶ παραφροσύνῃ γινομένην, καὶ ὅτι καθόλου περὶ αὐτοῦ ἀπεφήνατο διὰ τοῦ προγνωστικοῦ, καὶ ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἔχειν ἡγοῦμαι, βεβαιωθήσεται δ' οὐδὲν ἧττον ἔτι καὶ διὰ τῶν ἑξῆς εἰρησομένων. καὶ γάρ τοι καὶ δίκαιον ἦν μὴ πάνυ πολλὰ λέγεσθαι περὶ αὐτῆς· ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐν τοῖς περὶ φύσεως ἀναπνοῆς λογισμοῖς σφαλέντας, εἶθ' ὑπὸ φιλονεικίας ἀναισχυντοῦντας, ἠναγκάσθημεν καὶ ἡμεῖς πλείω τοῦ προσήκοντος εἰπεῖν, εἴ πως αὐτοὺς δυνηθείημεν κἂν νῦν γοῦν μετάξαι πρὸς τὸ βέλτιον. ἔστι δ', ὡς ἔοικεν, οὐδεμία βαφὴ δευσοποιὸς οὕτως ὡς τὸ τῶν ἄνευ λογισμοῦ πρὸς τὰ μοχθηρὰ δόγματα πάθος. οὐ γάρ ἔστι μεταπεῖσαι τοὺς ἐν αὐτοῖς τραφέντας, ὡς ἂν μήτ' ἐν ταῖς ἀποδεικτικαῖς μεθόδοις γεγυμνασμένους μήθ' ὅλως πεπορισμένους τι κριτήριον ἀληθῶν καὶ ψευδῶν, (179) ἀλλὰ μηδ' εἶναι βουλομένους τούς γε πλείστους αὐτῶν, καὶ ταύτην μισοῦντας τὴν σοφίαν. τῶν δὴ τοιούτων ποτέ τις ἄῤῥωστον ἡμῖν ἐπιδείξας παραφρονοῦντα μὲν, ἀλλὰ μήτε μέγα μήτ'

Cap. IV. Quod igitur hujusmodi dyspnoeam in delirio factam Hippocrates ſaepe viderit in aegris, et quod univerſe de ipſa in praenotionibus pronunciarit, ſatis jam dictum opinor; confirmabitur tamen nihilominus adhuc et per ea, quae deinceps referentur. Nam et juſtum fuerat non valde multa de ipſa dicere; verum propter eos, qui in ratiocinationibus de natura reſpirationis erraruut, tum prae contentionis ſtudio impudenter jam altercantur, coacti ſumus et nos plura quam convenit dicere, ſi quo modo queamus ipſos vel nunc tandem ad meliorem mentem revocare. Nulla ſcilicet eſt tinctura, quae tam aegre eluatur quam eorum, qui non ratiocinantur, in pravas opiniones affectus; neque enim ullis perſuaſionibus revocari poſſunt ipſis immutriti, ut qui neque in demonſtrativis methodis exercitati ſint, neque omnino aliquod veri et falſi dijudicandi adjumentum ſibi compararint, imo neque, plerique ſaltem ipſorum, eſſe velint, et hanc ſapientiam odio habeant. Ex his aliquando quispiam aegroto nobis demonſtrato delirante quidem, ſed

ἀραιὸν ἀναπνέοντα, καταγελῶν, μᾶλλον δὲ καγχάζων ἀναισχύντως, καὶ διαπαίζων Ἱπποκράτην καὶ ἡμᾶς ἀπηλλάττετο, μηδὲ λόγον μεταδοὺς ἡμῖν, μηδ᾽ ἀνασχόμενος μηδὲν ἐπακοῦσαι, καίτοι διδάξειν ἐπαγγελλομένοις, ὡς οὐ μάχεται τὸ φαινόμενον οὔτε τοῖς πρὸς ἡμῶν λεγομένοις οὔτε τοῖς Ἱπποκράτει γεγραμμένοις. ὁ μὲν γὰρ τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦμα παραφροσύνης εἶναί φησι γνώρισμα, οὐ μὴν εἴ τις παραφρονεῖ, πάντως τοῦτον ἀραιὸν ἀναπνεῖν καὶ μέγα, τά τε πρὸς ἡμῶν λεγόμενα ταὐτὸ τοῦτ᾽ ἐπαγγέλλεται, μηδὲν παραχαραττόντων ἡμῶν μηδὲ μεταποιούντων ὧν ἐκεῖνος ἔγραψεν, ἀλλὰ τὰς ἐξηγήσεις καὶ τὰς ἀποδείξεις μόνας προστιθέντων. εἰ δέ σοι νῦν, ἔφην, ὦ οὗτος, ἐξεύρηται τὸ πᾶσι τοῖς παραφρονοῦσιν ἀραιὸν καὶ μέγα γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα, σαφῶς ἐνδείκνυσαι μηδὲν τῶν Ἱπποκράτους ἀνεγνωκὼς, καίτοι προσποιεῖς γε καταγιγνώσκειν αὐτῶν, ὡς ἀνεγνωκὼς δή που πρότερον. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν ἀπηλλάγη [249] πρὶν μαθεῖν τι χρηστόν· σὺ δ᾽ ὁ τοῖσδε τοῖς γράμμασιν ὁμιλῶν, εἴπερ ὄντως ἀληθείας ἐρᾷς, ἐπάκουσον Ἱπποκράτους ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐπ᾽ ἀῤῥώστου τινὸς,

neque magnum neque rarum ſpiritum ducente, deridens, imo potius impudenter cachinnans, ac tum Hippocrati tum nobis illudens abiit, neque rationem nobis reddens, neque audire quicquam ſuſtinens, quamvis docturos nos promitteremus, non pugnare quod apparebat neque cum noſtris dictis neque cum Hippocratis ſcriptis. Hic enim magnum et rarum ſpiritum deſipientiae ſignum eſſe ait, non tamen ſi quis deliret, hunc omnino rarum ac magnum ſpiritum ducere; atque hoc ipſum etiam noſtra dicta profitentur; quum nihil adulteremus, neque mutemus ex iis, quae ille ſcripſit, ſed expoſitiones tantum ac demonſtrationes apponamus. Si vero tibi, bone vir, inquam, inventum eſt, quod omnibus delirantibus rarus et magnus ſpiritus fiat, palam indicas te nihil ſcriptorum Hippocratis legiſſe, quamvis te ſimules ipſa contemnere, tanquam ſane prius legeris. Verum ille quidem abiit priusquam aliquid utile didiciſſet. Tu vero quisquis tandem hos libros verſas, ſi veritatem revera amas, Hippocratem audias in tertio epidemiorum in aegroto quo-

ὄνομα Πυθίωνος, ὧδὶ γράφοντος ἐν τῇ τῆς ζ′ ἡμέρας διηγήσει. νυκτὸς ταραχὴ πολλὴ, παρέλεγεν, οὐδὲν ἐκοιμήθη. εἶθ᾽ ἑξῆς ἐπὶ τῆς η′ ἡμέρας ὧδί· ὀψὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη, παρέκρουσε. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐπὶ τῆς ἐννάτης· περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἐδυσφόρει, παρέλεγεν. ὡς οὖν ταῦτα ἐπήκουσας, οὕτω πάλιν ἐπάκουσον, οἷόν τι τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος ἐγένετο τούτῳ τῷ Πυθίωνι. γνώσει γὰρ ὅτι μήτε μέγα μήτ᾽ ἀραιὸν ἀνέπνει, καίτοι παραφρονῶν. ἐμνημόνευσεν οὖν τῆς γενομένης αὐτῷ δυσπνοίας ὁ Ἱπποκράτης δὶς τὸ σύμπαν ἐν ὅλῃ τῇ διηγήσει, κατά τε τὴν δευτέραν ἡμέραν καὶ κατὰ τὴν ὀγδόην. ἀλλ᾽ ἐγὼ τὸ κατὰ η′ παραθήσομαι πρότερον, ἐν ᾗ καὶ παραπαῖσαί φησι καὶ δυσπνοῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ὧδὶ γράφων· ὀγδόῃ, πρωῒ μὲν ἐκοιμήθη σμικρὸν, ἄφνω δὲ ψύξις, ἀφωνίη, λεπτὸν πνεῦμα καὶ μινυθῶδες, ὀψὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη, παρέκρουσεν. ἑξῆς οὖν ἐνταῦθα γέγραφεν ἀλλήλων, ὅτι λεπτὸν αὐτῷ καὶ μινυθῶδες ἦν τὸ πνεῦμα καὶ ὅτι παρέκρουσεν ἐν μιᾷ καὶ αὐτῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τῇ ὀγδόῃ. ἆρ᾽ ὦ πρὸς Διὸς οὐκ ἤδη σαφές ἐστιν, ὡς οὐκ ἐπὶ πάσης

dam, nomine Pythione, fic fcribentem in feptimi diei enarratione: *Nocte turbatio multa, deliravit, nihil dormivit.* Deinde in octavo die fic: *Sero rurfus incaluit, deliravit.* Et poftea rurfus in nono: *Circa folis occafum inquietus erat, delirabat.* Ut igitur haec audifti, fic rurfus audi, qualisnam dyspnoeae fpecies huic Pythioni affuerit. Cognosces enim eum neque rarum neque magnum fpiritum duxiffe, quamvis delirus effet. Mentionem igitur fecit Hippocrates difficilis refpirationis, quae ipfi accidit, bis per totam narrationem, tum circa fecundum tum circa octavum diem. Verum de octavo die prius apponam, in quo et deliraffe et difficulter refpiraffe hominem ait, fic fcribens: *Octavo mane quidem parum dormivit, ftatim vero frigus, taciturnitas, fpiritus tenuis et imminutus; fero rurfus incaluit, deliravit.* Hic igitur eadem ferie fcripfit, et quod fpiritus ipfi tenuis erat ac imminutus et quod uno et eodem octavo die deliravit. Num igitur jam per Jovem manifeftum eft, quod

παραφροσύνης Ἱπποκράτης ἀραιὸν καὶ μέγα φησὶ γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα; εἰ μή τι νομίζεις ὦ οὗτος οὐδὲν διαφέρειν τοῦ μεγάλου τὸ μινυθῶδες. εἰ γὰρ τοῦτο, δῆλον, ὡς οὐδὲ τὸ μινύθειν οἷόν τί ἐστιν, οἶσθα, καὶ νομίζεις ταὐτὸν εἶναι τῷ αὐξάνειν αὐτό. μὴ τοίνυν παρ᾽ ἡμῶν τά γε τοιαῦτα μάνθανε, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοὺς τὰ πρῶτα γράμματα διδάσκοντας ἴθι. ἀλλ᾽ ὥσπερ ταῦτα οὐκ ἔμαθεν ὁ τὸ μινύθειν ἀγνοῶν, οὕτως οὐδὲ τὰ Ἱπποκράτους ἀνέγνω συγγράμματα. πάντως γὰρ ἂν ἐν αὐτοῖς μυριάκις εὗρε καὶ τὸ μινύθειν καὶ τὸ μινυθῆναι καὶ τὴν μινύθησιν κατὰ πάντας σχεδὸν ἀριθμοὺς καὶ γένη καὶ πτώσεις ἐγκεκλιμένα πανταχοῦ, τοὐναντίον αὐξήσει τε καὶ τῷ αὐξάνειν δηλοῦντα, ὥστε καὶ τὸ μινυθῶδες εἴη ἂν τὸ ἐναντίον τῷ ηὐξημένῳ. εἴπερ οὖν τὸ ηὐξημένον μέγα, τὸ μινυθῶδες μικρόν ἐστιν. οὕτως οὖν καὶ ὁπότε τὴν δευτέραν ἡμέραν διηγεῖτο τοῦ Πυθίωνος, βραχύπνοον αὐτὸν ὠνόμασε. ἡ γάρ τοι βραχύπνοια καὶ τὴν ἐνέργειαν αὐτὴν βραχεῖαν γίγνεσθαι δηλοῖ καὶ τὴν ἡσυχίαν· ὥσπερ ἡ μακρόπνοια κατὰ τοὐναντίον ἄμφω μεμηκύνθαι. καί τοι κἂν εἰ θάτερον αὐτῶν

non in omni delirio Hippocrates rarum ac magnum fpiritum fieri ait? Nifi fane putas, bone vir, imminutum nihil a magno differre; fi enim hoc putas, manifeftum eft, quod neque *imminuere* quid fit nofti, et idem effe putas quod augere. Ne igitur a nobis talia difcas, fed ad eos, qui primas literas docent, eas. Ceterum velut elementa non didicerat ille, fignificationis verbi *imminuere* ignarus, fic neque Hippocratis fcripta legerat; omnino enim fexcenties reperiffet, et *imminuere et imminui et imminutionem*, per omnes fere numeros et genera et cafus ubique declinata, et contrarium verbo *augere et augmento* fignificantia. Quare etiam imminutus *fpiritus* contrarius utique fuerit aucto. Sic igitur auctus magnus, imminutus parvus eft. Sic igitur et quum diem fecundam enarrat Pythionis, *brevifpirum* ipfum appellat; brevis enim fpiratio et actionem et quietem ipfam brevem fieri indicat; quemadmodum longa fpiratio contra, ambo effe producta, quanqaam etiamfi alterum ipforum in-

ἐδηλοῦτο, τό γε μὴ πᾶσι γίγνεσθαι τοῖς παραπαίουσι μέγα τε καὶ ἀραιὸν τὸ πνεῦμα καὶ οὕτως ἂν ὡμολόγητο. τὸ μὲν γὰρ ἀραιὸν καὶ μέγα κατ᾽ ἄμφω μακρόν ἐστι, καὶ κατὰ τὴν ἐνέργειαν καὶ κατὰ τὴν ἡσυχίαν· ἡ βραχύπνοια δὲ πάντως κατὰ τὸ ἕτερόν γε αὐτῶν βραχεῖα, ὥσπερ καὶ τὸ λεπτὸν καὶ τὸ μινυθῶδες πνεῦμα βραχὺ πάντως ἐστίν.

Κεφ. ε'. Ἱπποκράτης οὖν αὐτὸς οἶδε σαφῶς οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν ἅπασι τοῖς παραπαίουσι τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦμα, οὐ μὴν μάχεταί γε τοῦτο τῇ περὶ τῆς τοιαύτης δυσπνοίας ἀποφάνσει, τὸ μὲν γὰρ ἀραιὸν καὶ μέγα παραφροσύνης ἴδιον, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐξ ἀνάγκης αὐτὴν δηλώσει· οὐ μὴν εἰ παραφρονεῖ τις, μέγα καὶ ἀραιὸν ἐξ ἀνάγκης ἀναπνεῖ. οὐ γὰρ ἀχώριστον, ἀλλὰ ἴδιον ἔφαμεν εἶναι παραφροσύνης [250] τὸ ἀραιὸν καὶ μέγα πνεῦμα, καθάπερ τὸ γεωμετρεῖν, τὸ τεκταίνεσθαι, τὸ φιλοσοφεῖν, τὸ ῥητορεύειν καὶ ἄλλα μυρία, ὧν ἕκαστον οὐδενὶ μὲν ὑπάρχει τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι μὴ ἀνθρώπῳ μόνῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἴδιον αὐτοῦ λέγεται, οὐ

dicaretur, tamen etiam fic in confeffo effet, quod non omnibus delirantibus magnus et rarus fpiritus fieret. Rarus enim et magnus juxta ambo longus eft, et actionem et quietem; brevis vero fpiratio omnino juxta alterum ipforum brevis, quemadmodum etiam tenuis et imminutus fpiritus brevis omnino exiftit.

Cap. V. Ipfe itaque Hippocrates manifefte novit non omnibus delirantibus effe neceffario fpiritum magnum et rarum; nec certe pugnat hoc cum pronunciato de ejufmodi fpirandi difficultate. Rarus enim et magnus fpiritus proprius eft delirii, et propterea neceffario ipfum fignificabit; non tamen fi quis delirat, neceffario magnum et rarum fpiritum habet; non enim infeparabilem, fed proprium effe diximus delirii rarum et magnum fpiritum; quemadmodum effe geometram, effe architectum, effe philofophum, effe rhetorem, et alia innumera, quae fingula nulli alii adfunt animali, praeterquam homini foli, et ob id propria ipfius effe dicuntur,

μὴν ἀχώριστόν γέ τι, καθάπερ τὸ λογικόν. οὐ γὰρ πᾶν ἴδιον εὐθὺς καὶ ἀχώριστον. ὥσπερ δὲ ταῦθ᾽ ἡμᾶς ἡ λοιδορουμένη πρὸς αὐτῶν ἐδίδαξεν διαλεκτικὴ, οὕτως καὶ ὅτι τὸ τοιοῦτον ἀξίωμα, εἰ μέγα καὶ ἀραιὸν ἀναπνεῖ, παραφρονεῖ, οὔτε ταὐτόν ἐστι τῷ, εἰ παραφρονεῖ, μέγα καὶ ἀραιὸν ἀναπνεῖ, οὔτ᾽ ἀναγκαῖον αὐτὰ συναληθεύεσθαι. οὐ γὰρ ἀντιστρέφει πρὸς ἄλληλα ταῦτα, ἀλλὰ μόνον ἀναστρέφει. ὡς οὖν οὐδεὶς Ὀλύμπια νικῆσαι δύναται μὴ πολλῷ πρότερον γυμνασάμενος, οὕτως οὐδὲ τῆς ἐν τοῖς λόγοις ἀληθείας ἐπιβοηθὸς γενέσθαι μὴ μαθὼν τὰ κἀν τούτοις παλαίσματα. καὶ ὥσπερ οὐδὲ πεσεῖν εὐσχημόνως ἴσασιν οἱ παντάπασιν ἀμαθεῖς παλαισμάτων, ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅτε κατὰ τῆς γῆς ὕπτιοι κείμενοι κρατοῦσι καὶ ἄγχουσι καὶ οὐ μεθιᾶσι, τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον οἱ ἀμαθεῖς τῆς ἐν τοῖς λόγοις τέχνης, ἐναργῶς πεπτωκότες πολλάκις αἴσχιστον πτῶμα, τοσαῦτα δέουσιν αἰδεῖσθαι, ὥστε καὶ νενικηκέναι νομίζουσιν· ὥσπερ καὶ ὁ τὸν παραφρονοῦντα δεικνύων μικρὸν ἀναπνέοντα, κἄπειτα νομίζων ἐξηλέγχθαι διὰ τούτου τοῦ

parvam ac denfam fpirationem habeant. Diximus autem antea Hippocratem nihil eorum, quae etiam aliis manifefte cognoscuntur, fcribere. At etiam deliravit hic homo; dicit igitur fic de ipfo: *Sexto delirus.* Sed hoc quidem non ut morbum natura fua mentem percellentem, fed ut affectum validarum pleuritidum confectarium, non fane commutationem ex dolore fuperaturum erat, neque per fe ipfum difficilis refpirationis fpeciem formaturum; verum quum dolor lateris vehemens exifteret, per fe ipfum omnino refpirationem alteraturus erat. Si autem ex hypothefi dolor obfcurus fuiffet, delirium vero vehemens, omnino fane aut perfecte delirium dolorem fuperaffet, aut certe plurimum; atque ita per totum morbum talis aegrotus magnum et rarum fpiritum duxiffet; aut ut plurimum quidem fic, raro autem parvum et denfum; et hoc prius Hippocrates prorfus fignificaffet, ut in adolescente Meliboeo; huic enim et hypochondrii tenfio quaedam fubmollis erat, fed et magnopere defipiebat. Scribit itaque de tenfione quidem fic:

ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος, παραμήκης ἐξ ἀμφοτέρων· περὶ δὲ τῆς παραφροσύνης οὕτως· ἐν μὲν τῇ δεκάτῃ τῶν ἡμερῶν παρέκρουσεν ἀτρεμέως, ἐπὶ δὲ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης πολλὰ παρέλεγεν, ἐπὶ δὲ τῆς εἰκοστῆς ἐξεμάνη, φησίν. ἦν μὲν οὖν καὶ μόνον αὐτῷ τοὔνομα τὸ ἐξεμάνη μέγεθος παραφροσύνης ἱκανὸν ἐνδείξασθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ κόσμιον εἶναι καὶ σιωπηλὸν τὸν νεανίσκον αὐξητικόν ἐστιν οὐ σμικρὸν τοῦ μεγέθους αὐτῆς, εἴ γε δὴ κἀν τῷ προῤῥητικῷ καὶ τὰς ἀποκρίσεις τὰς θρασείας, μήτοι γε τὰς παραφροσύνας αὐτὰς, κακάς φησιν εἶναι τοῖς κοσμίοις. οὐ γὰρ δὴ οὐδ᾽ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν ἐν τῇ τῆς δεκάτης ἡμέρας διηγήσει προσέγραψεν τὰ περὶ τοῦ ἤθους τοῦ νεανίσκου. ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν, ἐπειδὴ γέγραπται, παρέκρουσεν ἀτρεμέως, ἁπλῆν τινα εἶναι καὶ τὴν τυχοῦσαν παραφροσύνην, διὰ τοῦτο ἐπιφέρει, ἦν δὲ κόσμιος καὶ σιγῶν, ἐξ ὧν πάντων μὲν δὴ τούτων τὸ σφοδρὸν τῆς παραφροσύνης ἐνεδείξατο. τὴν δὲ καθ᾽ ὑποχόνδριον ἔντασιν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τάχ᾽ ἄν τις δόξειεν μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐργάσασθαι τὸ πνεῦμα· δι᾽ αὐτῶν γὰρ ὧν ὑπὲρ αὐτῆς ἔγραψεν, ἐνεδείξατο νενικημένην εὐλόγως ὑπὸ τῆς παραφροσύνης. οὐ γὰρ ἁπλῶς

hypochondrii tensio submollis, oblonga ex utrisque. De desipientia vero sic: *decimo die sensim deliravit, decimo quarto multum delirabat, vigesimo furebat,* inquit. Sola itaque vox ἐξεμάνη i. e. *furebat,* sufficiebat ad delirii magnitudinem indicandam; sed et quod moderatus esset ac taciturnus adolescens, non parum magnitudinem delirii auget; siquidem sane et in praedictionum libro, *responsiones temerarias,* nedum deliria ipsa, *malas esse ait in modestis;* neque enim alterius rei gratia in decimi diei enarratione, ea quae ad mores adolescentis pertinent, adscripsit. Ut vero ne putaremus, propterea quod scriptum est, *deliravit sensim,* simplex quoddam et vulgare esse delirium, ob id sane infert, *erat autem moderatus et taciturnus,* per quae omnia vehementiam delirii indicavit. At vero tensionem hypochondrii ex utraque parte, fortassis putaverit aliquis parvum ac densum spiritum effecturam; verum per ea quae de ipsa scripsit, ratione ostendit ipsam a delirio victam esse; neque enim

εἶπεν· ἦν δὲ καθ᾽ ὑποχόνδριον ἔντασις, ἀλλὰ προσέθηκεν ὑπολάπαρος, δηλῶν ὡς οὐκ ἦν σὺν ὄγκῳ μεγάλῳ. λαπαρὸν γὰρ τὸ κενόν. ἐκ δὲ τοῦ παραμήκης τοὐναντίον ἐμφαίνει ᾧ πολλάκις αὐτὸς λέγει τῷ ἀνεσπασμένῳ ὑποχονδρίῳ. ὅταν μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν φρενῶν τείνηται, τότε μὲν ἀνασπᾶταί τε καὶ κατακρύπτεται πᾶν, ἑλκόμενον εἰς τὸν θώρακα· ὅταν δ᾽ ὑπό τινος τῶν κάτω, παραμήκης τηνικαῦθ᾽ ἡ τάσις φαίνεται, οὐδὲν γάρ ἐστιν ἐπίπροσθεν τὸ κατακρύψον αὐτὴν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ θώρακος αἵ τε νόθοι πλευραὶ καὶ τὸ στέρνον. οὐ μόνον οὖν ἐκ τούτων δῆλον, ὡς σμικρὰ παντάπασιν ἡ κατὰ τὸ ὑποχόνδριον ἦν διάθεσις εἰς δυσπνοίας γένεσιν, ἀλλὰ κἀξ αὐτοῦ τοῦ προσγράψαι τὸν Ἱπποκράτην περὶ τῆς ὀδύνης αὐτοῦ μηδέν. οὐ γὰρ ἂν ἐσιώπησεν, εἴπερ ἦν ὀδυνηρὸν, ἔθος ὂν αὐτῷ [259] μηδὲν τῶν τοιούτων ἀργῶς παρέρχεσθαι. εἴπερ οὖν ταῦτα μὲν ἦν πάντως σμικρὰ, οὔτε γὰρ ὄγκος τις ἐν αὐτῷ μέγας οὔτε πόνος, οὔτε τὰς φρένας ἔθλιβεν, ἀλλὰ κατὰ (184) τῆς γαστρὸς ὅλης ἐξετέτατο, τῇ παραφροσύνῃ δ᾽ οὐδὲν

ſimpliciter dixit, *erat autem hypochondrii tenſio*, ſed appoſuit, *ſubmollis,* oſtendens, quod non fuerit cum magno tumore. Molle enim eſt vacuum. Ex verbo autem *oblonga* contrarium oſtendit ei, quod ipſe ſaepe dicit, *hypochondrio revulſo.* Quum enim a ſepto transverso tenditur, tunc quidem revellitur ac totum occultatur, ad thoracem tractum; quum vero ab aliqua infra ſita parte, tunc ſane oblonga ipſa tenſio apparet; non eſt enim quicquam ante ſitum, quod ipſam occultet, ut in thorace ſunt tum coſtae ſpuriae, tum ipſum pectus. Non ſolum igitur ex his palam eſt, parvam omnino fuiſſe affectionem circa hypochondrium ad difficilis reſpirationis generationem, ſed et ex eo quod Hippocrates de ipſius dolore nihil aſcripſerit, non taciturnus, ſi cum dolore fuiſſet, quum ipſi mos ſit, ut nihil ejusmodi rerum negligenter praetereat. Si igitur haec ipſa omnino erant parva (neque enim tumor aliquis magnus erat in ipſo, neque dolor, neque ſeptum transverſum premebat, ſed per totum extendebatur ventrem) delirio vero contra nihil de-

ἐνέδει πρὸς τὸ μεγίστην εἶναι καὶ χαλεπωτάτην, κατὰ λόγον ἐνικήθη τελέως ὑπ' αὐτοῦ ἡ κατὰ τὸ ὑποχόνδριον διάθεσις, ὥστε γενέσθαι δι' ὅλου τοῦ νοσήματος τὴν ἀναπνοὴν ἀραιὰν καὶ μεγάλην. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἀμφοτέρων ὁμοῦ μνημονεύει, τοῦ τε τῆς δυσπνοίας εἴδους καὶ τῆς κατὰ τὸ ὑποχόνδριον διαθέσεως. ἔχει δ' ἡ λέξις ὧδε· πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου, ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος· ἵνα μή τις ἀργῶς παρέλθοι τὸν λόγον, ἀλλ' ἑξῆς ἀλλήλων ἀναγνοὺς δύο διαθέσεις, ἐναντίον εἶδος δυσπνοίας ἐργάζεσθαι πεφυκυίας, ἐπισκέπτηται τὴν αἰτίαν τοῦ κρατῆσαι μὲν τελέως τὴν παραφροσύνην, νικηθῆναι δὲ τὴν καθ' ὑποχόνδριον ἔντασιν. ἀλλ' ἡμεῖς γε καὶ τὴν αἰτίαν εἰρήκαμεν καὶ τὴν γνώμην τἀνδρὸς ἐξηγησάμεθα, καὶ χρὴ μεταβάντας ἤδη τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ προτεθέντος λόγου διελθεῖν. ὅταν μὲν γὰρ ἡ παραφροσύνη τελέως νικήσῃ τὴν ἐναντίαν διάθεσιν, αὕτη μόνη κατὰ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν ἀλλοιοῖ τὴν ἀναπνοὴν, ὡς ἐπὶ τοῦ προγεγραμμένου γέγραπται νεανίσκου, τοῦ κατὰ τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν ὑστάτου γεγραμμένου· ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι τοῦ πόνου τε-

erat, quo minus maximum et graviffimum effet; pro ratione utique ab ipfo penitus evicta eft hypochondrii affectio, ut ob id per totum morbum refpiratio rara et magna fit facta. Et propterea Hippocrates utriusque fimul meminit, tum fpeciei difficilis fpirationis tum hypochondrii affectionis. Habet autem ita textus: *Spiritus rarus, magnus, per tempus, hypochondrii tenfio fubmollis:* ut ne quis negligenter praetereat fermonem, fed duas deinceps legens affectiones, contrariam difficilis refpirationis fpeciem efficere folitas, confideret caufam, cur omnino quidem fuperet delirium, vincatur autem hypochondrii tenfio. Verum nos fane et caufam diximus et mentem viri expofuimus, et oportet nos jam alio digreffos reliquam propofiti fermonis partem explicare. Quum enim delirium perfecte vicerit contrariam affectionem, ipfum folum per propriam vim refpirationem alterat, velut in praefcripto dictum eft adolefcentulo, qui in tertio epidemiorum ultimus recenfetur. At vero quod etiam dolore

λέως κρατοῦντος, οὐδὲν παρεμφαίνεται τῆς κατὰ τὴν παραφροσύνην δυσπνοίας, ἐπ᾽ Ἀναξίωνος ἐδείξαμεν, ὃς ἐν τῷ τρίτῳ καὶ αὐτὸς γέγραπται τῶν ἐπιδημιῶν, ὄγδοος ἀπὸ τῆς λοιμώδους καταστάσεως· ἐπὶ δ᾽ αὖ τῆς Δεάλκους γυναικὸς, ἧς καὶ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν, ὀγδόης μὲν ἀπὸ τούτου, πεντεκαιδεκάτης δὲ μετὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν γεγραμμένης, ὡς τὰ πολλὰ μὲν ἡ παραφροσύνη κρατεῖ, σπανιάκις δὲ καὶ κρατεῖται. ἀλλὰ τὰς μὲν ῥήσεις ὀλίγον ἔμπροσθεν, ἡνίκ᾽ ἐξηγούμην οἷόν τι δηλοῖ τὸ διὰ χρόνου, παρέγραψα, νυνὶ δὲ καὶ τὰς διαθέσεις αὐτὰς τὰς μαχομένας ἐρῶ, ἑπόμενος κἀνταῦθα ταῖς ὑφ᾽ Ἱπποκράτους εἰρημέναις λέξεσιν. ἐπώδυνος μὲν οὖν διάθεσις οὐδεμία ταύτῃ τῇ ἀνθρώπῳ συμβῆναι φαίνεται, κατάψυξις δὲ ἐπεκράτησε, μαραινομένης τῆς ἐμφύτου θερμασίας. ἐκ γὰρ τοῦ γεγράφθαι περὶ αὐτῆς, πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοὶ, ἀκρέων ψύξις, τοῦτο δηλοῦται, κἀκ τοῦ περιστέλλεσθαι δι᾽ ὅλου τοῦ νοσήματος. εἰπὼν γὰρ, ἐξ ἀρχῆς δὲ περιεστέλλετο, μετὰ ταῦτα ἐπὶ τέλει τῆς ὅλης διηγήσεως, ἀεὶ περιεστέλλετό, φησι. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ λύπης ἄρξασθαι, τούτοις ὁμολογεῖ. τί γάρ φησι;

perfecte exuperante, nihil appareat difficultatis fpirandi delirii confectariae, in Anaxione demonftravimus, qui et ipfe in tertio epidemiorum fcriptus eft octavus a peftilenti conftitutione. In Dealcis autem rurfus uxore, cujus etiam antea mentionem fecimus, octava ab hoc, decimaquinta poft peftilentem conftitutionem fcripta, ut plurimum quidem delirium exuperat, raro vero exuperatur; verum verba paulo ante, quum exponerem quid fignificet, *per tempus,* afcripfi; nunc vero affectiones ipfas pugnantes referam, fequuturus et hic fermones ab Hippocrate prolatos. Nulla itaque doloris affectio huic mulierculae accidiffe videtur, praevaluit autem perfrigeratio, marcescente infito calore; ex eo enim quod fcriptum eft de ipfa: *Febres ad manum tenues, extremarum partium frigus,* hoc oftenditur et ex eo, quod *per totum morbum contegebatur;* quum enim dixiffet, *ab initio autem contegebatur,* poftea in fine totius narrationis *femper contegebatur* ait. Quin et ex moerore initium fumpfiffe, his confentit. Quid enim inquit? *Febris cum*

πυρετὸς φρικώδης ἐκ λύπης ἔλαβε. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ φρικώδης πυρετὸς κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐγένετο. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ τὰ πινόμενα διεξέρχεσθαι τὴν γαστέρα, μηδ᾽ ἐπὶ βραχὺ συνιστάμενα, μέγιστον τεκμήριον τοῦ τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ἀποσβέννυσθαι. καὶ τὸ δέρμα δὲ τὸ καρφαλέον, τὸ ἀπεξηραμμένον ἐστί. συναπόλλυται δὲ ταῖς τοιαύταις ξηρότησι τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἀλλὰ μὴν ὅτι γε ταῦτ᾽ ἐπ᾽ αὐτῆς ἐγένετο, δηλοῦσιν αἱ λέξεις αὗται. ἑπτακαιδεκάτῃ γάρ, φησιν, ἐρεθισμοὶ ἀπὸ κοιλίης ταραχώδεες, ἔπειτα δ᾽ αὐτὰ τὰ ποτὰ διήει, οὐδὲ συνίστατο· ἀναισθήτως εἶχε πάντων· δέρματος περίτασις καρφαλέα. εὐλόγως οὖν δι᾽ ὅλου τοῦ νοσήματος ἐπεκράτησε τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦμα, παρενέπιπτε δέ ποτε καὶ τὸ βραχὺ τὸ ταῖς καταψύξεσιν ἑπόμενον. ἀναμνήσω δὲ καὶ νῦν τῶν ῥήσεων, ὡς ἔμπροσθεν ἤδη παρέγραψα· τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, διὰ χρόνου, καὶ πάλιν βραχύπνοος. εἰκοστῇ λόγοι πολλοὶ, πάλιν ἱδρύνθη, ἄφωνος, βραχύπνοος. μιῇ καὶ εἰκοστῇ ἀπέθανε. ταύτῃ διὰ τέλεος πνεῦ[260]μα ἀραιὸν, μέγα. ἐνταῦθα μὲν οὖν ἡ παραφροσύνη τῆς καταψύξεως ἐπεκράτει,

horrore ex moerore corripuit. Sed et ipsa febris horrifica eandem ob causam facta est. Et sane etiam hoc, quod potulenta ventrem pertransirent, neque parvo tempore consistentia, maximum signum est innatum calorem extingui. Quin et cutis arida nihil aliud est quam reficcata. Deperit autem una cum ejusmodi siccitatibus innatus calor. At vero, quod haec omnia in ipsa facta sint, docent haec verba. *Decimo septimo enim*, inquit, *irritationes a ventre turbulentae, postea vero ipsi potus pertransibant, neque consistebant, omnino nihil sentiebat, cutis aridae circumtensio.* Jure igitur per totum morbum magnus et rarus spiritus praevaluit; intercedebat autem aliquando etiam brevis, perfrigerationes sequens. In memoriam autem revocabo etiam nunc ipsos textus, ut antea jam ascripsi: *Decimo quarto spiritus rarus, magnus, per tempus, et rursus brevispira. Vigesimo verba multa, rursus sedata est, taciturna, brevispira. Vigesimo primo mortua est. Huic perpetuo spiritus rarus, magnus.* Hic igitur delirium perfrigerationem

καὶ διὰ τοῦτο σπανίως μὲν βραχύπνους, δι᾽ ὅλου δὲ τοῦ νοσήματος μακρόπνους ἐτηρήθη. ἔμπαλιν δὲ ἐπὶ τοῦ Πυθίωνος, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνημόνευσα, βραχύπνοια μὲν ἦν δι᾽ ὅλου τοῦ νοσήματος, ὀλιγάκις δέ ποτε συνέβαινεν ἡ μακρόπνοια, κατὰ λόγον, δύο γὰρ ἀντέκειντο τῇ παραφροσύνῃ διαθέσεις βραχυπνοίας αἰτίαι, πόνος καὶ κατάψυξις, ἄμφω μὲν μικρὰν πεφυκότα ποιεῖν τὴν ἀναπνοὴν, ἀλλ᾽ ὁ μὲν πόνος μετὰ πυκνότητος, ἡ δὲ κατάψυξις μετὰ ἀραιότητος. ὅτι μὲν οὖν παρεφρόνησε, γέγραπται πολλάκις αὐτοῖς ὀνόμασιν ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους, ὥστε τοῦτο μὲν οὐκ ἄν τινα λάθοι· ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ τοῦ πόνου τοῦ κατὰ τὴν κοιλίαν, καὶ γὰρ καὶ τοῦτο σαφῶς ὧδε γέγραπται· κατὰ δὲ κοιλίην, βάρος μετὰ πόνου· ὅτι δὲ κατέψυκτο, καὶ ἡ ἔμφυτος θερμασία ἐμαραίνετο, δῆλον ἐκ τῶνδε· δευτέρῃ περὶ μέσον ἡμέρης ψύξις ἀκρέων, τὰ δὲ περὶ χεῖρας καὶ κεφαλὴν μᾶλλον· εἶθ᾽ ἑξῆς ἐν τῇ τῆς τρίτης ἡμέρας διηγήσει, ὀψὲ δὲ περὶ ἡλίου δυσμὰς ὑπεψύχθη μικρά· ἐπὶ δέ γε τῆς τετάρτης ἡμέρας, οὐ μόνον ὅτι ψύξις, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀνεθερμάνθη μετὰ χρόνον, προσγέγραπται. σαφέστερον δὲ

ſuperabat, et propterea raro quidem breviſpira, per omnem vero morbum longiſpira obſervata eſt. Vice verſa in Pythione, cujus jam antea memini, brevis ſpiratio per totum quidem morbum erat, raro autem quandoque longa ſpiratio contingebat; *atque id* ratione; duae enim oppenebantur delirio affectiones brevis ſpirationis cauſae, dolor et perſrigeratio, quae ambae parvam reſpirationem facere ſolent; verum dolor cum denſitate, perfrigeratio vero cum raritate. Eum itaque deliraſſe, ſaepe ſcriptum eſt apertis verbis ab ipſo Hippocrate, ut hoc quidem neminem latere poſſit; ſed neque dolor in alvo, nam et hic aperte ſic ſcriptus eſt: *In alvo gravitas cum dolore;* quod vero perſrigeratus fuiſſet, et inſitus calor contabesceret, clarum ex his fit: *Secundo circa medium diem frigus extremarum partium, verum magis circa manus et caput.* Deinde conſequenter in tertii diei enarratione: *ſero circa ſolis occaſum ſubfrigeſactus eſt parum.* In quarto autem die non ſolum frigus, ſed etiam quod recaleſactus ſit poſt tempus, aſcriptum eſt. Clarius autem adhuc de octavo die narrans: *mane quidem dormivit,* inquit, *parum, ſtatim au-*

Ed. Chart. VII. [260.] Ed. Baf. III. (184.)

περὶ τῆς ὀγδόης ἡμέρας διηγούμενος, πρωῒ μὲν ἐκοιμήθη, φησὶ, μικρὰ, ταχὺ δὲ ψύξις, ὀψὲ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. αὖθις δ᾽ ἐπὶ τῆς δεκάτης ἡμέρας, πολλὴ ψύξις, φησί. ἐκ τῶνδε μὲν οὖν δῆλον ὅτι καὶ ψύξις ἦν, οὐ μόνον πόνος καὶ παραφροσύνη τῷ Πυθίωνι. ὅτι δὲ ἐπεκράτει μὲν ἡ βραχύπνοια, ἦν δέ τις καὶ μακρόπνοια, γένοιτ᾽ ἂν σαφὲς ἐν τῇ τῆς δευτέρας ἡμέρας διηγήσει. γέγραπται γὰρ ὡδὶ, βραχύπνοος ἐπὶ χρόνον πολύν. τοῦτο γὰρ τὸ, χρόνον πολὺν, ἐνδεικτικόν ἐστι τοῦ γε μὴ μόνην εἶναι τὴν βραχύπνοιαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν αὐτὴν τῆς (ἐπὶ) μακροπνοίας. γέγραπται δὲ καὶ οὗτος ὁ Πυθίων ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, τρίτος μετὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν, ὥστ᾽ ἔνεστιν ἑκάστῳ καθ᾽ ἑαυτὴν ἐπὶ πλέον ἐνδιατρίβειν ταῖς τοῦ παλαιοῦ ῥήσεσιν, ἵνα μὴ πάσας αὐτὰς ἡμεῖς παραγράφοντες μακρὸν ποιῶμεν τὸν λόγον.

Κεφ. θ΄. Ἀλλὰ καὶ ὅτι μηδεμίαν λέξιν ἐναντίαν τοῖς ὑφ᾽ ἡμῶν λεγομένοις ἑκόντες εἶναι παραλείπομεν, εἴ τις ἐπ᾽ αὐτὰ τὰ βιβλία παραγένηται, μάλιστ᾽ ἂν πεισθείη. καὶ διὰ τοῦτο μηνύομεν ἡμεῖς, ἐν τίνι τε τῶν βιβλίων ὁ ἄῤῥωστος, ὑπὲρ οὗ ποτ᾽ ἂν ἑκάστοτε διαλεγόμενοι τύχωμεν, γέγραπται

tem frigus; fero excalefactus eft; rurfus item in decimo die, *multum frigus,* ait. Ex his igitur manifeftum eft, frigus etiam, non folum dolorem et delirium fuiffe Pythioni. Quod vero praevaluerit quidem brevis fpiratio, fuerit autem et quaedam longa fpiratio, perfpicuum ex fecundi diei enarratione redditur. Sic enim fcriptum eft: *Brevifpirus ad tempus multum.* Hoc enim quod ait, ad tempus multum, indicat non folum fuiffe brevem fpirationem, fed et ipfam longam fpirationem ab illa fuperatam. Porro hic Pythion in tertio epidemiorum fcriptus eft tertius poft peftilentem conftitutionem. Quare licet unicuique per fe diutius in ipfius fenis fermonibus immorari, ne nos omnes ipfos afcribendo longum fermonem faciamus.

Cap. IX. Enimvero, quod nullam dictionem his a nobis prolatis contrariam volentes praetermittamus, maxime is crediderit, qui ad ipfos libros legendos acceflerit. Ob idque indicamus nos, tum in quo libro aeger, de quocunque tandem nobis fubinde fermo fit, fcriptus fit, tum quotus

καὶ πόστος ἐστὶν ἢ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἢ ἀπὸ καταστάσεως ἀριθμοῦντι, πρὸς τὸ μὴ καταμέλλειν διὰ ταῦτά τινα, καὶ περὶ τὴν ἀνεύρεσιν ὀκνοῦντα ἢ ἀβασανίστως ἡμῖν πιστεύειν, ὅπερ οὐ βουλόμεθα, ἢ ὑποπτεύειν, ὥστε καὶ παραγράφοντας ἡμᾶς, ὃ δὴ πολλοὶ τῶν ἐξηγησαμένων ἐποίησαν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν διὰ τοῦτο σιγῶσι τὰ βιβλία, καὶ κατακρύπτουσιν ἑκόντες, ἐξ ὧν ἂν ἑκάστοτε παραγράφωσι τὰς λέξεις, ἡμεῖς δὲ οὐκ αὐτὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους αὐτοὺς καὶ τὰ κεφάλαια μηνύομεν, ὑπὲρ τοῦ ῥᾷον εὑρίσκειν τὰ βουλόμενα· ἴσμεν γὰρ ὅτι βεβαιοτέραν πίστιν ὧν λέγομεν ἕξουσιν οἱ πᾶν ἀναγνόντες τοῦ βιβλίου τὸ χωρίον, ἐξ οὗ τὴν ῥῆσιν παραγράφομεν. τῶν μὲν δὴ προειρημένων ἀῤῥώστων ἠνάγκασεν ἡμᾶς ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου μνημονεῦσαι, βουληθέντας [261] δηλῶσαι, καθ᾽ ὅντινα τρόπον ἐνίοτε μὲν ἡ παραφροσύνη μόνη τὴν δύσπνοιαν ἐργάζεται, νικῶσα τὴν ἐναντίαν διάθεσιν, ἐνίοτε δὲ νικηθεῖσα τελέως ἐξίτηλος γίνεται· καὶ ποτὲ μὲν ὡς τὸ πολὺ κρατεῖ, σπανίως ἐμπιπτούσης τῆς διαφερούσης (185) δυσπνοίας, ποτὲ δὲ κρατεῖται κατὰ τὸ σπάνιον αὐτὴ που παρεμφαινομένη. καὶ ἤδη δῆλον

aut a principio, aut a conftitutione numerandi exordio facto, ut ne quis cunctetur ob haec, et circa inventionem pigritetur aut citra experimentum nobis credat, quod minime expetimus, aut nos fuspectos habeat tanquam qui fcripta depravemus, quod multi interpretes fecerunt. Verum illi propterea libros filent ac volentes celant, ex quibus frequenter adfcribunt dictiones; nos vero non ipfos folum, fed et locos ipfos ac capita indicamus, quo quae volumus facilius reperiri queant; fcimus enim firmiorem fidem habituros illos eorum, quae dicimus, qui totum libri locum legerint, ex quo textum afcribimus. Caeterum praedictorum aegrorum mentionem nos facere fermonis fequela coëgit, quum vellemus oftendere, quonam modo interdum folum delirium fpirandi difficultatem efficiat, contrariam evincens affectionem; interdum vero penitus fuperatum etiam ipfum evanescat, atque interdum quidem, ut plurimum exuperet, raro intercidente diverfa fpirandi difficultate; aliquando vero exuperetur, raro ipfum apparens. Et jam fane perfpicuum

ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἐλέγομεν, ὡς ᾧ μὲν τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν πνεῦμα, πάντως καὶ παραφροσύνη, ᾧ δὲ παραφροσύνη, οὐ πάντως τούτῳ μέγα καὶ ἀραιὸν τὸ πνεῦμα.

Κεφ. ι΄. Ὅπερ δ᾽ ἔτι λείπει τῶν προτεθέντων, προσθῶμεν τῷ λόγῳ, πάντας ἐπελθόντες τοὺς ἔν τε τῷ πρώτῳ καὶ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἀῤῥώστους γεγραμμένους ἀπὸ τοῦ πρώτου μέχρι τοῦ πάντων ὑστάτου, τὴν τάξιν τῷ λόγῳ τὴν αὐτὴν ἐντιθέντες ἥπερ δὴ καὶ τῆς γραφῆς ἐστιν αὐτῷ. ὁ μὲν δὴ πρῶτος ἁπάντων Φιλίσκος, ὅτι μὲν καὶ παρεφρόνησε, καὶ μέγα καὶ ἀραιὸν ἔσχε τὸ πνεῦμα, διὰ τῶν ἔμπροσθεν λόγων ἐδείξαμεν, αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους παραθέμενοι τὴν ῥῆσιν· ὅτι δὲ οὐδὲ ἦν τις πόνος αὐτῷ κατ᾽ οὐδὲν μορίων, ὧν πασχόντων ἐλέγομεν μικρὰν καὶ πυκνὴν γίγνεσθαι τὴν ἀναπνοὴν, νυνὶ δείξομεν, αὐτῆς κἀνταῦθα τῆς τοῦ παλαιοῦ λέξεως ὑπομνήσαντες, ἐχούσης ὧδε· σπλὴν ἐπήρθη περιφερεῖ κυρτώματι. οὔκουν οὔτ᾽ ἄλλως ὀδυνηρὸν τὸ σπλάγχνον ὁ σπλὴν, οὔτε θλίβει τὰς φρένας ὁμοίως ἥπατι καὶ γαστρὶ, πλὴν εἰ μὴ μέγιστόν ποτε ὄγκον σχοίη κατὰ τὴν κεφαλὴν, ὅπερ οὐκ ἦν τῷ Φιλίσκῳ, καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἱκανὸς ἐγένετο νικῆσαι τὴν ἐκ τῆς

eſt id, quod a principio dicebamus, nempe cui magnus et rarus eſt ſpiritus, huic omnino eſſe etiam delirium; cui vero delirium, huic non omnino magnum et rarum eſſe ſpiritum.

Cap. X. Quod autem propoſitis deeſt, id orationi addamus, omnes aegrotos tum in primo tum in tertio epidemiorum ſcriptos percurrentes, a primo usque ad ultimum omnium eundem orationi ordinem ponentes, quem ipſe in ſcribendo obſervavit. Primus itaque omnium Philiscus, quod quidem delirarit ac magnum et rarum ſpiritum habuerit, ſuperioribus ſermonibus Hippocratis dictionem inferentes demonſtravimus; quod vero nullus dolor ipſi fuerit in ulla partium, quibus affectis parvam ac denſam fieri reſpirationem dicebamus, nunc oſtendemus, ipſa etiam hic ſenis dictione in memoriam revocata, quae ſic habet: *Splen intumuit orbiculari gibbo.* Neque igitur alias dolori obnoxium viscus ſplen, neque ſeptum transverſum premit, ſicut hepar et venter, niſi maximum ſane habeat tumorem circa caput, quod in Philisco non erat, et ob id ſplen ipſe ſufficiens mi-

Ed. Chart. VII. [261.] Ed. Baſ. III. (185.)

παραφροσύνης δύσπνοιαν ὁ σπλὴν, μήτ' ἐπώδυνος ὢν μήτε θλίβων τὰς φρένας. ὁ δ' ἐφεξῆς τούτῳ γεγραμμένος Σιληνὸς, οὗ καὶ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις μετὰ τὸν Φιλίσκον ἐμνημονεύσαμεν, ὅτι μὲν ἀραιὸν καὶ μέγα καὶ αὐτὸς ἔσχε τὸ πνεῦμα, καὶ ὅτι παρεφρόνησεν, ἐν ἐκείνοις ἐδείξαμεν· ὅτι δὲ οὐδεμία διάθεσις ἦν αὐτῷ νικῆσαι δυναμένη παραφροσύνην, ἐν τῷδε δειχθήσεται. ἡ γάρ τοι τῆς τρίτης τοῦ νοσήματος ἡμέρας διήγησις ἔχει καὶ τοῦτο γεγραμμένον· ὑποχονδρίου ξύντασις, ἐξ ἀμφοτέρων παραμήκης, πρὸς ὀμφαλὸν ὑπολάπαρος. οὐκοῦν καὶ πρὸς ὀμφαλὸν ἀπεχώρει ἡ σύντασις, οὔτ' ὀδύνη τις οὔτ' ὄγκος ἀξιόλογος. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς τελευτῆς εἰρημένον, ὑποχονδρίου παλμὸς, οὐχ ἱκανὸν οὐδ' αὐτὸ τὴν ἐκ τῆς παραφροσύνης ἀλλοιῶσαι δύσπνοιαν. ἐῤῥέθη γὰρ ἤδη μυριάκις, ἤτοι πόνον δεῖν εἶναι περί τι τῶν κατὰ τὰς ἀναπνοὰς κινουμένων μορίων, ἢ στενοχωρεῖσθαί τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἵνα μικρὸν καὶ πυκνὸν γένηται τὸ πνεῦμα. οὐκ οὖν οὐδ' οὗτος ὁ Σιληνὸς, ὥσπερ οὐδ' ὁ πρότερος ὁ Φιλίσκος, εἶχέ τινα διάθεσιν ἑτέραν, ἀλλοιοῦν δυναμένην τὴν ἀναπνοὴν, ὅτι μὴ παρα-

nime erat, ut ſpirandi difficultatem ex delirio inductam ſuperaret, quum neque dolorem, neque ſeptum tranſverſum premeret. At vero Silenus, qui deinceps ſcriptus eſt, cujus item in ſuperioribus ſermonibus poſt Philiscum mentionem fecimus, quod rarum et magnum etiam ipſe habuerit ſpiritum, et quod delirarit, illic oſtendimus; quod vero nullam affectionem habuerit, quae delirium ſuperare poſſet, hoc loco demonſtrabitur. Etenim tertii diei ipſius morbi enarratio et hoc ſcriptum habet: *hypochondrii diſtentio, ex utraque parte oblonga, ad umbilicum ſubmollis.* Igitur et ad umbilicum ſecedebat diſtentio, neque dolor quispiam neque tumor memorabilis *erat.* Quin et quod in fine dictum eſt, *hypochondrii palpitatio,* neque ipſum ſufficiens eſt difficilem ex delirio reſpirationem alterare. Dictum enim ſexcenties jam eſt, aut dolorem eſſe oportere in aliqua parte, quae per reſpirationes moveatur, aut aliquod ex reſpiratoriis organis coarctari, ut parvus et denſus ſpiritus fiat. Igitur neque Silenus hic, ut neque prior Philiscus, aliquam aliam affectionem habuit, quae reſpirationem alterare poſſet, praeter-

φροσύνην. οὔτε γὰρ πόνος οὔτε θλίψις τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἀλλ' οὐδὲ κατάψυξίς τις ἦν, οἵαν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐδείξαμεν Πυθίωνί τε καὶ τῇ Δεάλκους γυναικὶ γινομένην. τοὺς μέντοι τρεῖς τοὺς ἑξῆς τούτων γεγραμμένους, Ἡροφῶντα καὶ τὴν Φιλίνου γυναῖκα καὶ τὴν Ἐπικράτους, εὕροις ἂν ἀκριβῶς ἀναλεγόμενος τὰς ὑπὲρ αὐτῶν διηγήσεις ἐλάττονα τὴν [262] παραφροσύνην ἔχοντας, ἢ ὥστε κατὰ ταύτην ἀλλοιωθῆναι ἀναπνοήν. ἀλλ' Ἡροφῶντι μὲν ὅ τε σπλὴν ἐπήρθη, καὶ ὑποχονδρίου, φησὶ, ξύντασις, οὐκέτι προσθεὶς, ὑπολάπαρος, οὐδὲ, παραμήκης, οὐδὲ, πρὸς ὀμφαλὸν, ὥστε τούτῳ τὰ κατὰ τὰς φρένας ἐφλέγμηνεν, αἵπερ ἐδείχθησαν ἡμῖν ἐν τοῖς περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς αἰτίων τὸ πρῶτόν τε καὶ κυριώτατον αὐτῶν ὄργανον. ἡ δὲ τοῦ Φιλίνου γυνὴ ἤλγεε, φησι, καρδίην καὶ ὑποχόνδριον δεξιόν· ἡ δέ γε τοῦ Ἐπικράτους, οὐ τὴν καρδίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ πλευροῦ, φησιν, ἀριστεροῦ βάρος μετ' ὀδύνης εἶχε. διὰ τοῦτ' οὖν οὐδὲ προσέγραψεν οὐδενὶ τούτων πνεῦμα μικρὸν καὶ πυκνὸν, ἀλλ' ὅλως ἐσιώπησεν, ἔθος ἔχων, ὡς καὶ πρόσθεν ἐδείξαμεν, τὰ σαφῶς

quam delirium. Neque enim dolor, neque compreffio organorum refpirabilium, imo neque perfrigeratio aliqua aderat, qualem in tertio epidemiorum Pythioni et Dealcis uxori factam effe oftendimus. Caeterum tres deinceps ab his fcriptos, Herophontem et Philini et Epicratis uxorem, reperias, fi diligenter enarrationes de ipfis perlegeris, minus delirium habere, quam ut ex hoc refpiratio alterari poffit. Sed *Herophonti fplen elatus eft, et hypochondrii,* ait, *diftentio,* neque apponens, *fubmollis*, neque *oblonga*, neque *ad umbilicum;* quare huic partes circa feptum transverfum inflammatae fuerunt, quod primum et principaliffimum refpirationum organum effe, a nobis in commentariis de caufis refpirationis eft monftratum At vero, *Philini uxor dolebat,* inquit, *cor et hypochondrium dextrum. Epicratis vero uxor* non folum *cor dolebat,* fed et *lateris,* ait, *finiftri gravitatem cum dolore habuit.* Ob id igitur neque afcripfit ulli horum parvum et denfum fpiritum, fed penitus obticuit, morem hunc habens, ut etiam antea indicavimus, ut quae

ἅπασι γινωσκόμενα παραλείπειν. σαφεστάτη δὲ καὶ πᾶσι γνώριμος ἦν, ὡς καὶ τοῦτ᾽ ἐδείξαμεν, ἡ κατὰ μικρότητα καὶ πυκνότητα δύσπνοια, ἣν ἐδυσπνόουν ἐξ ἀνάγκης οἱ προγεγραμμένοι τρεῖς ἄῤῥωστοι. καὶ μέντοι καὶ ὁ μετ᾽ αὐτοὺς γεγραμμένος Κλεανακτίδης, ἐξ ἀνάγκης μὲν καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐδυσπνόει διὰ τὴν ὀδύνην τῆς ἀριστερᾶς πλευρᾶς, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπὶ τούτου γέγραπταί τι περὶ δυσπνοίας, ὡς ἂν καὶ χωρὶς τοῦ γραφῆναι νοηθῆναι δυναμένης. οὐ μὴν παρεφρόνησέ γε οὗτος ὁ Κλεανακτίδης· ὁ δέ γε μετ᾽ αὐτὸν γεγραμμένος Μέτων οὔτ᾽ ὀδυνῆσαι δυναμένην διάθεσιν οὔτε στενοχωρῆσαί τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἔσχεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ παραφροσύνης ὑπόθεσιν οὐδεμίαν νοσώδη, παράδοξον δέ τι καὶ οὐκ εἰθισμένον ἀπαντᾷν συνέπεσεν αὐτῷ. τῇ γὰρ ε´ τῶν ἡμερῶν αἱμοῤῥαγήσας τε καὶ ἱδρώσας ἐκρίθη τελέως. ἡμοῤῥάγει οὖν ἔτι καὶ μετὰ κρίσιν ἄγρυπνος ὤν, ἀλλὰ καὶ παρέλεγέ, φησι, καίτοι πρὶν κριθῆναι μηδ᾽ ὅλως παραφρονήσας. διὰ τοῦτο οὖν καὶ ἡμεῖς ἔφαμεν αὐτῷ μηδεμίαν γενέσθαι νοσώδη διάθεσιν παρα-

omnibus manifeste cognoscuntur, relinquat. Manifestissima autem et omnibus nota erat, ut item ostendimus, respirandi difficultas in parvitate ac densitate, quam necessario praescripti tres aegri habebant. Quin et Cleanactides, qui post ipsos scriptus est, itidem necessario similiter difficulter spirabat ob sinistri lateris dolorem; verum neque in hoc quicquam scriptum est de difficilis spirationis specie, ut quae citra scriptionem intelligi possit, neque vero deliravit hic Cleanactides. Qui vero post eum scriptus est Meton, neque quae dolorem inferre posset, neque quae aliquod respirandi organum coarctare valeret, affectionem habuit, imo neque delirii ullum morbosum argumentum; verum quid praeter opinionem et quod occurrere non valde solet, ipsi accidit. Quinto enim die sanguine ex naribus effuso cum sudore, perfecte judicatus est. Sanguinem igitur effundebat adhuc etiam post judicationem, vigil existens; imo et *praeterloquebatur*, inquit, quamvis ante judicationem penitus non deliraret; et ob id etiam nos diximus nullam morbosam affectionem deli-

φροσύνης. ἀλλ' οὕτως παρέλεγεν, ὡς τοῖς μεθύουσι συμβαίνει, πληρώσει τῆς κεφαλῆς. δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τὸ, παρέλεγεν, ὄνομα γέγραπται πρὸς Ἱπποκράτους, ἐνδεικνυμένου τὴν πρὸς μέθην ὁμοιότητα γενομένην αὐτῷ ἐκ τῆς περὶ τὴν κεφαλὴν πληρώσεως. ἧκε γὰρ ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐκ τῶν συμβάντων ἐστὶ τεκμήρασθαι, πλῆθος οὐκ ὀλίγον αἵματος, ἐφ' ᾧ δὴ καὶ τὸ σύμπαν ἐκρίθη νόσημα, δεξαμένης τῆς κεφαλῆς ἅπασαν αὐτοῦ τὴν διάθεσιν. ἀλλὰ τοιούτου τοῦ αἵματος οὐκ ὀλίγον μὲν εὐθὺς ἐν τῇ ε' τῶν ἡμερῶν λάβρως ἐξεκρίθη σὺν ἱδρῶτι, πολὺ δέ τι πλέον τοῦ κενωθέντος ὑπέμεινεν ἐν τῇ κεφαλῇ, βαρῦνόν τε αὐτὴν καὶ παραλέγειν τὸν ἄνθρωπον ἀναγκάζον· ὅθεν Ἱπποκράτης λουτροῖς ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς εἰπὼν, ἡμοῤῥάγει πολλάκις μετὰ κρίσιν. ὥστ' ἐπί γε τούτου οὐ μόνον οὐκ ἔγραψεν οὐδένα τρόπον δυσπνοίας, ἀλλ' οὐδὲ εἰ γεγένηται τὴν ἀρχὴν δύσπνοος. οὐ γὰρ τοῖς παραλέγουσιν ὁπωσοῦν, ἢ τοῖς μεθύουσιν, ἀλλὰ τοῖς παραφρονοῦσι μόνοις μέγα γίνεται καὶ ἀραιὸν τὸ πνεῦμα. καὶ διὰ τοῦτ' ἐν τῷ προγνωστικῷ φησιν· μέγα δ' ἀναπνεόμενον, καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου παραφροσύνην

rii ipſi affuiſſe. Verum ſic delirabat hic, ut ebriis contingit, ex capitis repletione; ob hoc autem et vocem *praeterloquebatur* Hippocrates ſcripſit, ut oſtenderet ſimilitudinem ebrietatis ipſi factam ex capitis repletione. Pervenit enim non pauca ſanguinis copia ad ipſum, ut ex his, quae contigerunt, conjectare licet, ob quam ſane totus morbus eſt judicatus, ſuſcipiente nimirum capite omnem ipſius affectionem. Verum ex hoc ſanguine non parum ſtatim quinto die impetuoſe excretum eſt cum ſudore; multo vero plus quam evacuatum eſt, in capite remanſit, quod ipſum gravavit, et hominem delirare coëgit. Unde Hippocrates balneis capitis uſus eſt, inquiens, *ſanguinem e naribus ſaepe poſt criſin fundebat.* Quare in hoc non ſolum nullum difficilis reſpirationis modum ſcripſit, ſed neque an principio difficulter ſpiraverit. Non enim quomodocunque deliria loquentibus, aut temulentis, ſed ſolis delipientibus magnus et rarus fit ſpiritus; ob idque in praenotionibus ait: *Spiritus magnus et per longum*

σημαίνει. ἀλλ' ὅ γε μετ' αὐτὸν ἄῤῥωστος Ἐρασῖνος ἐξ ἀνάγκης μὲν ἐδυσπνόει, παραλέλειπται δ' ἡ δύσπνοια διὰ τὴν πολλάκις εἰρημένην αἰτίαν. ὅλως γὰρ οὐδαμοῦ φαίνεται προειπὼν οὐδεμίαν διάθεσιν ὀδυνηρὰν ἢ θλίβουσάν τι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, εἶθ' ἑξῆς ταύτης παραγράφων τὴν ἑπομένην δύσπνοιαν, ἀλλὰ πανταχοῦ παραλείπων, ὡς ἅπασι γνώριμον. ὅτι δ' ἦν τοιαύτη διάθεσις τῷ Ἐρασίνῳ, [263] σαφὲς ἐποίησεν εἰπών· ὑποχόνδρια μετέωρα, σύντασις μετ' ὀδύνης· μέγεθος γάρ τοι φλεγμονῆς ἐμφαίνεται, δι' ἣν καί τοι παραφρονήσας ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἐδυσπνόησε τὴν τῆς παραφροσύνης ἰδίαν δύσπνοιαν, ἢ πάντως ἂν καὶ ταύτης ἐμνημόνευσεν Ἱπποκράτης. ὥσπερ γὰρ τὴν ἐπὶ ταῖς ὀδύναις, τὴν μικρὰν καὶ πυκνὴν, ἀεὶ παραλείπων ὅδε εὑρίσκεται, διότι σαφής ἐστιν, οὕτω τὴν ἐπὶ ταῖς παραφροσύναις εἰδὼς ἀμφισβητουμένην, οὐδαμοῦ παρέλιπεν, οὐδὲ παρῆλθεν ἀόριστον. τὰ γὰρ ἐπὶ Κρίτωνος τοῦ μετ' αὐτὸν ἑξῆς γεγραμμένου σαφῆ τὴν αἰτίαν ἔχει. δευτεραίου γὰρ ἀποθανόντος αὐτοῦ παραδοξοτάτως,

tempus, desipientiam significat. At aegrotus, qui post ipsum *scriptus est*, Erasinus, necessario difficulter spirabat; at praetermissa est spirandi difficultas ob saepe dictam causam. Nusquam enim prorsus ullam molestam affectionem, aut respirandi organa prementem praedixisse apparet, atque deinceps sequentem difficilem spirationem ascripsisse, sed ubique velut omnibus notam reliquisse. Quod vero fuerit ejusmodi affectio ipsi Erasino, clarum fecit quum dixit: *hypochondria sublimia, distentio cum dolore.* Magnitudinem enim inflammationis declarat, ob quam, tametsi homo delirabat, non tamen difficilem spirationem delirio propriam passus est, aut certe hujus omnino mentionem Hippocrates fecisset. Quemadmodum enim parvam et densam in doloribus contingentem semper omittere reperitur, propterea quod est manifesta; ita quum eam, quae in deliriis contingit, norit ambiguam, nusquam reliquit neque indefinitam praeteriit. Nam quae in Critone post eum deinceps scripto acciderunt, manifestam causam habent. Quum enim secundo die mortuus

Ed. Chart. VII. [263.] Ed. Baf. III. (185. 186.)

ὡς ἐξ αὐτῆς τῆς διηγήσεως ἔνεστι μαθεῖν, εἰκότως παρέλιπεν εἰπεῖν τι περὶ δυσπνοίας (186) ὁ Ἱπποκράτης, ἢ οὐ παραφυλάξας τὴν γενομένην δύσπνοιαν, ἢ οὐκ ἀξιώσας μνημονεύειν. ἔστι γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν εὔλογον, τὸ μὲν μὴ παραφυλάξαι, διά τε τὸ τάχος τοῦ θανάτου καὶ τὸ τῶν συμπτωμάτων ἐκπληκτικόν· οὐ γὰρ δὴ μικρόν γε θαῦμα περιερχόμενον ἄνθρωπον, καὶ τὰ συνήθη πράττοντα, κἄπειτα τὸν μέγαν ἐν τῷ ποδὶ δάκτυλον ἀλγήσαντα σφοδρῶς, τῇ πρώτῃ μὲν ἡμέρᾳ μικρὸν ὑποθερμανθῆναι, τῇ δ' ἑξῆς ἀποθανεῖν. οὔτ' οὖν διατριβῆς ἐν τῷ μεταξὺ γενομένης, ἀλλ' ἐν τάχει μὲν ἀποθανόντος τἀνθρώπου, παραφρονήσαντος δ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐκμανέντος, ὥς φησιν, οὐχ οἷόν τε ἦν παραφυλάττειν, ὅπως ἀνέπνει. τοῖς μὲν γὰρ ἐκμανεῖσιν οὐδ' ἐγγὺς ἐλθεῖν ὑπομένομεν, ἀλλ' ἐξιστάμεθα παντὶ τρόπῳ δεδιότες, μή τι κακὸν ἡμῖν προστρίψωνται. ἢ οὖν οὐ παρεφύλαξεν, ὡς εἴπομεν, ἢ οὐκ ἠξίωσε μνημονεῦσαι τοῦ τῆς δυσπνοίας εἴδους διὰ τὸ παράδοξον τῆς ὅλης συνδρομῆς, ᾗ μόνῃ προσέχειν τὸν νοῦν

fit inopinatiffime, ut ex ipfa narratione difcere licet, merito de refpirationis difficultate quicquam dicere omifit Hippocrates, aut quod qualis ea fuerit non obfervarit, aut quod mentionem ejus facere non fit dignatus; utrumque enim ipforum rationi confentaneum exiftit: quod non obfervaverit quidem, tum ob mortis celeritatem, tum propter fymptomatum admirabilitatem; non enim mediocriter mirum, hominem obambulantem, et confueta vitae munia obeuntem, deinde magno pedis digito vehementer dolorem, primo die paululum fubcaluiffe, fequenti deinde mortuum effe. Quum igitur nulla mora interea facta fit, fed repentinae homo morti conceflerit, defipuerit autem non fimpliciter, fed, ut ait, *furens infanierit*, non potuit obfervari quomodo refpiraverit. Etenim furiofos ne prope quidem accedere fuftinemus, verum omnibus modis ab illis recedimus, metuentes ne quid mali etiam nobis affricent. Aut igitur non obfervavit, ut diximus, aut non dignatus eft fpeciei difficilis refpirationis mentionem facere, propter inopinatum omnium fymptomatum concurfum, ad quem folum nos mentem adhibere con-

Ed. Chart. VII. [263.] Ed. Baf. III. (186.)

ἡμᾶς ἄξιον, καὶ μὴ περιέλκεσθαι πρὸς τὰ δι' ἄλλων ἀῤῥώστων εὑρεθῆναι δυνάμενα. ἑξῆς δὲ γράφει τὸν Κλαζομένιον, ὃς ἤλγει, φησὶ, κεφαλὴν καὶ τράχηλον καὶ ὀσφὺν ἐξ ἀρχῆς· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ ἱκανὰ μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐργάσασθαι τὸ πνεῦμα, πλὴν εἴπερ ἄρα ὁ τράχηλος. ἔστι δὲ καὶ ὅθι τοῦτο προϊόντος τοῦ λόγου διορισθήσεται· τὸ δὲ ὑποχόνδριον τὸ μετ' ὄγκου ἐπηρμένον ἱκανὸν, ὥστ' εἰ καὶ παρεφρόνησεν οὗτος, οὐκ ἐδυσπνόησε τὴν οἰκείαν τῇ παραφροσύνῃ δύσπνοιαν, κρατησάντων τῶν εἰρημένων ἐπωδύνων παθημάτων. ἡ μέντοι μετὰ αὐτὸν Δρομάδεω γυνὴ, ἣν καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς τοῦδε τοῦ λόγου παρεθέμην, οὐ μόνον παρεφρόνησεν, ἀλλὰ καὶ μέγα καὶ ἀραιὸν ἔσχε τὸ πνεῦμα, μηδενὸς μήτε περὶ θώρακα, μήτε καθ' ὑποχόνδριον γενομένου παθήματος, ὃ μικρὰν καὶ πυκνὴν ἐπεφύκει τὴν ἀναπνοὴν ἐργάσασθαι. ταῦτ' ἄρα καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἀκριβῶς πάντα τὰ καταλαβόντα τὴν ἄνθρωπον γράφων, ἤρξατο πονέειν τὴν πρώτην περὶ ὑποχόνδριον, ἔφη, ἀσώδης, ἀλύουσα· μοχθηρῶν δηλονότι χυμῶν

venit, et non diftrahi ad ea, quae per alios aegrotos inveniri poffunt. At deinceps Clazomenium defcribit, qui *caput et collum ac lumbos,* inquit, *a principio dolebat;* verum haec non fufficiebant ad fpiritum parvum ac denfum efficiendum, nifi de collo fane hoc dicere velimus; verum de hoc in progreffu fermonis determinabimus; at vero hypochondrium cum tumore elatum fufficiens erat. Quare tametfi hic defipuit, non tamen propriam defipientiae refpirationis fpeciem habuit, quum praedictae dolorificae affectiones exuperarent. Caeterum Dromadae uxor, quae poft hunc fequitur, quam etiam ftatim a principio hujus fermonis appofui, non folum defipuit, fed et magnum et rarum fpiritum habuit, quum neque thoraci neque hypochondrio ulla affectio ineffet, quae parvam et denfam fpirationem efficere ex natura fua poffet. Ob id igitur et Hippocrates omnia, quae mulierem ipfam invaferant, accurate defcribens, *primo die circa hypochondrium,* inquit, *dolere coepit, naufeabunda, anxia;* pravis videlicet humoribus iftic os ventriculi mordentibus,

Ed. Chart. VII. [263. 264.] Ed. Baf. III. (186.)

αὐτόθι δακνόντων τὸ στόμα τῆς γαστρὸς, οὐ μὴν φλεγμονῆς γε οὐδεμιᾶς ὑπαρχούσης, οὐδ᾽ ἄλλου παθήματος οὐδενὸς, ὑφ᾽ οὗ μικρὸν καὶ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα· καὶ μὲν δὴ καὶ βραχὺ προελθὼν κατὰ τὴν διήγησιν ὁ Ἱπποκράτης, εἶτα γράψας, ὑποχονδρίου πόνος, τὸ ἀσώδης προσέθηκεν, εἶθ᾽ ἑξῆς πάλιν, διψώδης· οὔτ᾽ οὖν τῶν καθ᾽ ὑποχόνδριον ἢ θώρακά τι γινομένων ἱκανὸν ἦν κρατῆσαι τῆς παραφροσύνης, [264] ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἐσβέννυτο, καθάπερ ἐδείξαμεν ἑτέροις οὕτω συμβὰν, ὥστ᾽ εὐλόγως μηδεμιᾶς διαθέσεως τῶν ἀντιτεταγμένων τῇ παραφροσύνῃ, τὴν ἀναπνοὴν ἀλλοιῶσαι δυνηθείσης, μέγα ταύτῃ καὶ ἀραιὸν τὸ πνεῦμα ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ προςγέγραπται τὸ, αὐτίκα ἀνεσπασμένον, τοῦτο ἐπισημήνασθαί με χρὴ νῦν, ἵνα μή τις ὑπολάβοι μέλλειν ἡμᾶς αὐτὸ ῥαθύμως παρέρχεσθαι. ἐξηγεῖσθαι δὲ οὐ νῦν καιρὸς, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μετὰ ταῦτα λόγῳ σὺν τοῖς ἄλλοις ὁμοίως εἰρημένοις ἐξετασθήσεται· ἐν δέ γε τῷ παρόντι τοὺς ὑπολοίπους ἔτι τρεῖς ἀῤῥώστους προχειρισόμεθα, παραφρονήσαντας μὲν καὶ αὐτοὺς, οὐ μὴν δυσπνοήσαντάς γε τὴν ἰδίαν τῆς παραφροσύνης

non tamen ulla inflammatione exiſtente, neque etiam ulla alia affectione, a qua parvus et denſus ſpiritus produci ſoleat. Et ſane in hac narratione paululum progreſſus Hippocrates, ubi ſcripſit hypochondrii dolor, vocem *anxia* appoſuit, ac deinde rurſus, *ſiticuloſa.* Neque igitur quicquam eorum, quae circa hypochondrium aut thoracem fiebant, ſufficiens erat delirium exuperare; ſed neque calor innatus extinguebatur, quemadmodum aliis ſic contigiſſe oſtendimus. Quare merito, quum nulla affectio ex delirio oppoſitis reſpirationem alterare poſſet, magnus et rarus ſpiritus huic foeminae fiebat. Quando vero aſcriptum eſt et hoc, *ſtatim revulſus,* hoc ipſum adhuc me annotare nunc oportet, ne quis ſuſpicetur nos id ſegniter praeterituros. Verum nunc ſane id exponere non eſt tempeſtivum, explicabitur autem ſequenti libro una cum aliis ſimiliter dictis. Caeterum praesenti libro reliquos adhuc tres aegros in manus ſumemus, qui quidem et ipſi deſipuerunt, non tamen propriam delirio

δύσπνοιαν. διὰ τοῦτ᾽ ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου γέγραπται, ὑποχονδρίου δεξιοῦ πόνος, φλεγμονὴ ὑπολάπαρος ἐκ τοῦ εἴσω μέρεος, τοῦ πρὸς τὰς φρένας δηλονότι. ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, κατὰ τὸ ὑποχόνδριον ἔπαρμα σὺν ὀδύνῃ, καὶ μετ᾽ ὀλίγον, ὑποχονδρίου πόνος, καὶ αὖθις ἑξῆς, περὶ δὲ κληῖδα ἀριστερὰν πόνος παρέμενεν. ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου τῶν ἀῤῥώστων, γυνὴ δὲ ἦν αὕτη, ὥσπερ καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς, κεφαλῆς, φησι, καὶ τραχήλου καὶ στήθεος πόνος ἰσχυρὸς, καὶ μετ᾽ ὀλίγον, οἱ πόνοι παρέμενον.

Κεφ. ια΄. Οὗτοι μὲν δὴ οἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἄῤῥωστοι ἐκ τοῦ πρώτου τῶν ἐπιδημιῶν εἰσιν, ἐφεξῆς οὕτως ὑφ᾽ Ἱπποκράτους, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς αὐτῶν ἐμνημονεύσαμεν, γεγραμμένοι· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν δώδεκα μέν εἰσιν οἱ πρὸ τῆς λοιμώδους καταστάσεως, ἑκκαίδεκα δὲ οἱ μετ᾽ αὐτὴν, ὁμολογοῦντες ἅπαντες οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα. καὶ οἶδα σαφῶς, ὅτι παραλιπὼν μὲν αὐτοὺς, καὶ τοῖς βουλομένοις ἐπισκοπεῖσθαι τὴν ἐν ἅπασιν ὁμολογίαν ἐπιτρέψας ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἀναλέγεσθαι τὰς ὑπὸ τοῦ παλαιοῦ γεγραμμένας

difficilis refpirationis fpeciem habuerunt. Ob id in primo quidem fcriptum eft: *hypochondrii dextri dolor, inflammatio fubmollis ex interna parte*, ex ea videlicet, quae ad feptum transverfum vergit. In fecundo vero: *In hypochondrio tumor elatus cum dolore;* et paulo poft: *hypochondrii dolor;* et rurfus deinceps: *Circa claviculam finiftram dolor permanebat.* In tertio autem aegroto, mulier vero erat haec, velut etiam praecedens, *Capitis,* inquit, *et colli et pectoris dolor fortis;* et paulo poft: *Dolores permanebant.*

Cap. XI. Atque hi quidem quatuordecim aegroti funt ex primo libro epidemiorum, eo ordine ab Hippocrate, quo etiam nos ipforum mentionem fecimus, confcripti; libro autem tertio epidemiorum duodecim funt ante peftilentem conftitutionem aegroti; fexdecim vero poft eam, qui omnes confentiunt cum iis quae initio fuppofuimus. Pro comperto autem habeo, me, fi omittam ipfos, et committam iis, qui volunt in omnibus confenfum intueri, ut privatim et per fe ipfos narrationes a fene confcriptas legant, non propterea,

διηγήσεις, οὐ διὰ τὸ φυλάττεσθαι μακρολογεῖν δόξω τοῦτο δρᾷν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰς ἐξ ἀρχῆς ὑποθέσεις ἐν ὅλῳ τῷ λόγῳ διασώζειν· εἰ δὲ πάντας ἑξῆς ἐπίοιμι, φλύαρός τις εἶναι δόξω καὶ ληρώδης, ἃ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἕκαστος ἱκανὸς ἦν ἐξετάζειν, αὐτὸς ταῦτα μάτην παραγράφων. οὐ μὴν δὲ ἀλλ᾽ εἰ πάντως με χρὴ θάτερον ὑπομεῖναι τῶν ἀτόπων, ἤτοι τὴν ὑποψίαν τῆς μοχθηρίας τῶν δογμάτων, ἢ τὴν μακρολογίαν, εὑρίσκω δὲ τῆς μὲν μακρολογίας παραμυθίας τινὰς, τῆς δ᾽ ὑποψίας οὐδεμίαν, εὐλογώτερον τὸ περὶ πάντων εἰπεῖν. τίνες οὖν αἱ τῆς μακρολογίας παραμυθίαι; πρώτη μὲν τὸ διὰ ταχέων ἐπιδραμεῖν τῷ λόγῳ τοὺς ἀῤῥώστους, μηκέθ᾽ ὁμοίως ἐγχρονίσαντα καθ᾽ ἕκαστον, ἀλλ᾽ ἢ μόνον ὑπομιμνήσκοντα· δευτέρα δὲ, τοὺς μηδὲ τῶν οὕτω βραχέων ὑπακούειν ἀνεχομένους ὑπερβαίνειν αὐτὰ παρακαλέσαι, μηδὲ γεγράφθαι νομίζοντας. ὡς γὰρ ἐν ἑστιάσει λαμπρᾷ, πολλῶν παρασκευασθέντων, ἄλλος ἄλλο προαιρεῖται, τὸ μὲν ὡς ἡδὺ, τὸ δ᾽ ὡς ὠφελῆσον, οὕτω χρὴ καὶ τῶν λόγων τὴν μὲν παρασκευὴν εἶναι δαψιλῆ, τὴν δ᾽ αἵρεσιν ἐπὶ τοῖς χρωμένοις.

ut longiores vitem fermones, hoc facere vifum iri, fed quod non poffim pronunciata a principio fuppofita per totum fermonem tueri. Si vero omnes deinceps recenfeam, nugator et loquaculus effe videbor, ut qui ea quae quisque per fefe expendere poterat, ipfe fruftra afcribam. At vero fi penitus me alterum abfurdum incurrere oportet, aut videlicet fuspicionem falfi dogmatis, aut loquacitatem, reperio autem loquacitatis aliqua folatia, fuspicionis vero nulla, fatius eft de omnibus dicere. Quae igitur funt loquacitatis folatia? Primum ut paucis percurram ipfos aegros, neque amplius fimiliter immorer fingulis, fed eorum folum memoriam refricem; alterum vero, ut adhorter eos, qui ne tam pauca quidem fuftinent audire, ea transgrediantur et ne fcripta quidem effe putent. Quemadmodum enim in fplendida epulatione quum multa fint apparata, alius aliud eligit, hoc quidem ut fuave, aliud vero ut profuturum, fic etiam fermonum apparatum opiparum effe oportet, electionem autem in utentibus.

Κεφ. ιβ΄. [265] Ὁ μὲν δὴ πρῶτος ἁπάντων ἄῤῥωστος, ᾧ Πυθίων ὄνομα, δῆλός ἐστιν ἐξ αὐτῆς τῆς διηγήσεως οὐδεμίαν ὑπόθεσιν ἔχων δυσπνοίας. ὁ δὲ δεύτερος, Ἑρμοκράτης, ἤρξατό, φησιν, ἀλγέειν κεφαλὴν, ὀσφῦν· ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος. οὐ μὴν ὅτι κάτω καὶ πρὸς ὀμφαλὸν ἔῤῥεπεν ἡ τάσις, ἢ ὅτι προμήκης ἦν, ἔτι προσέγραψεν, ᾧ δῆλον, ὅτι πρὸς τῶν φρενῶν φλεγμαινουσῶν ἀνεσπᾶτο τὸ ὑποχόνδριον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑπολάπαρον ἐφαίνετο, ὡς ἂν μηδεμίαν οἰκείαν ἔχον φλεγμονήν. οὗτος οὖν εἰ καὶ παρέπαιεν, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρου γε μείζονος ἐνικᾶτο ἡ παραφροσύνη, ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου καὶ τετάρτου καὶ πέμπτου καὶ ἕκτου. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ τρίτου ὑποχονδρίου δεξιοῦ ξύντασις ὑπολάπαρος γέγραπται· ἐπὶ δὲ τοῦ τετάρτου ὑποχόνδριον δεξιὸν συνετάθη, ἔῤῥεπεν εἰς τὰ εἴσω· ἐπὶ δὲ τοῦ πέμπτου τράχηλον ἐπωδύνως εἶχεν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἕκτου τῶν ἀῤῥώστων, γυνὴ δὲ ἦν αὕτη, προειπὼν ὁ Ἱπποκράτης, αὕτη ἀρχομένη τοῦ νοσήματος ἤλγει φάρυγγα, καὶ διὰ τέλεος ἔρευθος εἶχεν, γαργαρεὼν

Cap. XII. Primus itaque omnium aegrotus, nomine Pythion, ex ipſa narratione manifeſtum eſt, quod nullum difficilis reſpirationis argumentum habuerit. Secundus vero, Hermocrates, *Caput,* inquit, *dolere incepit et lumbos; hypochondrii diſtentio ſubmollis;* non tamen quod infra ad umbilicum ipſa tenſio proceſſerit, aut quod oblonga fuerit, adſcripſit; ex quo clarum fit, quod a ſepto transverſo inflammato hypochondrium revellebatur, et ob id etiam ſubmolle apparebat, ut quod nullam propriam haberet inflammationem. Hic igitur etiamſi delirabat, tamen ipſum delirium ab alio majore affectu ſuperabatur; quemadmodum etiam in tertio et quarto quintoque ac ſexto. Etenim in tertio *hypochondrii dextri diſtentio ſubmollis* ſcripta eſt. In quarto vero *hypochondrium dextrum diſtentum fuit, ad interna procubuit.* In quinto autem, *collum dolebat.* Verum in ſexto aegroto, erat autem haec mulier, praefatus Hippocrates: *Haec incipiente morbo dolebat fauces, et perpetuo ruborem habebat, gurgulio revulſus,*

ἀνεσπασμένος, ῥεύματα πολλὰ, λεπτὰ, σμικρὰ, δριμέα· ἔβησσε, πέπον δ' οὐδὲν ἀνῆγε· μετ' ὀλίγον ἐρεῖ, ἦν δέ τι καὶ ξυγγενικὸν φθινῶδες· ὥστε δήλη κἀπὶ ταύτης ἡ ἐπικρατοῦσα διάθεσις ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις συστᾶσα. τὴν μέντοι μετὰ ταύτην ἄῤῥωστον διηγούμενος, ἄρχεται τόνδε τὸν τρόπον· ἡ κυναγχικὴ ἡ παρὰ τὰ Ἀριστίωνος· προελθὼν δέ φησι· πνεῦμα μετέωρον· ὃ καὶ αὐτὸ προϊόντος ἐξηγησόμεθα τοῦ λόγου, νυνὶ δὲ τὸ προκείμενον περαντέον. ἐπὶ μὲν τοῦ ὀγδόου ἀῤῥώστου γέγραπται· ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπολάπαρος ἐξ ἀμφοτέρων· ἐπὶ δὲ τοῦ ἐννάτου, πόνοι περὶ ὑποχόνδριον. ἀλλ' αὕτη γε οὐ παρεφρόνησε, τὰς δ' ἑξῆς δύο γυναῖκας ἐξ ἀποφθορᾶς μέν φησι σχεῖν κακῶς, αἱ διαθέσεις δ' αὐτῶν, ἃς διηγεῖται, τὸ μὲν καθόλου ἀποφάναι φλεγμοναὶ τῶν ὑστερῶν εἰσι, κατὰ μέρος δὲ, ὅσα ταύταις ἕπεται παθήματα. μίαν δ' ἔτι τὴν λοιπὴν καρδίαν ἀλγῆσαί φησι, μὴ προσθεὶς, ἀσώδης, ἀλλὰ καὶ ἱδρῶσαι ψυχρὸν, καὶ δι' ὅλου τοῦ νοσήματος φρικώδη γενέσθαι, καὶ καταψυχομένην μεγάλως, καὶ

fluxiones multae, tenues, parvae, acres; tuſſiebat, maturum autem nihil educebat; paulo poſt ait: *Erat autem et quid congenitum tabidum.* Quare manifeſta etiam in hac ſit affectio praedominans, in ſpirabilibus organis conſiſtens. At vero eam quae inde ſequitur enarrans aegrotam, hoc modo auſpicatur: *Mulier anginoſa apud Ariſtionis;* progreſſus autem inquit, *Spiritus ſublimis;* quod ipſum etiam in progreſſu ſermonis exponemus, nunc vero quod propoſitum eſt abſolvamus. In octavo deinceps aegroto ſcriptum eſt: *hypochondrii tenſio ſubmollis utrinque.* In nono vero: *Dolores circa hypochondrium.* Verum haec ſane mulier non deſipuit. Quae vero ſequuntur duae mulierculae, *eas ex corruptione foetuum male habuiſſe* ait; affectiones vero, quas recenſet de ipſis, ut univerſim pronunciemus, uterorum inflammationes ſunt; particulatim vero, quae ad ejusmodi affectiones etiam alias conſequuntur. Poſtremam vero, quae adhuc reſtat, *cor doluiſſe* ait, non opponens vocem, *anxia.* Quin et *frigidum ſudaſſe, et per totum morbum horrore laboraſſe, ut magnopere perfri-*

μόγις ἀναθερμαινομένην, ἢ οὐδ᾽ ὅλως. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ αὐτὴ βραχύπνους μὲν ἦν πάντως κατ᾽ ἀμφοτέρας τὰς διαθέσεις, τήν τε τῆς ὀδύνης καὶ τὴν τῆς καταψύξεως, οὐ μὴν ἠξίωσέ γε οὐδ᾽ ἐπὶ ταύτης (187) εἰπεῖν περὶ δυσπνοίας ὁ Ἱπποκράτης, ὡς πάνυ σαφοῦς.

Κεφ. ιγ΄. Ἑξῆς δ᾽ ἐστὶν ἡ λοιμώδης κατάστασις, μεθ᾽ ἣν πάλιν πρῶτον μὲν ἄῤῥωστον γράφει τὸν Πάριον, ἐφ᾽ ᾧ κατὰ τὴν τελευτὴν τοῦ λόγου, ἔνθα τὰ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διηνεκῶς παραμείναντα γράφει, πρόσκειται καὶ τοῦτο· μετὰ πόνων ἄγρυπνος· δεύτερον δὲ τὸν ἐν Θάσῳ, περὶ οὗ φησι, βῆχες δὲ [266] συνεχέες, ὑγραὶ, πολλαί· τρίτος δέ ἐστι Πυθίων, ὃν ἐξηγήσασθαι φθάνομεν, καὶ τέταρτος ὁ φρενιτικὸς, καὶ πέμπτος ὁ ἀρξάμενος ἐξαίφνης τὸν δεξιὸν μηρὸν ἀλγεῖν, τοῦ ῥεύματος δ᾽ εἰς τὰ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐπανελθόντος, εὐθὺς μὲν παραφρονήσας, εὐθὺς δὲ καὶ ἀποθανὼν, ὁμοίως τῷ κατὰ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἀρξαμένῳ μὲν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν μέγαν δάκτυλον πόνου, δευτεραίῳ δὲ ἀποθανόντι· ὥστε οὐδ᾽ ἐπὶ τούτοις περὶ δυσπνοίας ὅλως οὐδὲν ἔγραψε, δι᾽ ἃς

geraretur et vix recalefceret, aut nullo modo. Quare manifeftum eft etiam hanc omnino fecundum utrasque affectiones, tum doloris tum perfrigerationis, brevifpiram fuiffe; non tamen dignatus eft in hac Hippocrates difficilis fpirationis mentionem facere, ut quae valde effet manifefta.

Cap. XIII. Subfequitur autem peftilens conftitutio, a qua rurfus primum quidem aegrum Parium defcribit, in quo circa finem fermonis, ubi quae in toto corpore continenter permanferunt, fcribit, hoc adjicitur: *Cum doloribus vigilans.* Secundum vero in Thafo, de quo ait: *Tuffes autem continuae, humidae, multae.* Tertius eft Pythion, quem jam antea explicavimus. Et quartus *phreniticus.* Et quintus, cui repente dextrum femur dolere incepit, et quum fluxio in caput confcendiffet, ftatim quidem deliravit, et ftatim item mortuus eft, fimiliter ut is, qui in primo epidemiorum, dolore ad magnum pedis digitum oborto, fecundo die mortuus eft. Quare in his de difficili refpiratione penitus nihil fcripfit, ob caufas quas in illo ipfo jam ante

Ed. Chart. VII. [266.] Ed. Baf. III. (187.)
ἐπ' ἐκείνου φθάνομεν αἰτίας εἰρηκέναι. ὁ δ' ἕκτος οὔτε παρεφρόνησεν οὔτ' ἄλλην τινὰ ἔσχε διάθεσιν δυσπνοίας ποιητικήν. ὁ δ' ἕβδομος ἄῤῥωστος ἡ παρθένος ἐστὶν, ἡ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος ἐνοχληθεῖσα τὴν κεφαλὴν οὕτως, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ὁ ἕβδομος γεγραμμένος, αἱμοῤῥαγήσας ἐκ ῥινῶν· ὥσθ' ὅσα φθάνομεν εἰρηκότες ὑπὲρ ἐκείνου, ταῦτα κἀνταῦθα μεταφερέσθω. ὁ δ' ὄγδοος ἄῤῥωστος Ἀναξίων ἐστὶν, ὃν διὰ τὸν ἔμπροσθεν ἐξηγησάμεθα. ὁ δ' ἔννατος, τῇ τε παρθένῳ καὶ τῷ αἱμοῤῥαγήσαντι ἐκείνῳ τῷ ἐκ τοῦ πρώτου τῶν ἐπιδημιῶν παραπλήσιον ἔσχε τῆς ὅλης νόσου τὴν ὑπόθεσιν. ὁ δὲ δέκατος, ὅσπέρ ἐστιν ὁ ἐν Ἀβδήροις Νικόδημος, παρέπαισε μὲν ἅπαξ ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν, εἶτα εἰκοσταῖος κριθεὶς ἱδρῶτι, καὶ δόξας ἀπύρετος γενέσθαι, αὖθις ἀνεπύρεξε καὶ αὖθις μικρὰ παρέκρουσε. γράφει δ' ἐπ' αὐτοῦ καὶ τάδε· οἱ δὲ παροξυσμοὶ καὶ οἱ πόνοι τούτῳ διὰ τέλεος· τίνων πόνοι; τάχ' ἄν τις ἔροιτο. καρδιαλγικὸν μὲν εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἔφησεν αὐτὸν γενέσθαι, μικρὸν δὲ προελθὼν, πόνοι πάντων ἔγραψε. ταῦτ' ἄρα καὶ ἡ παραφροσύνη μικρὰ

retulimus. Sextus deinceps neque desipuit neque aliam ullam affectionem difficilis respirationis effectricem habuit. Septimus autem aegrotus virgo est, quae ob sanguinis copiam ita caput vexata est, ut in primo epidemiorum septimus item scriptus aeger, cui sanguis ex naribus profluxit; quae iam de illo diximus, ea etiam huc transferantur. Octavus vero aegrotus Anaxion est, de quo in superioribus egimus. Nonus autem tum virgini tum illi primi libri epidemiorum, cui ex naribus sanguis profluxit, consimilem totius morbi hypothesim habuit. Decimus vero, qui est Abderitanus Nicodemus, deliravit quidem semel sexto die, tum vigesimo per sudorem judicatus, quum visus esset sine febre esse, rursus febricitavit et rursus paululum deliravit. Scribit de ipso etiam haec: *Exacerbationes autem et dolores huic ad finem.* Verum quarum partium dolores? quaesierit fortassis aliquis. Cordis equidem dolore ipsum statim in principio impetitum fuisse dixit, paululum autem inde progressus, *dolores omnium*, scripsit. Ob id igitur et

Ed. Chart. VII. [266.] Ed. Baf. III. (187.)

καὶ ὀλιγοχρόνιος γενομένη, τὴν ἀναπνοὴν οὐκ ἠλλοίωσε. εἶθ᾽ ἑξῆς ἐστι τὸ γύναιον τὸ ἐκ τῆς λύπης ἀρξάμενον, ἐφ᾽ ᾧ γράφει· πόνοι μεγάλοι συνεχεῖς, ἀλλὰ καὶ σπασμοὶ πολλοί, φησι. γράφει δ᾽ ἐν ἀφορισμοῖς περὶ σπασμῶν ὧδε· ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακὸν, σπασμὸν γὰρ σημαίνει· καὶ τοίνυν καὶ τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος τῇ γυναικὶ ταύτῃ, τὸ μέν τι κατὰ τὰς ὀδύνας, τὸ δέ τι κατὰ τοὺς σπασμοὺς ἐγένετο· διὰ τοῦτ᾽ οὖν καίτοι παραφρονήσασα, μέγα καὶ ἀραιὸν οὐκ ἔσχεν, οἷα νικηθὲν ὑφ᾽ ἑτέρων δυοῖν ἰσχυροτέρων διαθέσεων. μετὰ ταῦτα δὲ ἡ ἐν Λαρίσσῃ παρθένος, ἡ δωδεκάτη μετὰ τὴν λοιμώδη κατάστασιν γεγραμμένη, διὰ πλῆθος αἵματος νοσήσασα, καὶ κριθεῖσα τῇ τε διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίᾳ καὶ ἱδρῶτι καὶ γυναικείοις τότε πρῶτον ἐπιφανεῖσιν, οὐδεμίαν ἔσχε κατασκευὴν δυσπνοίας οὐδεμιᾶς. τῷ δὲ μετὰ ταῦτα Ἀπολλωνίῳ τῷ ἐν Ἀβδήροις ὑποχονδρίου δεξιοῦ, φησιν, ἔπαρμα σὺν ὀδύνῃ· ἀλλὰ καὶ ὅτι διὰ παντὸς ἦν μεγαλόσπλαγχνος καὶ συνήθης αὐτῷ περὶ τὸ ὑποχόνδριον ὑπῆρχεν ὀδύνη, καὶ τοῦτ᾽

delirium, quod exiguum et breve fuerit, refpirationem non alteravit. Deinceps confequitur muliercula, quae ex moerore in morbum incidit, in qua fcribit: *Dolores magni, continui; quin et convulfiones multae,* ait. At in aphorismis de convulfionibus hoc modo fcribit: *In febribus fpiritus intercifus, malum, convulfionem enim fignificat.* Itaque fpecies difficilis refpirationis huic mulierculae partim ob dolores, partim ob convulfiones fiebant; ob id igitur quamvis delira effet, tamen magnum ac rarum fpiritum non habebat, ut qui ab aliis duabus fortioribus affectionibus fuperatus effet. Poftea vero virgo Lariffaea duodecima poft peftilentem conftitutionem ab Hippocrate confcripta, quae ob fanguinis multitudinem aegrotavit, et per fluxum fanguinis ex naribus judicata eft, itemque per fudores et fluxum menftruorum tunc primum confpectorum, nullam ullius difficilis refpirationis difpofitionem habuit. At vero Apollonio Abderitano, qui inde fequitur, *hypochondrii dextri,* inquit, *elatio cum dolore.* Quin et quod femper fuerit magnis visceribus praeditus, et quod dolor in hypochondrio ipfi

ἐν ἀρχῇ γέγραπται τῆς διηγήσεως. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ παρεφρόνησε, μὴ δυσπνοῆσαι κατὰ τὸ τῆς παραφροσύνης εἶδος αὐτὸν, οὕτως μεγάλην διάθεσιν ὀδυνηρὰν ἐν ὑποχονδρίῳ κεκτημένον. ἑξῆς δὲ τούτου ἡ ἐν Κυζίκῳ τὰς διδύμους θυγατέρας τεκοῦσά ἐστιν, ὑπὲρ ἧς ὧδί πως ἔγραψε· κεφαλῆς καὶ τραχήλου βάρος μετ' ὀδύνης, ὥστε καὶ ἡ δύσπνοια κατὰ τοῦτο. λοιποὶ δ' ἐπὶ ταύτῃ δύο εἰσὶν ἄῤῥωστοι κατὰ τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἡ Δεάλκους γυνὴ καὶ ὁ ἐν Μελιβοίῃ [267] νεανίσκος, ἀμφότεροι παραφρονήσαντές τε καὶ μέγα καὶ ἀραιὸν ἔχοντες τὸ πνεῦμα, περὶ ὧν ἔμπροσθεν αὐτάρκως διελέχθη. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦθ' ἡμῖν τὸ βιβλίον ἱκανὸν ἤδη μέγεθος ἔχει, περὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων, ὅσα περὶ δυσπνοίας εἴρηται τῷ παλαιῷ, διὰ τοῦ μετὰ ταῦτα σκεψόμεθα.

extiterit familiaris, hoc ipfum in principio narrationis fcriptum eft. Nihil igitur miri eft ipfum, quamvis deliraverit, non tamen refpirationis fpeciem delirio propriam habuiffe, quum videlicet affectionem moleftam tantam in hypochondrio haberet. Deinceps ab hoc fequitur mulier, quae Cyzici gemellas puellas peperit, de qua fic fcripfit: *Capitis et colli gravitas cum dolore;* quare etiam fpirandi difficultas fecundum hanc affuit. Reftant poft hanc duo adhuc aegroti in tertio epidemiorum libro, uxor videlicet Dealcis et adolescens Meliboeus, qui ambo et deliraverunt et magnum ac rarum fpiritum habuerunt; de quibus in fuperioribus fufficienter diximus. Caeterum quum hic liber jam ad juftam magnitudinem pervenerit, de reliquis omnibus, quae de difficili fpiratione a fene tradita funt, fequenti libro fpeculabimur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΔΥΣΠΝΟΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

Ed. Chart. VII. [267.] Ed. Bas. III. (187.)

Κεφ. α'. Τὸν περὶ τῆς δυσπνοίας λόγον εἰς δύο διδασκαλίας τεμόντες, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τῶν ὑπομνημάτων, ὅσα χρὴ γινώσκειν ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν ἰατρὸν, ἅμα ταῖς οἰκείαις ἀποδείξεσιν ἐδηλώσαμεν· ἐν δὲ τῷ πρὸ τούτου δευτέρῳ καὶ αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ τρίτῳ τῶν Ἱπποκράτει περὶ δυσπνοίας εἰρημένων ἐν ἅπασι τοῖς συγγράμμασιν ἐξήγησιν ποιούμεθα· ὥστε τοὺς μὲν αὐτῶν τῶν ἔργων τῆς τέχνης μόνων ἐφιεμένους, μηδὲν δ', ὡς αὐτοί φασιν, πολυπραγμονεῖν ἀξιοῦντας ὑπὲρ τῶν τοῖς παλαιοῖς εἰρημένων, ἔχειν ἅπαν ἱκανῶς, ὃ σπουδάζουσιν, ἐκ τοῦ πρώτου λόγου· τοὺς δὲ καὶ τὴν Ἱπποκράτους γνώμην ἐπιμαθεῖν ὀρεγομένους τε ἅμα καὶ δυναμένους, ἐκ τῶνδε τῶν

GALENI DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBER TERTIVS.

Cap. I. Universo de difficultate spirandi sermone in duplicem doctrinam a nobis diviso, in primo quidem libro, quae medicum de ipso cognoscere oportet, una cum propriis demonstrationibus ostendimus; in secundo vero, qui hunc praecedit, et hoc ipso tertio omnium, quae ab Hippocrate de spirandi difficultate dicta sunt in omnibus ipsius scriptis, expositionem facimus. Quare qui ipsorum tantum artis operum studiosi sunt, nihilque de veterum dictis curiosius investigandum, velut ipsi ajunt, censent, omnia quae cupiunt, ex primo libro sufficienter habebunt: qui vero etiam Hippocratis sententiam discere expetunt simulque possunt,

γραμμάτων ἀναλέγεσθαι. τὸ μὲν οὖν ὀρέγεσθαι γνῶναι τὰ τοῖς ἀρίστοις εἰρημένα, κοινὸν ἁπάντων ἐστὶ τῶν φύσει φιλοκάλων· τὸ δὲ καὶ δυνηθῆναι μαθεῖν αὐτὰ, μακροτέρου χρόνου δεόμενον, οὐκέθ᾿ ὁμοίως πᾶσιν ὑπάρχει· πολλοὶ γὰρ ὑπὸ πολλῆς περιστάσεως πραγμάτων ἀποστεροῦνται τῆς περὶ τὰ κάλλιστα σχολῆς. ταῦτ᾿ ἄρα καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν καὶ τὸ κατεπεῖγον εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα διήλθομεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων, ἰδίᾳ δ᾿ ἑξῆς τὴν Ἱπποκράτους γνώμην [268] ἐξηγούμεθα διὰ τῶν ὑπολοίπων δυοῖν γραμμάτων, ὧν τὸ μὲν δεύτερόν ἐστι, τὸ δὲ τρίτον γινόμενον κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τάξιν. καὶ χρὴ τὸν μέλλοντα τοῖς ἐν αὐτῷ λεγομένοις ἀκολουθήσειν ὡμιληκέναι τῷ δευτέρῳ πρότερον ἐπιμελῶς, ἐν ᾧ πρῶτον μὲν τὴν ὅλην γνώμην ἐδείξαμεν τοῦ Ἱπποκράτους, ὅτι μηδὲν τῶν ἐπιτυχόντων, μηδ᾿ ὧν οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἴσασι, γράφειν ἀξιοῖ, δεύτερον δὲ καὶ κατὰ μέρος ἅπαντας ἐπήλθομεν τοὺς ἐν τῷ πρώτῳ τε καὶ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἀῤῥώστους, ἐπιδεικνύντες ἐπὶ πολλῶν μὲν, ὅτι εἰ καὶ δυσπνοεῖν ἀναγκαῖον ἦν τοῖς κάμνουσιν, ὅμως οὐκ ἔγραψε, καθάπερ οὐδ᾿ ἄλλα

ex his fane libris eam affequentur. Appetere itaque cognofcere ea, quae ab optimis dicta funt, commune eft omnium natura honeftatis ftudioforum; verum poffe etiam ipfa difcere, longiore tempore indiget, neque fimiliter omnibus licet; plerique enim prae multitudine negociorum ocio ad optima profequenda privantur. Haec fane quum nos non laterent, ea quae maxime ad artis opera pertinent, in primo horum commentariorum explicavimus; verum feorfum Hippocratis fententiam per reliquos duos libros exponimus, quorum alter fecundus eft, alter tertius ex ordine a principio conftituto. Et oportet eum, qui quae in ipfo dicuntur, affequuturus fit, prius diligenter fecundum librum verfaffe, in quo primum totam mentem Hippocratis oftendimus, quod nihil vulgare, neque eorum quae vulgus medicorum novit, fcribere dignetur; deinde vero et particulatim omnes ex primo et tertio epidemiorum aegrotos recenfuimus, demonftrantes, quod in multis, quanquam difficulter fpirare neceffe erat ipfos aegros, tamen non afcripfit; quemadmodum neque

πολλὰ τῶν ἐξ ἀνάγκης τοῖς γεγραμμένοις ἑπομένων, ἃ γάρ ἐστι καὶ χωρὶς τοῦ παρ᾽ ἐκείνου μαθεῖν, ἐξ ὧν εἶπεν ὁρμώμενον αὐτόν τινα ἐξευρεῖν, ταῦτ᾽ οὐκ ᾤετο χρῆναι γράφειν, ἐπὶ πολλῶν δὲ καὶ τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος αὐταῖς παραγράφει ταῖς τῶν νοσούντων διηγήσεσιν, ἐπειδὰν ἤτοι μὴ κατ᾽ ἀνάγκην ἕπηται τοῖς νοσοῦσιν, ἢ μὴ πρόχειρον ᾖ γνωσθῆναι τοῖς ἀναλεγομένοις αὐτοῦ τὰ γράμματα. τούτων οὖν ἐχόμενοι καὶ νῦν τῶν σκοπῶν, ἐπειδὴ τὸ πρῶτόν τε καὶ τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐξηγησάμεθα, πάλιν ἀπὸ τοῦ δευτέρου τὴν ἀρχὴν ποιησόμεθα, συνάπτοντες αὐτῷ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων. ὥσπερ δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ τρίτον οὐ μόνον ὑφ᾽ Ἱπποκράτους συγκεῖσθαι δοκεῖ τοῖς ἄριστα περὶ τούτων ἐγνωκόσιν, ἀλλὰ καὶ τῇ τῆς θεωρίας οἰκειότητι συνῆφθαι πρὸς ἄλληλα, τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον ἔχειν καὶ τὰ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ τὸ δ᾽ καὶ τὸ ἕκτον. ὡμολόγηται γὰρ οὖν ἤδη καὶ ταῦτα συνθεῖναι Θεσσαλὸν τὸν Ἱπποκράτους υἱὸν, τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐν διφθέραις τισὶν ἢ δέλτοις εὑρόντα ὑπομνήματα, προσθέντα δέ τινα καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα. τό γε

alia multa, quae fcriptis neceffario fuccedunt (quae enim quispiam ab iis, quae Hippocrates dixit, incitatus, citra hoc quod ab ipfo ea difcat, invenire poteft, haec non putavit fcribenda). In multis vero etiam ipfam difficilis refpirationis fpeciem ipfis narrationibus de aegrotis afcribit, quando aut non neceffario fequitur aegrotos, aut non prompta eft cognosci ab iis, qui ipfius fcripta legunt. His igitur fcopis etiam nunc intenti, poftquam primum et tertium epidemiorum in fuperioribus expofuimus, rurfus a fecundo initium faciemus, ipfique etiam reliqua Hippocratis fcripta connectemus. Quemadmodum autem primus et tertius non folum ab Hippocrate compofiti effe videntur iis qui optime de his judicant, fed etiam ob fpeculationis affinitatem mutuo inter fe connexi, eodem modo, opinor, habent ea, quae in fecundo, quarto ac fexto habentur. Concedunt enim jam etiam hos Theffalum Hippocratis filium compofuiffe, tum in parentis membranis quibusdam aut tabulis commentarios nactum, tum etiam aliqua eaque non pauca de fuo addentem. At

Ed. Chart. VII. [268.] Ed. Baf. III. (187. 188.)

μὴν πέμπτον τε καὶ ἕβδομον τῶν ἐπιδημιῶν οὐκ ἄν τίς μοι δοκεῖ τῆς Ἱπποκράτους γνώμης οἰκείας ἀξιῶσαι, κατ' ἐμὴν δὲ γνώμην οὐδὲ τὸ τέταρτον, εἰ καί τισιν ἔδοξε καὶ τοῦθ' ὑπὸ Θεσσαλοῦ συντεθῆναι· (188) τὸ δὲ προγνωστικὸν καὶ τοὺς ἀφορισμοὺς καὶ τὸ περὶ ὑδάτων καὶ τόπων καὶ ἀέρων, ἔτι τε τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, ὅ τινες ἐπιγράφουσι πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας, οὐκ ἀλόγως Ἱπποκράτους αὐτοῦ πεπίστευται γράμματα εἶναι. τούτων τε οὖν τῶν βιβλίων ἔνθ' ἂν ἡ χρεία καλῇ μνημονεύσομεν, ὅσα τ' ἄλλα τὰ μὲν εἰς αὐτὸν Ἱπποκράτην, τὰ δὲ εἰς Εὐρυφῶντα καὶ Θεσσαλὸν καὶ Πόλυβον ἀναφέρουσιν.

Κεφ. β'. Ἀρκτέον οὖν ἤδη τῆς ἐξηγήσεως ἀπὸ τῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν γεγραμμένης ῥήσεως, ἐχούσης ὧδε· πνεῦμα σμικρὸν, πυκνόν· μέγα, ἀραιόν· σμικρὸν, ἀραιόν· ἔξω μέγα, εἴσω μικρόν· τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον· διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσιν· θερμὸν, ψυχρόν. ἡ δ' αὐτὴ ῥῆσις ἥδε ἐν τῷ ἕκτῳ γέγραπται τελεώτερον. ἐπὶ γὰρ ταῖς τρίταις συζυγίαις αὐτῆς δυσπνοίας ἡ τετάρτη πρόσκειται,

quintum et feptimum epidemiorum non videtur mihi quispiam genuina Hippocratis doctrina dignos cenfurus, nec, ut ego fentio, quartum, quamvis quidam etiam hunc a Theffalo compofitum effe putent. Caeterum praenotionum liber et aphorismi et liber de aquis, locis et aëre, ac praeterea de victu in morbis acutis, quem aliqui in Cnidias fententias infcribunt, non praeter rationem Hippocratis fcripta effe credita funt. Horum igitur librorum, ubi ufus poftularit, mentionem faciemus; itemque aliorum, qui partim ipfi Hippocrati, partim Euryphonti et Theffalo ac Polybo auctoribus tribuuntur.

Cap. II. Exordienda itaque jam expofitio eft a textu in fecundo epidemiorum fcripto, qui hoc modo habet: *Spiritus parvus, denfus; magnus, rarus; parvus, rarus; extra magnus, intro parvus; alius quidem extendens, alius vero urgens; dupla intro revocatio velut fuperinfpirantibus; calidus, frigidus.* Idem vero textus fexto libro perfectius fcriptus eft. Supra tres enim conjugationes ipfius difficilis fpirationis, quarta item adjecta eft, quae manifefte

παραλελειμμένη σαφῶς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν, οὐχ ὑπὸ τοῦ γράψαντος, ἐμοὶ δοκεῖν, αὐτοῦ· δῆλος γάρ ἐστιν οὐκ ἐξ ἐμπειρίας τινὸς καὶ μνήμης ἀθροίζων τὸ πλῆθος τῶν δυσπνοιῶν, [269] ἀλλ' ἐκ λογικῆς διαιρέσεως· οὐκ οὖν ἔμελλε παραλείψειν τινὰ δύσπνοιαν· ἀλλά τις τῶν παλαιῶν βιβλιογράφων ἥμαρτεν, ἔπειθ' οὕτως ἔχον ἔφθασεν ἐκδοθῆναι τὸ βιβλίον, ἐφυλάχθη τε εἰκότως μέχρι δεῦρο τοῦτ' αὐτὸ τὸ σφάλμα, τινῶν μὲν ὀλιγώρως ὁμιλούντων τοῖς τῶν παλαιῶν βιβλίοις, ὡς μήτ' εἰ λείπει τι, μήτ' εἰ δι' ἑτέρου γράμματος εἴρηται, γνωρίζειν, ἐνίων δὲ γνωριζόντων μὲν, ἀλλὰ προσθεῖναι τὸ λεῖπον οὐ τολμώντων. οὐ γὰρ δὴ ὁμοίως τοῖς νῦν οἱ πρόσθεν εὐχερεῖς ἦσαν οὐδ' ἕτοιμοι παραγράφειν παλαιὰν λέξιν ὡσαύτως γεγραμμένην ἐν ἅπασι τοῖς ἀντιγράφοις, ἀλλ' ἐπισημήνασθαι μόνον αὐτοῖς ἱκανὸν ἦν, ὡς ἐνταῦθα μὲν ἐλλιπῶς, ἐν τῷ ἕκτῳ δὲ τῶν ἐπιδημιῶν τελέως ἡ διαίρεσις γέγραπται τῶν δυσπνοιῶν, ἥ τε κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα καὶ πυκνότητα καὶ ἀραιότητα. δύο γὰρ οὖν δὴ ταύτας ἀντιθέσεις ὁ Ἱπποκράτης, τήν τε κατὰ μέ-

fecundo epidemiorum omiffa eft, non ab ipfo auctore, ut mihi videtur, quum perfpicuum fit ipfum non ab experimento quopiam et memoria multitudinem fpirationum difficilium coacervaffe, fed ex rationali divifione. Nequaquam igitur relicturus erat aliquam difficilis fpirationis fpeciem, verum in hoc quispiam ex veteribus defcriptoribus librorum peccavit; atque ita poftea fe habens liber divulgatus eft, fervatusque eft hic error huc usque; merito fane, quum aliqui negligenter plane veterum libros verfent, ut neque an deficiat quippiam, neque an in alio libro dictum fit, fciant; quidam vero etiamfi fciant, tamen quod deeft apponere non audent. Neque enim fimiliter noftri aevi hominibus priores faciles erant, neque prompti ad mutandam veterem dictionem eodem modo in omnibus exemplaribus fcriptam; fed fignificare folum contenti erant, quod hic quidem imperfecte, in fexto vero epidemiorum perfecte divifio difficilium refpirationum fcripta effet, tum quae fecundum magnitudinem ac parvitatem fit, tum quae juxta raritatem ac denfitatem. Has enim duas oppofitiones, eam videlicet quae fecundum magni-

γεθος καὶ μικρότητα καὶ τὴν ἀραιότητα καὶ πυκνότητα, δῆλός ἐστιν ἐπιπλέκων ἀλλήλαις, καὶ ποιῶν συζυγίας δυσπνοίας δ᾽· μίαν μὲν ἐν ῇ μικροτέρα τε ἅμα καὶ πυκνοτέρα τῆς κατὰ φύσιν ἡ ἀναπνοὴ γίγνεται, ἑτέραν δ᾽ ὅταν μείζων τε ἅμα καὶ ἀραιοτέρα, καὶ πρὸς ταύταις ἄλλην τρίτην ἐν ῇ μικροτέρα τε καὶ ἀραιοτέρα, καὶ πρὸς ταύταις τετάρτην, ἣν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν παραλελεῖφθαί φαμεν, ἐν ῇ μείζων τε ἅμα καὶ πυκνοτέρα γίγνεται. δέδεικται γάρ μοι πολλάκις, εἰ καὶ ἄρα χωρὶς τοῦ δειχθῆναι πρόδηλον ὑπάρχει πᾶσιν, ὡς δύο ἀντιθέσεις ἀλλήλαις ἐπιπλεκόμεναι, τέσσαρας ἀπεργάζονται συζυγίας. οὐ μόνον δὲ κατ᾽ αὐτὸ διενήνοχεν ἡ ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ῥῆσις τῆς ἐν τῷ δευτέρῳ, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ὅσον ἐν τοῖς ἐφεξῆς, ὁπότε παραβάλλει τὸ τῆς εἰσπνοῆς μέγεθος τῷ τῆς ἐκπνοῆς, ἡ ἑτέρα συζυγία παραλέλειπται παντάπασιν ἐν τῷ δευτέρῳ, ἐνδεικνυμένου κἀνταῦθα σαφῶς τοῦ γραφέως ἤτοι ῥαθυμίαν ἐσχάτην, ἢ ῥᾳδιουργίαν. εἰ μὲν γὰρ ὅλας ὑπερέβαινε λέξεις, ἐσχάτως ἦν ῥάθυμος· εἰ δὲ τὰς ὁμοίας ἀλλήλαις, ἀγνοῶν ὅπῃ διαφέρουσιν, ἓν καὶ ταὐτὸν ἀμφοτέρας δηλοῦν ἐνόμιζεν, εἴτ᾽

tudinem ac parvitatem fit, et eam quae fecundum raritatem et denfitatem, Hippocrates manifefte inter fefe complicat, et conjugationes difficilis fpirationis quatuor facit; unam in qua minor fimulque denfior, quam quae fecundum naturam refpiratio fit; alteram, quum major fimul et rarior; et praeter has aliam tertiam, in qua minor et rarior; et fupra has quartam, quam in fecundo epidemiorum defiderari diximus, in qua major fimulque denfior fit. Oftenfum enim mihi faepe eft, etiamfi hoc citra demonftrationem omnibus manifeftum fit, duas oppofitiones inter fefe complicatas quatuor conjugationes facere. Sed dictio Hippocratis in fexto epidemiorum non folum in hoc differt ab ea, quae in fecundo habetur, fed et in eo, quod in fequentibus, quando infpirationis magnitudinem confert cum magnitudine expirationis, altera conjugatio penitus relicta eft in fecundo libro, indicante et hic ipfo librorum defcriptore extremam focordiam, aut temeritatem. Si enim integras dictiones transgreffus eft, extreme focors erat; fi vero fimiles inter fe, nefcius quatenus differrent, unum et idem utrasque fignificare putavit,

ἐξῄρει τὴν ἑτέραν, εἰς ἄκρον ἀφῖκτο περιεργίας, ἐπανορθωτὴν αὐτὸν τῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων, οὐχ ὑπηρέτην, ἀποφαίνων. τοῦτο μὲν δὴ χρήσιμόν ἐστι μεμνῆσθαι πρὸς πολλὰς τῶν ἀσαφῶν ῥήσεων, ἐν αἷς ἤτοι παραλελεῖφθαί τι πιθανόν ἐστιν, ἢ παραγεγράφθαι. οὐδὲν γὰρ κωλύει κατ᾽ ἐκείνας, ἤτοι τὸ λεῖπον προστιθέντας, ἢ τὸ ἡμαρτημένον ἐπανορθοῦντας, ἀπεργάζεσθαι τέλεόν τε καὶ ἀληθῆ τὸν λόγον. ὥσπερ γὰρ τὸ μεταγράφειν τὰς παλαιὰς ῥήσεις προπετὲς, οὕτω καὶ φυλάττοντας, ὡς γέγραπται, βραχείαις τέ τισιν ἢ προσθέσεσιν, ἢ ὑπαλλάξεσι διαλύεσθαι τὰς ἀπορίας, ἀγαθῶν ἐξηγητῶν ἐστιν ἔργον. ἀλλὰ περὶ τούτων μὲν οἶμαι δι᾽ αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπιδείξειν ὀλίγον ὕστερον ἅπερ χρὴ δρᾶν. οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδ᾽ ὡς ἔτυχεν, αὐτὸ ποιητέον, ἀλλὰ μετὰ τοῦ δεικνύναι τήν τε τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν, ἔτι τε πρότερον αὐτὴν τοῦ παλαιοῦ τὴν γνώμην οὕτως ἔχουσαν, ὁμολογεῖν τε ἀμφοτέρας κατὰ τὴν λέξιν μετακοσμηθεῖσαν.

Κεφ. γ΄. [270] Ἐπὶ δὲ τὸ προκείμενον ἤδη χωρήσαντες, καὶ παραθέμενοι τὴν τελεωτέραν λέξιν, τὴν ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἴδωμεν ὁποῖός τις ὁ νοῦς αὐτός ἐστιν. ὅτι μὲν γὰρ

deinde alteram fuftulit, ad ineptiffimam fedulitatem progreffus eft, emendatorem fcriptorum Hippocratis non miniftrum fe ipfum ftatuens. Hoc equidem utile eft ad plerasque obfcuras dictiones meminiffe, in quibus aut relictum quid effe credibile eft, aut mutatum. Nihil enim vetat in illis, aut quod deeft apponendo, aut quod delictum eft corrigendo, perfectum ac verum reddere fermonem. Quemadmodum enim mutare veteres dictiones temerarium eft, fic ut fcriptum eft fervare, et paucis quibusdam appofitis aut immutatis dubitationes diffolvere, bonorum expofitorum opus eft. Verum de his opinor me paulo poft per ipfa opera monftraturum effe quae facere oporteat: non enim fimpliciter, neque prout contingit, hoc faciendum eft, fed oftendendo veritatem rerum, adhucque prius ipfam fenis fententiam fic fe habere, et utramque confentire juxta dictionis mutationem.

Cap. III. Sed ad propofitum jam progreffi, et perfectiori dictione appofita, quae fexto epidemiorum habetur, videamus qualisnam fententia ipfa fit. Quod enim ex ratio-

ἐκ διαιρέσεως λογικῆς εὑρίσκειν ἐπιχειρεῖ τὰς διαφορὰς ἁπάσας τῶν δυσπνοιῶν, τοῦτο μὲν καὶ τοῖς ἐξηγησαμένοις αὐτοῦ τὰ βιβλία δοκεῖ, καὶ πάντῃ ῥάδιον εἶναι νομίζω συμβαλεῖν· εἰ δ᾽ ὀρθῶς διαιρεῖται, καὶ εἰ μηδὲν παραλείπει δυσπνοίας εἶδος, οὐκ ἔτι τοῦτο ῥάδιον ἅπασιν ἐξευρεῖν, ἀλλὰ καὶ τῆς διαιρετικῆς μεθόδου χρεὼν ἔμπειρον εἶναι τὸν περὶ τούτων κρινοῦντα, καὶ τῶν Ἱπποκράτους δογμάτων οὐκ ἀμελέτητον. ἡ μὲν δὴ μέθοδος ἀποβλέπειν φησὶ χρῆναι πρὸς τὸ διαιρούμενον, ὁποῖον τὴν φύσιν ἐστίν. εἰ μὲν γὰρ ἁπλοῦν εἴη, τὰ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας αὐτοῦ λόγον ὑπάρχοντα, πόσα τ᾽ ἐστὶ καὶ τίνα καὶ ὁποῖα, σκοπεῖσθαι, κᾀκ τούτων διαιρεῖσθαι· συνθέτου δ᾽ ὄντος, ἑκάτερον μὲν, ἢ ἕκαστον τῶν μερῶν, ὡς εἴρηται, διαιρεῖν, τὸ δ᾽ ὅλον ἐκ τοῦ τρόπου τῆς συνθέσεως. ἡ δ᾽ Ἱπποκράτους γνώμη περὶ τῆς συνθέσεως, ἥ τίς ποτέ ἐστιν, εἴρηται μὲν ἡμῖν ἐν ἑτέροις ἐπιπλεῖστον, εἴρηται δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὥστ᾽ οὐδὲν κωλύει πρὸς τούτους τοὺς σκοποὺς ἀποβλέποντας ἐπισκέψασθαι τὴν τῶν ἐπιδημιῶν ῥῆσιν, ὧδί πως ἔχουσαν· πνεύματα μικρὰ πυκνὰ, μεγάλα ἀραιά· μικρὰ ἀραιὰ,

nali divifione invenire conetur omnes difficilis fpirationis differentias, hoc ipfum etiam iis, qui libros ipfius expofuerunt, videtur, et conjectare omnibus facile effe opinor. An vero recte dividat, et an nulla relicta fit difficilis fpirationis fpecies, hoc non etiam omnibus invenire facile eft; fed qui de his judicaturus eft, eum et dividendi methodi peritum effe oportet, et circa Hippocratis dogmata non inexercitatum. Et methodus fane ad id quod dividitur refpicere oportere ait, qualis naturae exiftat. Si enim fimplex fuerit, ea quae fecundum fubftantiae ipfius rationem funt, quot fint, et quae, ac qualia, confiderare oportet, atque ex his dividere; fi vero compofitum, utramque aut fingulas partes dividere, ut dictum eft, totum vero ex modo compofitionis. Verum quae fit Hippocratis fententia de compofitione, nobis alibi fufiffime dictum eft; relatum eft etiam in fuperioribus. Quare nihil vetat ad hos fcopos refpicientes ipfam epidemiorum dictionem contemplari, quae fic habet: *Spiritus parvi denfi; magni rari; parvi rari; magni denfi; extra magnus,*

μεγάλα πυκνά· ἔξω μέγα, εἴσω μικρόν· εἴσω μέγα, ἔξω μικρόν· τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσιν· θερμὸν, ψυχρόν. ὅτι μὲν οὖν οὐχ ἡ τετάρτη μόνη κατὰ τὸ πυκνὸν καὶ μέγα συζυγία παραλέλειπται κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐφεξῆς δυοῖν, ἐν οἷς παραβάλλει τὴν ἐκπνοὴν τῇ εἰσπνοῇ, καὶ τούτων ἡ δευτέρα γέγραπται μὲν ἐν τῇ νυνὶ προχειρισθείσῃ, παραλέλειπται δ' ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν, πρόχειρον συνιδεῖν. οὐκέτι γὰρ ἐκείνῳ βιβλίῳ πρόσκειται τὸ, εἴσω μέγα, ἔξω μικρὸν, ἀλλὰ περὶ θατέρου μόνον εἴδους τῆς δυσπνοίας δηλοῦται, καθ' ὃ μέγα μὲν ἐκπνεῖται πνεῦμα, μικρὸν δὲ εἰσπνεῖται. πολλαχόθι μὲν οὖν εὑρίσκειν ἔστι καὶ προσγεγραμμένον τοῦτο τὸ λεῖπον, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοις καὶ ἀξιοπιστοτάτοις τῶν ἀντιγράφων παραλέλειπται, καὶ οὐδὲν τοῦτό γε πρὸς τὸ παρὸν διαφέρει. πρόκειται γὰρ ἡμῖν τὴν τελεωτέραν ῥῆσιν ἐπισκοπεῖσθαι, τὴν νῦν γεγραμμένην. ὅτι μὲν οὖν ἐκ τῆς ἔσω τε καὶ ἔξω φορᾶς τοῦ πνεύματος ἡ τῆς ὅλης ἀναπνοῆς ἐνέργεια σύνθετος ὑπάρχει, καὶ ὅτι τὸ μὲν ἕτερον αὐτῆς τῶν μερῶν εἰσπνοὴ, τὸ δ' ἕτερον ἐκπνοὴ προσαγορεύεται,

intro parvus; intro magnus, extra parvus; alius extendens, alius urgens; dupla intro revocatio, veluti superinspirantibus; calidus, frigidus. Quod igitur non quarta solum conjugatio in denso et magno consistens secundo epidemiorum relicta est, sed et ex sequentibus duabus, in quibus expirationrm cum inspiratione confert, altera scripta quidem est in praesenti jam proposito sermone, relicta autem secundo epidemiorum, promptum videre est; neque enim in illo libro scriptum est, *Intro magnus, extra parvus;* sed altera sola difficilis spirationis species ostenditur, in qua magnus spiritus expiratur, parvus vero inspiratur. In multis tamen codicibus reperire licet hunc defectum ascriptum; verum in plurimis et fide dignissimis exemplaribus relictus est; atque hoc sane nihil ad praesens refert: propositum est enim nobis perfectiorem loquutionem considerare nunc ascriptam. Quod itaque ex spiritus intro et extra meatu totius respirationis actio composita est, et quod alteru ejus pars inspiratio, alte-

λέλεκται μὲν καὶ διὰ τοῦ πρώτου γράμματος εὐθὺς κατ᾽ ἀρχὰς, ἀλλὰ κἂν εἰ μὴ πρὸς ἡμῶν εἴρηται, σχεδὸν οὐδεὶς ἀγνοεῖ. ὅτι δ᾽ οὐδενὸς ἄλλου τῶν πάντων ἢ κινήσεως ἴδια τάχος τ᾽ ἐστὶ καὶ βραδύτης, εἴρηται μὲν ἤδη καὶ τοῦτ᾽ ἔμπροσθεν, ἀλλὰ καὶ νῦν εἰς ἀνάμνησιν ἡκέτω. μέγεθος μέντοι καὶ σμικρότης ὥσπερ οὐκ (189) ἴδια κινήσεως, οὕτως ἀχώριστα παντὸς τοῦ κατὰ διαστήματος φερομένου. καὶ διὰ τοῦτο καθ᾽ ἑκάτερον τῶν μερῶν τῆς ἀναπνοῆς ἀντιθέσεις διαφορῶν διτταὶ γενήσονται, μία μὲν ἡ κατὰ τάχος καὶ βραδυτῆτα, δευτέρα δὲ ἡ κατὰ μέγεθος καὶ μικρότητα. τῆς δ᾽ ὅλης ἀναπνοῆς, ὅτι ἑτέρα ἀντίθεσίς τίς ἐστι κατὰ [271] πυκνότητά τε καὶ ἀραιότητα συνισταμένη, καὶ τοῦτ᾽ ἔμπροσθεν εἴρηται, καὶ ὡς ἥδε ἀντίθεσις οὐχ ὡς κινήσεως τῆς ἀναπνοῆς, ἀλλ᾽ ὡς συνθέτου πράγματος, ἐκ διαστάσεων ἐστι συγκειμένη. ὥστ᾽ ἐν τρισὶ τούτοις γένεσιν ἀνάγκη πάσας εἶναι τὰς τῆς ἀναπνοῆς διαφοράς· ἐν τάχει μὲν καὶ βραδυτῆτι, διότι κινήσεως ἁπάσης ἴδιά τε καὶ ἀχώριστα ταῦτ᾽ ἐστίν· ἐν μεγέθει δὲ καὶ μικρότητι, διότι κατὰ διαστήματος ἡ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων κίνησις· πυκνότης

ra expiratio appellatur, dictum quidem eſt primo libro ſtatim in principio; verum etiamſi a nobis dictum non eſſet, nemo fere ignorat. Quod vero nullius alterius rei quam motus propria ſint celeritas et tarditas, dictum quidem et hoc jam eſt, ſed etiamnunc in memoriam revocetur. Magnitudo autem et parvitas ut non ſunt motui propria, ſic omnino inſeparabilia ſunt ab eo, quod per ſpatium fertur. Et ob id ſecundum utramque reſpirationis partem duae diſſerentiarum oppoſitiones fient, altera ſecundum celeritatem ac tarditatem, altera ſecundum magnitudinem et parvitatem. Quod vero totius reſpirationis adhuc alia ſit oppoſitio ſecundum denſitatem ac raritatem conſiſtens, id etiam antea relatum eſt; et quod haec oppoſitio non reſpirationis ut motus, ſed ut compoſitae rei, ex intervallis ſit conflata. Quare in his tribus generibus omnes reſpirationis differentias eſſe neceſſe eſt; in celeritate quidem et tarditate, propterea quod haec propria et ab omni motu inſeparabilia ſunt; in magnitudine vero et parvitate, propterea quod motus organorum

δὲ καὶ ἀραιότης, τὸ τρίτον τῶν εἰρημένων γενῶν, οὐδετέρου μέν ἐστι τῶν οἰκείων τε καὶ πρώτων μερῶν τῆς ἀναπνοῆς οὔτ᾽ ἴδιον οὔτ᾽ ἀχώριστον, ὅλης δὲ μέρος γίνεται κατά τι συμβεβηκὸς, ἐπειδὴ σύνθετον πρᾶγμά ἐστιν ἐκ δυοῖν ἐναντίων κινήσεων ἡσυχίᾳ διαιρουμένων. αὗται μὲν οὖν αἱ πρῶται διαφοραὶ τῆς ὅλης ἀναπνοῆς. τῷ δ᾽ εἶναι ποιεῖν τι καὶ πάσχειν πεφυκὸς τὴν ἀναπνοὴν, εἴη ἄν τι καὶ ἄλλο γένος ἐν αὐτῷ διαφορῶν, ἑκατέρου τῶν μορίων ὁμαλῶς ἢ ἀνωμάλως ἐπιτελουμένου· καὶ μὴν καὶ ἄλλο πάλιν ὅλης αὐτῆς ὡς συνθέτου, παραβαλλομένων ἀλλήλοις τῶν μορίων. τούτων οὕτως ἐχόντων, ἰστέον τὰς μὲν πρώτας γεγραμμένας ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει δυσπνοιῶν διαφορὰς τέτταρας ὅλης ἀναπνοῆς ὑπάρχειν· οὐδετέρου γὰρ τῶν μερῶν ἐστι πυκνότης καὶ ἀραιότης, εἴγε δὴ μεμνήμεθα τῶν εὐθὺς κατ᾽ ἀρχὰς τοῦ πρώτου τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων εἰρημένων. οὕτως δὲ καὶ τὰς ἐφεξῆς αὐτῶν τὰς δύο, καὶ γὰρ ἐν ταύταις παραβάλλεται τὰ δύο μόρια τῆς ὅλης ἀναπνοῆς, καὶ διὰ τοῦθ᾽ οὕτως γέγραπται, ἔξω μέγα, εἴσω μικρὸν, εἴσω μέγα, ἔξω μικρὸν, δηλονότι πνεῦμα· τὰς δ᾽ ἐφεξῆς δύο διαφορὰς,

refpirationis per diftantiam fit, denfitas autem et raritas, tertium ex praedictis genus, neutrius propriarum ac primarum refpirationis partium proprium aut infeparabile eft, verum totius refpirationis pars fit per accidens quoddam, quia compofita res eft ex duobus contrariis motibus quiete diftinctis. Hae igitur funt primae differentiae totius refpirationis. Caeterum quum refpiratio res fit, quae et facere aliquid et pati poffit, aliud etiam erit differentiarum genus in ipfa, utraque videlicet parte aequaliter aut inaequaliter perfecta; at vero et rurfus aliud, ipfius totius ut compofitae partibus inter fe collatis. Haec quum ita habeant, fciendum primas quatuor difficilis refpirationis differentias in propofita Hippocratis dictione fcriptas totius refpirationis effe; neutrius enim partis eft denfitas et raritas, fi fane meminimus eorum, quae ftatim a principio primi libri dicta funt; fic etiam fequentes duas, nam et in his duae totius refpirationis partes conferuntur, et ob id fic fcriptum eft: *Extra magnus, intro parvus; intro magnus, extra parvus, videlicet fpiritus;* fequen-

ἐν αἷς λέγεται τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον, τῶν μερῶν τῆς ἀναπνοῆς θατέρου νομιστέον ἰδίας ὑπάρχειν, ὃ δὴ κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι μάλιστα τῆς ἀναπνοῆς ἔφαμεν· ἐκτεῖνον μὲν γὰρ τὸ βραδὺ, κατεπεῖγον δὲ τὸ ταχύ. βραδύτης δὲ καὶ ταχύτης ἁπάσης κινήσεως ἀχώριστα. τὸ δ' ἐφεξῆς λεγόμενον, τὸ, διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσιν, ἔστι μὲν εἰσπνοῆς ἀνωμάλου δηλωτικὸν, ἐπιζητεῖ δὲ τὴν αὐτὴν ἀντίθεσιν ἐπὶ τῆς ἐκπνοῆς, ἣν ἐγὼ πέπεισμαι παραλελεῖφθαι πρὸς τῶν μεταγραφόντων μᾶλλον ἢ πρὸς Ἱπποκράτους αὐτοῦ, εἴγε δὴ φαίνεται μεμνημένος ἐν ἑτέροις συγγράμμασι καὶ τοῦ τοιούτου τῆς δυσπνοίας εἴδους, ὡς ἐπιδείξω σαφῶς ἐν τοῖς ἐφεξῆς· εἰ δέ τῳ δοκεῖ πρὸς Ἱπποκράτους αὐτοῦ παραλελεῖφθαι, οὗτος αἱρεῖται τὰ χείρω πρὸ τῶν βελτιόνων· τὸ μὲν γὰρ μηδ' ὅλως ἀνωμαλίας μνημονεῦσαι κατὰ μηδ' ἕτερον τῶν τῆς ἀναπνοῆς μερῶν, ἀλλὰ τελέως ἐπιλαθέσθαι τε καὶ παραλιπεῖν, ἦν μὲν οὐδὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἱπποκράτους ἐπιμέλειαν, ἀλλ' ἔγωγ' ἂν εἰ καὶ τὸ νῦν γεγραμμένον ἐπὶ τῆς εἰσπνοῆς οὐδ' ὅλως ἐγέγραπτο,

tes autem deinceps duas differentias, in quibus dicitur: *Alius extendens, alius urgens*, alterius partis ipfius refpirationis proprias effe putandum eft, quam fane in fubftantia effe maxime ipfius refpirationis diximus. Extendens enim tardus eft, urgens autem velox; tarditas autem et velocitas ab omni motu infeparabilia funt. Quod vero deinceps dicitur: *Duplex intro revocatio velut fuperinfpirantibus*, inaequalem infpirationem oftendit. Inquirenda eft autem eadem oppofitio in expiratione, quam ego relictam effe credo a tranfcribentibus potius quam ab ipfo Hippocrate, quandoquidem in aliis fcriptis etiam ejusmodi fpeciei difficilis fpirationis mentionem facere apparet, ut in fequentibus palam oftendam. Quod fi cui ab ipfo Hippocrate relicta effe videatur, hic pejora pro melioribus eligit. Equidem penitus nullam inaequalitatis mentionem feciffe in neutra refpirationis parte, fed penitus oblitum effe ac omififfe, minime conveniebat Hippocraticae diligentiae: verum ego fane, etiamfi id quod nunc de infpiratione fcriptum eft omnino fcriptum non ef-

τοῦ γραφέως ἁμάρτημα ὑπάρχειν αὐτὸ μᾶλλον ἢ Ἱπποκράτους εἰπεῖν ἐτόλμησα, λόγον δ' ἂν οὖν εἶχεν οὕτω τινὰ τοῖς τὰ χείρω νοοῦσιν· ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ τῆς εἰσπνοῆς εἶδος ἐμήνυσε σαφῶς οὕτως, ὡς μὴ μόνον εἰπεῖν διπλῆν εἴσω γίγνεσθαι τοῦ πνεύματος τὴν ἐπανάκλησιν, ἀλλὰ καὶ τὸ οἷον ἐπεισπνέουσι προσθεῖναι, πῶς ἄν τις ἔθ' ὑπολάβοι τῆς ἐκπνοῆς αὐτὸν ἐπιλαθέσθαι; περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ αὖθις, ἐφεξῆς δὲ πρόσκειταί τις ἀντίθεσις ἄλλη δυσπνοιῶν, ἐπὶ τελευτῇ τοῦ λόγου παντὸς ὡδί πως γεγραμμένη· θερμὸν, ψυχρόν· ἵνα δηλονότι κἀνταῦθα προσυπακούωμεν τὸ πνεῦμα. καθάπερ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν, καὶ πυκνὸν καὶ ἀραιὸν, [272] οὕτω καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἐκπνεῖται τὸ πνεῦμα. καίτοι κἀνταῦθα παρακούοντές τινες ἐξ ὧν αὐτοὶ μὴ συνίασιν, ἐπανορθοῦνται καὶ μεταγράφειν τὴν λέξιν τολμῶσιν, οὐ ψυχρὸν καὶ θερμὸν, ὡς νῦν εἴρηται, γράφοντες, ἀλλὰ συνάπτοντες αὐτὰ τῷ προειρημένῳ, καὶ οὕτως ἀναγινώσκοντες, οἷον ἐπεισπνέουσι θερμῷ ψυχρόν. οὗτοι μὲν οὖν πρὸς τὸ μηδένα νοῦν ἔχουσαν ἐργάζεσθαι τὴν λέξιν, ὅτι

fet, exfcribentis magis peccatum effe quam ipfius Hippocratis dicere aufus effem, rationem tamen utique aliquam fic haberent hi, quibus ad pejora animus inclinat; at vero quum et infpirationis fpeciem adeo manifefte indicaverit, ut non folum dixerit, duplicem intro fieri fpiritus revocationem, fed etiam *velut fuperinfpirantibus* appofuerit, quomodo tandem aliquis adhuc fuspicari queat ipfum expirationis effe oblitum? De his igitur etiam rurfus *agemus;* deinceps autem alia adhuc difficilis refpirationis fpecierum oppofitio addita eft in fine totius fermonis fic habens: *Calidus, frigidus*; ut videlicet et hic fubaudiamus, *fpiritus.* Quemadmodum enim magnus et parvus et denfus ac rarus, fic etiam calidus et frigidus fpiritus expiratur. Quanquam et hic decepti quidam ex iis, quae non intelligunt, corrigunt et textum mutare audent, non frigidus et calidus, ut nunc dictum eft, fcribentes, fed ipfa cum praedicto connectentes, atque hoc modo legentes, *velut fuperinfpirantibus calido frigidum.* Hi quidem igitur praeterquam quod textum mul-

μηδ᾽ ἀνεγνώκασι τὰ τοῦ παλαιοῦ βιβλία, κατάδηλοι γίνονται· πάντως γὰρ ἂν ἐμέμνηντο τῶν ἐν ἑτέροις ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένων περί τε θερμῆς καὶ ψυχρᾶς ἐκπνοῆς, ἃ τίνα λόγον εἶχεν ἢ ἐν ἐκείνοις αὐτὸν γράφειν, ἢ ἐνταῦθα παραλιπεῖν, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοιεν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἐνόμιζεν ἐκ τῶν δυσπνοιῶν εἶναι τὴν θερμὴν καὶ ψυχρὰν ἐκπνοὴν, οὐ καλῶς ἐν ἑτέροις ὡς δυσπνοιῶν ἐμνημόνευσεν· εἰ δ᾽ ὀρθῶς ἐν ἐκείνοις ἔπραξεν, οὐκ ὀρθῶς νῦν παρέλιπεν. ἀλλ᾽ οὐχ ὧδ᾽ ἔχει ταῦτα· καὶ γὰρ ἐνταῦθά τε καλῶς ἐν τῇ διαιρέσει τῶν δυσπνοιῶν περιέχονται καὶ τί ποτ᾽ οὖν δηλοῦν πεφύκασιν, ὀρθῶς ἐν ἑτέροις εἴρηται.

Κεφ. δ΄. Καταλιπόντες οὖν ἤδη τοὺς οὕτω παρακούοντας τοῦ παλαιοῦ καὶ παντὸς μᾶλλον ἢ τῆς γνώμης αὐτοῦ συνιέντας, αὐτοὶ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπισκεψώμεθα, τί δή ποτε κατὰ τὸ προγνωστικὸν γράμμα περὶ δυσπνοίας ὧδέ πως γράφει· πνεῦμα πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι, μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου παραφροσύνην σημαίνει, ψυχρὸν δὲ ἐκ-

lias fenfus efficiunt, etiam palam produnt, fe neque fenis libros legiffe; omnino enim meminiffent eorum, quae aliis locis ab ipfo funt fcripta de calida et frigida expiratione, quae quanam ratione aut illic ab ipfo fcripta fint, aut hic relicta, non habent qui dicant. Si enim non putavit ex difficilium fpirationum genere effe calidam et frigidam expirationem, non recte in aliis locis ipfarum veluti difficilium refpirationum meminit; fi vero in illis recte fecit, non recte nunc praetermifit. Verum haec non ita habent; nam et hic recte in difficilium refpirationum divifione continentur et quid indicent, aliis locis recte dictum eft.

Cap. IV. Relictis igitur jam his, qui fic a fenis mente aberrant et omnia magis quam fententiam ipfius intelligunt, ipfi per nos ipfos infpiciamus, quidnam in praenotionum libro de difficili refpiratione in hunc fere modum fcribat: *Spiritus denfus exiftens dolorem aut inflammationem fignificat in locis fuper feptum transverfum fitis; magnus autem et per multum tempus defipientiam prodit;*

Ed. Chart. VII. [272.] Ed. Baf. III. (189.)

πνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίγνεται· φαίνεται γὰρ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ τριῶν τούτων μόνον δυσπνοιῶν μνημονεύων, καίτοι γ᾽ εἰ μὲν τοσαῦται μόνον εἰσὶν, τί δή ποτε πολὺ πλείους ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν αὐτὸς ἔγραψε; εἰ δὲ οὕτως εἰσὶ πολλαὶ, τί δή ποτε ὀλιγίστων ἐμνημόνευσεν ἐν τῷ προγνωστικῷ; ἢ τὸν μὲν ἀριθμὸν αὐτῶν ἐπίστασθαι ἐνόμιζε χρηστὸν, ὁποῖον δέ τι δηλοῦν ἑκάστη πέφυκεν, οὐκ εἶναι χρηστόν; ἢ μόναις ταῖς εἰρημέναις δηλοῦν ὑπάρχει τι, ταῖς δ᾽ ἄλλοις οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἐνδέχεταί ποτ᾽ ἀναπνεῖν μὲν παρὰ φύσιν, οὐδεμίαν δ᾽ εἶναι διάθεσιν ἐν τῷ ζώῳ παρὰ φύσιν; ἢ τοσοῦτον δεῖ τοῦτ᾽ ἀληθὲς ὑπάρχειν, ὥστ᾽ ἀνάγκη πᾶσα τὴν παρὰ φύσιν ἐν τῷ ζώῳ διάθεσιν αὐτὴν γίγνεσθαι τῆς δυσπνοίας αἰτίαν; εἴπερ οὖν λόγον αἰτίας ἡ διάθεσις ἔχει πρὸς τὴν δύσπνοιαν, εἴη ἂν οὕτω καὶ χρόνῳ καὶ τάξει καὶ δυνάμει πρότερον. πῶς οὖν φαίνεται παραλιπὼν ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ προγνωστικῷ τοσοῦτον ἀριθμὸν δυσπνοιῶν; ἐγὼ μὲν διὰ ταῦτ᾽ ἐβουλόμην καὶ παραβάλλειν τοὺς ἐξηγητὰς ἀλλή-

frigidus vero ex naribus et ore prodiens valde iam perniciofus eft. Apparet enim in hoc libro harum trium tantum difficilium fpirationum ipfum mentionem feciffe. Atqui fi tot folum funt, quid tandem multo plures ipfe in epidemiorum libris fcripfit? fi vero adeo multae funt, cur paucifsimarum in praenotionum libro mentionem fecit? An numerum quidem ipfarum noffe, commodum exiftimavit: quid vero fingulae indicent, non utile effe putavit? An hae folae aliquid indicant, reliquae vero nihil; fed poffibile eft quandoque praeter naturam quidem refpirare, nullam tamen affectionem in animali praeter naturam effe? An verum hoc ut fit tantum abeft, ut penitus neceffarium fit in animali ipfam affectionem praeter naturam fieri difficilis refpirationis caufam? Si igitur caufae rationem habet affectio ad difficilem refpirationem, erit utique hoc modo et tempore et ordine et facultate prior. Quomodo igitur Hippocrates in praenotionum libro tantum difficilium refpirationum numerum relinquit? Equidem ea gratia volebam ipfos expofitores inter fe conferre, et quaerere ac folvere; verum

λοις καὶ ζητεῖν καὶ λύειν· ἔχει δ' οὐχ ὧδε· τῶν μὲν γὰρ ἐξηγουμένων τίς ἄν τις καὶ μνημονεύοι; τῶν δ' ἔμπροσθεν, ὧν γε καὶ πρὸς ἡμᾶς ὑπομνήματα διασώζεται, πολλοὺς μὲν καὶ μακροὺς λήρους καταγεγραμμένους εὑρεῖν ἔστι, τὰ δ' οὕτως ἐπίκαιρα παραλέλειπται τελέως. ἀλλ' ἡμεῖς γε ζητῶμεν αὐτὰ, κἂν μηδεμίαν ὁδὸν εἰς τὴν εὕρεσιν ὑπ' ἐκείνων ἔχωμεν παραδεδομένην. εἴρηται μὲν δὴ κἀν τοῖς περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως [273] κἀν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν, ὅπως χρὴ τὰ τοιαῦτα πάντα καὶ ζητεῖν καὶ ἀνευρίσκειν· ἀλλὰ κἀν τῷ πρώτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων διττὴν ὁδὸν ἔδειξα τῆς τῶν τοιούτων εὑρέσεως, ἑτέραν μὲν ἐκ τῶν ἐν τῇ δυσπνοίᾳ διαφορῶν ὁρμωμένην, ἑτέραν δ' ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις διαθέσεων, ἣν καὶ ῥᾴω τε καὶ (190) σαφεστέραν ὑπάρχειν ἔλεγον· καὶ ὅστις ἐκείνοις ἐπιμελῶς ἐνέτυχε τοῖς γράμμασιν, οὐ δεήσεται λόγων πολλῶν εἰς τὴν τῶν παρόντων λύσιν· εἰ δ' ἤτοι ῥαθύμως ἐκείνοις ὡμίλησεν, ἢ ἄλλως ἐστὶ δυσμαθὴς, ὁ μὲν ῥάθυμος αὖθις (ἢ) ἀναλεξάμενος αὐτὰ πάλιν ἐπὶ ταῦθ' ἡκέτω· ὁ σκαιὸς δ' ἄλλό τι πραττέτω, γι-

non ita res habet; nam expositorum *omnium* quis vel meminisse possit? Eorum vero qui ante *nos vixerunt,* et quorum commentaria ad nostram aetatem servantur, multas et longas nugas conscriptas invenire est; quae vero tanti momenti sunt, penitus ab ipsis relicta sunt. Verum nos sane inquiramus ipsa, etiamsi nullam viam habeamus ad inventionem ab illis praemonstratam. Dictum quidem a nobis est et in iis quae de optima secta sunt et in medendi methodi scriptis, quomodo talia omnia inquirere et invenire oporteat. Imo et in primo horum commentariorum duplicem viam ostendi ad eiusmodi inventionem, alteram ex differentiis difficilis spirationis procedentem, alteram ex affectionibus in organis respirationis, quam etiam faciliorem et manifestiorem esse dicebam; et quisquis illa scripta diligenter versaverit, haud indigebit multis verbis ad praesentium solutionem. Si vero vel negligenter illa tractaverit, vel alias ad discendum hebes sit, qui quidem negligenter tractavit,

νώσκων ὡς οὐχ οἷά τε μεγάλου γνώμην ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν φύσις μικρὰ, ὁποῖος ἦν ὁ Ἱπποκράτης. ἃ γοῦν οὐδεὶς ἔμπροσθεν οὔτε προὔβαλεν οὔτ᾽ ἠπόρησεν οὔτ᾽ ἐζήτησεν οὔθ᾽ εὗρεν, ἐγὼ καὶ προβαλῶ καὶ ἀπορήσω καὶ ὅπως χρὴ ζητεῖν ἐρῶ καὶ σὺν θεοῖς εὑρίσκειν ἐλπίζω. τὸ μὲν δὴ πρόβλημα καὶ μικρῷ πρόσθεν εἴρηταί μοι, τί δή ποτε τοσαῦτα δυσπνοιῶν εἴδη παρέλιπεν ὁ Ἱπποκράτης ἐν τῷ προγνωστικῷ· τὸ δ᾽ ἀπόρημα νῦν εἰρήσεται τῶν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ γεγραμμένων ἀναμνήσαντι πρότερον. ἁπάσας γὰρ τῶν δυσπνοιῶν τὰς διαφορὰς ἐν ἐκείνοις τοῖς λόγοις εἰς πέντε τὰ πάντα γένη διαθέσεών τε καὶ δυσπνοιῶν ἀνήγαγον, ὥστ᾽ ἀπορώτερον ἔτι τὸ πρόβλημα καθίσταται, τῆς μόνης ἔθ᾽ ὑπολειπομένης ἐλπίδος ἀνῃρημένης. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις ἅπασιν, ἐν οἷς ὅτου δή ποτε τῶν ὄντων διαφοραὶ πλείους μὲν ὑφ᾽ ἑτέρου τινὸς ἢ ἀνδρὸς ἢ γράμματος, ἥττους δ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρου λέγονται, μία μόνη τῆς συμφωνίας ἐλπὶς, εἴ τις ἐπιδεῖξαι δύναιτο τὸν μὲν ἐν τοῖς πρώτοις μέρεσι τῆς διαιρέσεως μεμενη-

rurfus ipfis relectis huc revertatur; qui vero hebes eft, aliud quid agat ac fciat parvo ingenio magni viri mentem affequi non licere, qualis erat Hippocrates. Quae igitur nemo priorum aut propofuit, aut in dubium vocavit, aut quaefivit, aut invenit, ego et proponam et in dubium vocabo et quomodo quaerere oporteat dicam et cum diis inventurum me fpero. Ac problema quidem etiam paulo ante a me relatum eft, cur tot difficilium refpirationum fpecies Hippocrates in praenotionum libro praetermiferit; dubitatio vero nunc dicetur, ubi quae in primo fermone fcripta funt, prius in memoriam revocavero. Omnes enim difficilium refpirationum differentias in illis fermonibus ad quinque omnino tum affectionum tum difficilium refpirationum genera reduxi. Quare adhuc magis dubium conftituitur problema, fpe etiam quae fola reftabat fublata. In ejusmodi enim omnibus, in quibus cujuscunque tandem rei differentiae plures quidem ab altero quopiam five viro five fcripto, pauciores vero rurfus ab altero dicuntur, una fola fupereft confenfus fpes, fi quis monftrare queat alterum in

κότα, τὸν δὲ καὶ κατατέμνοντα. ταύτης τοίνυν ἡμῶν ἀφῃρημένης τῆς ἐλπίδος (ἐδείχθη γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ, μήτε τῶν διαθέσεων μήτε τῶν δυσπνοιῶν εἰς ἀριθμὸν ἐλάττονα δύνασθαι ἀναχθῆναι τὰ γένη) τίς ἂν ἔτι μηχανὴ τῆς λύσεως τῶν νῦν ζητουμένων εὑρεθείη; τά τε γὰρ ἄλλα καὶ πρὸς τῷ παραλελεῖφθαί τινα τῶν πρώτων γενῶν ἔτι καὶ τὸ διεσπάσθαί τε καὶ κακῶς ἀντιδιῃρῆσθαι πρὸς ἄλληλα καὶ ἀσαφῶς ἡρμηνεῦσθαι μέμψαιτ᾽ ἄν τις ἐν τῷ προγνωστικῷ, καίτοι γ᾽ εἴπέρ τῳ καὶ ἄλλῳ τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων ὑπάρχοντι σαφεῖ. καὶ μὴν ἀσαφές τε ἅμα καὶ ἀδιόριστόν ἐστι τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς εἰρημένον τῆς λέξεως· πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισιν. εἰ μὲν γὰρ μὴ διττὸν ἦν τὸ πυκνὸν πνεῦμα, θάτερον μὲν μετὰ μεγέθους, θάτερον δὲ μετὰ σμικρότητος, ἢ εἰ μὴ διαφόρου διαθέσεως ἑκάτερον αὐτῶν ἔκγονον ὑπῆρχεν, εὐλόγως ἂν ὁ Ἱπποκράτης ἢ ἄτμητον αὐτὸ κατέλιπε, ἢ τοῦ δηλουμένου καθ᾽ ἑκάτερον τὴν διαφορὰν οὐκ ἐμήνυσεν· ἐπεὶ δ᾽ αὐτός τε σαφῶς ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις ἕτερον μὲν

primis divisionis membris secisse, alterum *haec etiam* subdividere. Hac igitur spe nobis sublata (monstratum est enim in primo libro neque affectionum neque difficilium respirationum genera in minorem numerum redigi posse) quaenam amplius ars solutionis eorum, quae nunc quaeruntur, inveniri possit? nam tum alia, tum praeterquam quod quaedam prima genera relicta sunt, etiam divulsa esse et male in divisione opposita ac obscure enarrata in praenotionum libro, arguere quis possit, quamvis si quis alius Hippocratis liber is perspicuus sit. Atqui obscurum simulque indeterminatum est quod statim in principio dictionis dictum est: *Spiritus densus existens dolorem aut inflammationem significat in locis super septum transversum sitis.* Si enim non duplex esset spiritus densus, alter quidem cum magnitudine, alter vero cum parvitate, aut non ex diversa affectione uterque ipsorum generaretur, recte utique Hippocrates indivisum ipsum reliquisset, aut differentiam ejus, quod per utrumque significatur, non indicasset. Quando vero ipse manifeste in

τὸ πυκνὸν ἅμα καὶ σμικρὸν, ἕτερον δὲ τὸ πυκνὸν καὶ μέγα γινώσκει, καὶ ἡμεῖς ἀπεδείξαμεν ἐκ τῶν πρώτων εἶναι διαφορῶν αὐτὰ, κακῶς ἄτμητον ἐάσας τὸ πυκνὸν, ἁπλῶς οὕτως εἰπὼν ἠρκέσθη· πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισιν. ἓν μὲν δὴ τοῦτ᾽ ἄπορον. ἐφεξῆς δὲ τῆς τρίτης διαφορᾶς μνημονεύσας ὡδί· μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην σημαίνει· καὶ ταύτην εἰπὼν μόνην σαφῶς [274] τῶν πρώτων διαφορῶν, οὐδ᾽ ὁτιοῦν τῆς παρακειμένης αὐτῇ τῆς ἀραιόν τε καὶ μικρὸν ἀποδεικνυούσης τὸ πνεῦμα δυσπνοίας ἐμνημόνευσε, καίτοι γε ὥσπερ τὸ πυκνὸν πνεῦμα διττὸν ἦν, μεγέθει καὶ σμικρότητι διαιρούμενον, οὕτω καὶ τὸ ἀραιὸν διττὸν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, μεγέθει καὶ σμικρότητι διαιρούμενον. θατέρου δὲ μόνου κατὰ τὸ προγνωστικὸν ἐμνημόνευσεν εἰπών· μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην σημαίνει· ἕτερον δὲ τὸ ἀραιὸν ἅμα καὶ σμικρὸν παραλελεῖφθαι φαίνεται. ὥστ᾽ ἐκ τῶν τεσσάρων συζυγιῶν, ἃς ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ ἔγραψε, τὰς μὲν δύο τὰς πρώτας ἀδιορίστως τε

epidemiorum libris alterum denfum fimulque parvum, alterum denfum et magnum ftatuit, et nos monftravimus hos ex prima ipforum differentia effe, male utique indivifo relicto denfo, fimpliciter fic dicere contentus fuit: *Spiritus denfus exiftens dolorem aut inflammationem fignificat in locis fuper feptum transverfum fitis.* Atque hoc fane unum dubium exiftit. Tertiae vero deinceps differentiae mentionem faciens fic: *Magnus autem et per multum tempus delirium fignificat;* et hanc folam ex primis differentiis manifefte proloquutus, proximae ipfi fpirandi difficultatis, quae rarum et parvum fpiritum oftendit, nullam omnino mentionem fecit; quanquam fane ut denfus fpiritus duplex erat, magnitudine et parvitate diftinctus, fic etiam rarus neceffario duplex eft, magnitudine ac parvitate diftinctus. Verum alterius folius in praenotionibus meminit, ubi ait: *Magnus autem et per multum tempus delirium fignificat;* alterum vero, rarum fimul et parvum, praetermiffum effe apparet. Quare ex quatuor conjugationibus, quas in epidemia fcripfit, primae

καὶ ἀσαφῶς καὶ συγκεχυμένως εἰρῆσθαι, μόνην δ᾽, ὡς ἔφαμεν, τὴν τρίτην, αὐτήν τε καὶ τὸ δηλούμενον ὑπ᾽ αὐτῆς, ἄμφω γεγράφθαι σαφῶς. οὐ μόνον δ᾽ ἐν τούτοις ἀσαφής τε ἅμα καὶ ἀδιόριστος καὶ παραλιπὼν τὰ πλείω δόξειεν ὑπάρχειν ὁ λόγος, ἀλλὰ κἀξ ὧν ἐπιφέρων φησί· ψυχρὸν δ᾽ ἐκπνεόμενον ἔκ τε τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίγνεται. τί δήποτε γὰρ, εἰ τὰς κατὰ τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρὸν διαφορὰς ἐπελθεῖν ἐγνώκει, τῆς ψυχρᾶς ἐμνημόνευσε μόνης; ἔτι τε τί δή ποτε μὲν τῶν ἄλλων δύο, ἥν τε ἀδιορίστως ὀνομάζει πυκνὸν πνεῦμα καὶ ἣν διοριζόμενος ἀραιὸν καὶ μέγα, τὰς διαθέσεις αὐτὰς μόνας παρέγραψεν, οὐ μὴν εἰς ὅ τι τελευτήσουσιν ἐμήνυσε, πόνον μὲν καὶ φλεγμονὴν ὑπὸ τῆς πυκνῆς, παραφροσύνην δ᾽ ὑπὸ τῆς ἀραιᾶς τε ἅμα καὶ μεγάλης δυσπνοίας δηλοῦσθαι φάμενος; ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ ψυχρὸν διαφορᾶς ἐς ὅ τι μὲν τελευτήσει λέγει· φησὶ γὰρ ὀλέθριον εἶναι κάρτα τὸ τοιοῦτον πνεῦμα· τὴν διάθεσιν δ᾽ ἀφ᾽ ἧς οὕτω δυσπνοοῦσιν, ἀσαφεστέραν οὖσαν, οὐκέτι λέγει, βέλτιον ὂν ἐπὶ πασῶν τῶν δυσπνοιῶν καὶ τὰς διαθέσεις αὐτὰς εἰπεῖν,

duae indiftincte et obfcure ac confufe dictae funt, fola vero tertia, ut diximus, tum ipfa tum quod per eam fignificatur, ambo manifefte fcripta funt. Caeterum non in his folum obfcurus et indiftinctus et plura praetermittens fermo videri poteft, fed et ex eis, quae deinceps inferens ait: *Frigidus vero ex naribus et ore prodiens, valde jam perniciofus eft.* Cur enim tandem, fi eas quae in calido et frigido funt, differentias recenfere ftatuerat, eam folam, quae in frigido eft, memoravit? Praeterea cur aliarum duarum, tum ejus, quam indiftincte fpiritum denfum nominat, tum quam diftincte rarum et magnum, affectiones ipfas folas afcripfit, non tamen in quid definant fignificavit, dolorem quidem et inflammationem a denfa, delirium autem a rara et magna fpirationis difficultate indicari afferens? in differentia vero quae in frigido eft, in quid defmat dicit; inquit enim perniciofum valde effe hujusmodi fpiritum; affectionem vero, ob quam ita difficulter fpirant, obfcuriorem exiftentem, non etiam dicit, quum tamen praeftaret in omnibus difficilibus refpirationibus tum

αἵ τινές ποθ' ὑπάρχουσι, καὶ τὸν τρόπον αὐτῶν προσγράψαι, διορίζοντα τὰς ἐπιεικεῖς ἀπὸ τῶν κακοηθῶν. οὐ τοίνυν οὕτως ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων δυσπνοιῶν τὰς διαθέσεις, ἐπὶ δὲ τῆς ἐσχάτης τὸν τρόπον μόνον ἐδήλωσεν. ὃ δὴ πάντων ἀφυκτότατόν ἐστι τῶν ἐγκλημάτων, τὸ μηδὲν ὅλως εἰρῆσθαι περὶ τῆς ἀνωμάλου δυσπνοίας, ἤδη δὴ καὶ αὐτὸ προσκείσθω τῷ λόγῳ. τὸ μὲν γὰρ ἐκτεῖνον καὶ κατεπεῖγον πνεῦμα καὶ τὸ ἔξω μέγα καὶ εἴσω μικρὸν, οὐκ εἴρηται μὲν οὐδ' αὐτὰ διὰ τοῦ προγνωστικοῦ γράμματος, ἐξ ὧν δὲ ἡμεῖς ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ διήλθομεν, ἐν ταῖς τέσσαρσι τῶν δυσπνοιῶν συζυγίαις εὑρίσκεται περιεχόμενα· τὴν δέ γε πέμπτην ἀνώμαλον, ἧς τὸ μὲν ἥμισυ μέρος ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν ἔγραψε, διπλῆν εἴσω φάμενος ἐπανάκλησιν, ἐν δὲ τῷ προγνωστικῷ τελέως παρέλιπεν, οὐκ ἔστιν ὑπ' οὐδεμιᾶς τῶν τεττάρων συζυγιῶν κατ' οὐδένα τρόπον εὑρεῖν περιεχομένην. αἱ μὲν οὖν ἀπορίαι τοσαῦταί τε καὶ τοιαῦται.

Κεφ. ε'. Χρὴ δὲ τοὐντεῦθεν μὴ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀντιλεγόντων Ἱπποκράτους παραπλησίως, καὶ ἡμᾶς τὰς μὲν

ipſas affectiones dicere, quaecunque tandem hae ſint, tum alterationis ipſarum modum aſcribere, mitiores a malignis diſtinguendo. At non ita fecit, verum in prioribus ſpirandi difficultatibus affectiones, in ultima alterationis modum ſolum oſtendit. Et quod crimen omnium minime vitari poteſt, quod videlicet nihil penitus de inaequali ſpirationis difficultate dixerit, id ipſum ſane etiam jam ſermoni addatur. Extenſus enim et coactus ſpiritus et extra magnus, intro parvus, et intro magnus, extra parvus, nec ipſi etiam in praenotionum libro relati ſunt, verum ex his, quae nos in primo libro explicavimus, in quatuor difficilium ſpirationum conjugationibus comprehenſi reperiuntur. At vero quintam inaequalem, cujus dimidiam partem in libris epidemiorum ſcripſit, *duplicem intro revocationem* aſſerens, in praenotionum vero libro penitus omiſit, ſub aliqua quatuor conjugationum nullo modo comprehenſam invenire licet. Atque tot quidem ac tales ſunt dubitationes.

Cap. V. Oportet autem jam inde nos non ſimiliter, ut multi faciunt eorum, qui Hippocrati contradicunt, difficul-

ἀπορίας εὐπόρως ἐξευρίσκειν, ἐν δὲ ταῖς λύσεσιν αὐτῶν ἀπορεῖν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὁδόν τινα τῆς εὐπορίας εὑρεῖν, ἐφεξῆς δ' ἀποδείξει πιστώσασθαι τὰ δι' αὐτὴν εὑρεθέντα. τίς οὖν ὁδὸς τῆς εὐπορίας; χρὴ γὰρ ἐντεῦθεν ἄρξασθαι· [275] μία μὲν ἡ κοινὴ πάντων τῶν παλαιῶν συνήθης βραχυλογία· δευτέρα δὲ Ἱπποκράτους αὐτοῦ μεγαλοφροσύνη. δέδεικται γὰρ ἡμῖν δεινὸς πολλάκις ὁ ἀνὴρ οὗτος, ὅσα μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς ἐστι γνώριμα παρατρέχων, ὡς ὑπὸ μηδενὸς τῶν γνησίως ἀσκούντων τὴν τέχνην ἀγνοηθῆναι δυνάμενα, τὰ δὲ τοῖς τοιούτοις ἀγνοούμενα πάντ' ἐπιμελῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς ἐξηγούμενος. εἰ δὴ τοῦτ' ἐστὶν ἔθος αὐτῷ, τί θαυμαστὸν ἀμφισβητουμένην τε καὶ ἀσαφῆ τοῖς πολλοῖς δυσπνοίας διαφορὰν τὴν κατὰ μέγεθός τε καὶ ἀραιότητα διά τε τῶν ἄλλων συγγραμμάτων ἐπιδεῖξαι πειραθῆναι παραφροσύνης ἰδίαν οὖσαν ἔν τε τῷ προγνωστικῷ σαφοῦς ἀξιῶσαι διδασκαλίας, τὰς δὲ τῆς πυκνότητος, ὡς ἂν μηδὲ ταύτας ἀγνοηθῆναι τοῖς ἰατροῖς δυναμένας, ἐνὶ κεφαλαίῳ περιλαβόντα, διὰ ταχέων δηλῶσαι; ἔν τε γὰρ πλευρίτισι καὶ περιπνευμονίαις καὶ συνάγχαις καὶ

tates quidem facile reperire, in folutionibus vero ipfarum haerere, verum primum quidem viam quandam facilitatis invenire, deinceps vero demonftratione, quae per ipfam inventa erunt, confirmare. Quae eft igitur via facilitatis? oportet enim inde initium fumere. Una quidem commune illud omnibus veteribus familiare breviloquium; altera vero ipfius Hippocratis animi magnitudo. Demonftratum enim nobis eft quam gravis fit faepenumero hic vir in iis, quae aliis medicis nota funt, praetereundis, ut quae a nemine eorum, qui artem ferio exercent, ignorari queant; quae vero his ignota funt, omnibus diligenter fimul et perfpicue exponendis. Si vero hic ipfi mos eft, quid mirum ambiguam ac obfcuram apud plerasque differentiam difficilis refpirationis, eam videlicet quae in magnitudine et raritate eft, tum per alia fcripta demonftrare conatum eum effe defipientiae propriam tum in praenotionum libro manifefta doctrina dignam cenfuiffe, differentias autem denfitatis, ut quae medicis ignotae effe non queant, una fumma comprehenfas breviter indicaffe? In pleuritide enim et peripneumoniis, anginis et

ὀρθοπνοίαις πυκνὸν καὶ μικρὸν γίνεται (191) *τὸ πνεῦμα· καὶ εἰ μὴ πλευρῖτις δ᾽ εἴη, μόνη δ᾽ ὀδύνη κατὰ τὰς πλευρὰς ὑπάρχοι, πυκνὸν καὶ μικρὸν ἔσται τὸ πνεῦμα, καθάπερ εἰ καὶ περὶ τὸ στόμα τῆς κοιλίας, ἢ τὸν στόμαχον, ἢ τοῦ σπληνὸς τὴν κεφαλὴν, ἢ τοῦ ἥπατος τὰ κυρτά. καὶ γὰρ οὖν κἀνταῦθα πόνου τινὸς ὑπάρχοντος, ἀνάγκη μικρὸν καὶ πυκνὸν γενέσθαι τὸ πνεῦμα, καὶ πολύ γε μᾶλλον, εἰ περὶ τὸ διάφραγμα γένοιτο καὶ τὸ συνάπτον αὐτοῦ τῷ περιτοναίῳ καὶ τοὺς μῦς τοὺς περικειμένους αὐτόθι. καίτοι κἂν εἰ μὴ τῇδε μόνον, ἀλλὰ καὶ κατωτέρω μειζόνως πεπονθὸς τὸ περιτόναιον, αἰσθάνεταί τε τῆς βλάβης αὐτοῦ τὸ διάφραγμα καὶ οὕτω μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐργάζεται τὸ πνεῦμα. καὶ τῆς γαστρὸς αὐτῆς αἱ μείζους διαθέσεις, αἱ σὺν ὀδύνῃ τε καὶ ὄγκῳ, καὶ τοῦ σπληνὸς τὰ κάτω καὶ τοῦ ἥπατος, οὐδὲν ἧττον καὶ αὐταὶ πυκνὸν καὶ μικρὸν ἐργάζονται τὸ πνεῦμα· καὶ ὅλως, εἴτ᾽ ὄγκος τις εἴη, θλίβων τε καὶ στενοχωρῶν ὁτιοῦν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, εἴτ᾽ ὀδύνη περί τι μόριον οὕτω πλησιάζον τοῖς ἀναπνευστικοῖς, ὡς κινουμένοις αὐτοῖς συγκινεῖσθαι, πυκνὸν καὶ μικρὸν ἔσται τὸ πνεῦμα. τὰς δ᾽ ἄλλας αἰτίας*

orthopnoeis denfus et parvus fit fpiritus. Quod fi pleuritis non fit, fed tantum dolor circa coftas, denfus et parvus fit fpiritus; quemadmodum etiam, fi circa os ventriculi, aut ftomachum, aut fplenis caput, aut hepatis gibbam partem. Nam et in his locis fi quis fit dolor, neceffarium eft parvum et denfum fieri fpiritum; et multo magis, fi cira feptum transverfum et partem ejus peritonaeo cohaerentem itemque musculos illic circumfitos. Atqui etiamfi non illic folum, fed longe inferius peritonaeum fuerit affectum, et laefionem ipfius percipiat feptum transverfum, itidem parvum ac denfum fpiritum efficit. Quin et ventriculi ipfius majores affectiones, quae cum dolore fiunt et tumore, fplenis item ac hepatis infernae partes, non minus denfum ac parvum efficiunt fpiritum. Et in univerfum, five tumor quis fit premens ac coarctans quodcunque tandem fpirabile organum, five dolor circa quamcunque partem ita vicinam refpiratoriis organis, ut ipfis motis fimul moveatur, denfus ac parvus erit fpiritus. Reliquas autem horum caufas in primo libro

nino multa, quemadmodum et haec: *Morbis quibuscunque incipientibus bilis atra, aut furfum, aut deorfum fubierit, lethale. Dyfenteria fi a bile atra incipiat, mortiferum. Quibus per febres fanguinis copia undecunque eruperit, his in refectibus alvi humectantur.* Taliaque multa in aphorismis fcripta invenire licet, ad artis prognofticam partem pertinentia. Cur igitur nihil horum in praenotionum libro recenfuit? Propterea quod de acutis morbis in illo docere propofuerat, ut ipfe tum in principio tum in fine libri enunciavit; in principio quidem, ubi ait: *Confiderare autem fic oportet in acutis morbis;* in fine vero, ubi haec verba afcripfit: *haec vero de acutis morbis dico, et his, qui ex ipfis nascuntur.* Qui vero funt, qui ex ipfis nascuntur? ipfe Hippocrates rurfus in eodem libro recenfet: *Hydropes ex acutis morbis nati omnes mali.* Et rurfus: *Facilem vero fpirationem valde magnam vim ad falutem habere pu-*

νοσήμασιν, ὁκόσα σὺν πυρετοῖσι καὶ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι κρίνεται. κἀνταῦθα τῶν ἐκ μεταπτώσεως ὀξέων μνημονεύει, καθάπερ κἀν τοῖς περὶ κρισίμων ἀπεδείξαμεν. ἐπεσημήνατο δὲ καὶ ἄλλοθεν πολλαχόθεν τοῦ συγγράμματος, ὡς ἤτοι περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων, ἢ περὶ τῶν γινομένων ἐκ τούτων ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ, καθάπερ κἀν τοῖσδε· οἱ δὲ ἱδρῶτες ἄριστοι μέν εἰσιν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι, οἳ ἂν ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι γένωνται. καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; αὐτὸς γὰρ, ὡς ἑκὼν παραλείπει πολλὰ τῶν προγνωστικῶν σημείων ἐν [284] ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ, σαφῶς ἐνδείκνυται, ποτὲ μὲν ὡδί πως λέγων· μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἤν τι αὐτέη ἡ κύστις νόσημα ἔχουσα, τῶν οὔρων τι ἀποδδοῖ τουτέων, οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σημεῖον, ἀλλ᾽ αὐτῆς καθ᾽ ἑαυτήν. οὐ μὴν προστίθησί γε τὰ γνωρίσματα κατὰ τὸ προγνωστικὸν, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἀφορισμοῖς γράφει. αὖθις δ᾽ αὖ λέγει· χρὴ δὲ καὶ τὰς διαφορὰς τῶν νοσημάτων τῶν ἐπιδημεόντων ταχέων ἐνθυμέεσθαι καὶ μὴ λανθάνειν τῆς ὥρας τὴν κατάστασιν· οὐ μὴν οὐδὲ περὶ τούτου τι διδάσκων ἡμᾶς ἐν

tandum eſt in omnibus acutis morbis, qui cum febribus ſunt, et intra quadraginta dies judicantur. Atque hic acutorum ex transmutatione mentionem facit, velut in libris de judicatoriis diebus demonſtravimus. Quin et ex aliis multis locis ejus libri ſignificavit, quod aut de acutis morbis, aut de his, qui ex ipſis naſcuntur, ſermonem faciat. Ut et hoc loco: *Sudores optimi quidem ſunt in acutis morbis omnibus, qui in diebus judicatoriis oboriuntur.* Et quid multis verbis opus eſt? ipſe enim manifeſte in illo libro oſtendit, ſe multa prognoſtica ſigna volentem relinquere, alicubi quidem ſic dicens: *Ne decipiat autem te, ſi ipſa veſica aliquem morbum habens, ejusmodi quandam urinam reddat; non enim totius, ſed ſui ipſius ſignum eſt;* nec tamen apponit ſigna *ejusmodi caſus* in praenotionum libro, ſed in aphoriſmis ipſa ſcribit. Rurſus autem ſic ait: *Oportet autem et differentias morborum epidemiorum cito animadvertere, temporisque ſtatum non ignorare;* neque tamen de hoc quicquam

προγνωστικῷ. προύθετο γὰρ, ὡς ἔφην, τὰ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἴδια διελθεῖν μόνα, τὰ δέ γε τῶν χρονίων ἴδια σύμπαντα παραλιπεῖν, ὥστ᾽ εὐλόγως καὶ τὴν ἀνώμαλον δύσπνοιαν, ἐξ ἑτέρου γένους ὑπάρχουσαν νοσήματος, ἐνταῦθα παρέλιπεν. εἰ γὰρ δὴ σπωμένων γίγνεται τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, εἴη μὲν ἂν καὶ τοῖς χρονίοις νοσήμασι συνεδρεῦον τὸ πάθημα, καὶ ταύτῃ γε μηδὲν δὴ τῶν ὀξέων ἢ χρονίων ἴδιον· εἴη δ᾽ ἂν καὶ χωρὶς πυρετοῦ γιγνόμενον, ὥς γε καὶ οἱ σπασμοί· πρόκειται δ᾽ αὐτῷ κατὰ τὸ προγνωστικὸν ὑπὲρ τῶν ἰδίως ὀξέων ὀνομαζομένων ποιήσασθαι τὸν λόγον. ἔστι δὲ ταῦτα τὰ σὺν πυρετοῖς γιγνόμενα συνεχέσι τοὐπίπαν, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἐδήλωσεν ὧδί πως γράψας· ἔστι δὲ ἄρα ταῦτα ὀξέα, ὁποῖα ὠνόμασαν οἱ ἀρχαῖοι πλευρῖτιν καὶ περιπνευμονίαν καὶ φρενῖτιν καὶ καῦσον καὶ τἄλλα ὅσα τούτων ἐχόμενα, ὧν οἱ πυρετοὶ τοὐπίπαν ξυνεχέες. οὔκουν οἱ σπασμοὶ τούτου τοῦ γένους εἰσὶ τῶν νοσημάτων, ὅθεν οὐδὲ τὴν ἴδιον αὐτῶν δύσπνοιαν ἅμα

in praenotionum libro nos docet. Propofitum enim erat ipfi, ut dixi, folum ea, quae acutorum morborum propria funt, recenfere; quae vero diuturnis propria funt, omnia relinquere. Quare merito etiam inaequalem refpirationis difficultatem, ex alio morborum genere exiftentem, hic praetermifit. Si etenim convulfis fpirabilibus organis fiat, affidebit et diuturnis morbis hic affectus, proindeque fane non *magis* acutorum quam diuturnorum proprius; oborietur quoque et citra febrem, ut etiam convulfiones. At ipfi propofitum eft in praenotionibus, de his qui proprie acuti nominantur, facere fermonem. Sunt autem tales, qui omnino cum febribus continuis fiunt, ut ipfe in libro de victu acutorum oftendit, fic fcribens: *Sunt itaque hi acuti, quales veteres nominaverunt pleuritidem, et peripneumoniam, et phrenitidem, et febrem ardentem, et alios quoscunque his confimiles, quorum febres omnino funt continuae.* Nequaquam igitur convulfiones hujus morborum generis funt, unde neque propriam ipforum refpirationis difficultatem fi-

τούτοις διῆλθε, καθάπερ οὐδὲ περὶ τῶν οὔρων, ἢ τῶν διαχωρημάτων, ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσα κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἔγραψε, διότι τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐκ ἦν ἴδια. διὰ τί δ᾽ οὐδὲν οὐδὲ περὶ τῶν τοιούτων δυσπνοιῶν ἐδίδαξεν ἐν τῷ προγνωστικῷ, ἐν αἷς ἤτοι μόνον τὸ εἰσπνεόμενον, ἢ μόνον τὸ ἐκπνεόμενόν ἐστι μέγα, περιττὸν ἡγοῦμαι νῦν ἐπεξιέναι, δείξας γε σαφῶς ἐν τῷ πρώτῳ τῶνδε τῶν ὑπομνημάτων, ὡς εἰς πέντε ταύτας τὰς δυσπνοίας, ὑπὲρ ὧν νῦν πέπαυμαι λέγων, αὔταρκες ἀνάγειν τὰς ἄλλας διαφοράς· οὐδὲ γὰρ ἢ ταχείας, ἢ βραδείας ἀναπνοῆς ἐμνημόνευσεν ἐν προγνωστικῷ. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ἐδείξαμεν, ὡς πάσας τὰς ἄλλας διαφορὰς ἐν ταῖς προειρημέναις περιέχεσθαι συμβέβηκε, ὥσθ᾽ ἑκάτερον αὐτῶν ὀρθῶς ὁ Ἱπποκράτης φαίνεται ποιήσας, ἐν μὲν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν τὴν εἰς ἁπάσας τὰς κατὰ μέρος δυσπνοίας διαίρεσιν τιθέμενος, ἐν δὲ τῷ προγνωστικῷ καὶ τοῖς ἀφορισμοῖς τὸ πρὸς τὴν χρείαν ἐπεῖγον.

mul cum his recenfuit, quemadmodum neque de urinis, aut dejectionibus, aut aliis omnibus, quae in aphorismis fcripfit, propterea quod acutorum morborum propria non erant. Cur vero neque de talibus difficilis refpirationis fpeciebus in praenotionibus docuerit, in quibus aut fola infpiratio, aut fola expiratio eft magna, fupervacaneum puto nunc explicare, ut qui manifefte in primo horum commentariorum demonftraverim, ad has quinque difficilis refpirationis differentias, de quibus nunc dicere defii, omnes reliquas commode reduci poffe. Neque enim aut celeris, aut tardae refpirationis in praenotionum libro mentionem fecit, ob eandem rationem; oftendimus enim omnes alias differentias in praedictis contineri. Quare Hippocrates utrumque ipforum recte feciffe videtur, in libris quidem epidemiorum divifione in omnes particulares fpirandi difficultates pofita; in praenotionibus vero et aphorismis, quantum ufui erat neceffarium.

Κεφ. ι'. Ὁπότ' οὖν ταῦθ' ἡμῖν ἱκανῶς ἀποδέδεικται, λείποιτ' ἂν ἔτι τὰς ὑπολοίπους ἐξ ἁπάντων αὐτῶν τῶν συγγραμμάτων ἐξηγήσασθαι ῥήσεις, ἀρξαμένους αὖθις ἀπὸ τοῦ δευτέρου τε καὶ ἕκτου τῶν ἐπιδημιῶν. ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τούτοις τοῖς βιβλίοις, ἐφεξῆς τῇ πρώτῃ πασῶν εἰρημένῃ ῥήσει τῇ διδασκούσῃ τὰς διαφορὰς ἁπάσης τῆς δυσπνοίας, ὡδί πως γέγραπται· ἰητήριον συνεχέων χασμέων μακρόπνους· ἐν τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις πίνουσι, βραχύπνους. ἐνταῦθ' εἴτε τὸν ἄνθρωπον μακρόπνουν, εἴτε τὴν δύσπνοιαν αὐτὴν οὕτως ὠνόμασεν, ὅτι τὸ διὰ μακροῦ χρόνου γινόμενον, τουτέστι τὸ ἀραιὸν [285] πνεῦμα καὶ προσέτι τὸ πολὺ, δηλοῦται διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης, ἐν τῷ δευτέρῳ δέδεικται λόγῳ, καθάπερ γε καὶ ὡς τὸ δι' ὀλίγου, τοῦτ' ἔστι τὸ πυκνὸν, καὶ προσέτι τὸ μικρὸν, ἐκ τοῦ, βραχύπνους. ἰητήριον οὖν ἤτοι σημεῖον ἢ αἴτιον, ἑκάτερον γὰρ ἔστι δείξασθαι, τῶν συνεχῶν χασμῶν, τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν γίγνεται (τὸ) πνεῦμα· σημεῖον μὲν, ὡς εἰς τἀναντία τῆς διαθέσεως μεθισταμένης, αἴτιον δὲ, ὅτι ἐναντίων ἐναντία

Cap. X. Quum igitur haec a nobis jam abunde demonſtrata ſint, reliquum fuerit etiamnum reliquas omnium librorum dictiones exponere, initio rurſus a ſecundo et ſexto epidemiorum ſumpto. In utrisque enim his libris, poſt primam omnium relatam dictionem, in qua omnes difficilis reſpirationis differentias docet, hoc modo ſcriptum eſt: *Sanat continuas oscitationes ſpiratio longa, abhorrentes a potu et vix bibentes ſpiratio brevis.* Sive hic hominem longa ſpiratione reſpirantem, ſive difficultatem ipſam ſpirandi ita appellavit, quod ſpiritus longo tempore interjecto diſtinctus, hoc eſt rarus, inſuperque multus, ea appellatione indicetur, ſecundo libro eſt demonſtratum; quemadmodum etiam per brevem ſpirationem is qui per modicum tempus fit, hoc eſt denſus, inſuperque parvus. Sanat igitur aut ut ſignum, aut ut cauſa, utrumque enim oſtendere licet, continuas oscitationes magnus et rarus ſpiritus; ut ſignum quidem, tanquam affectione in contrarium mutata; ut cauſa vero, quod

τὰ ἰάματα· χασμῶνται γὰρ καὶ σκορδινῶνται συνεχῶς, ἀτμώδους τινὸς καὶ παχέος πνεύματος ἐν τῷ μυώδει γένει κατειλημμένου, καθότι δέδεικται δι᾽ ἑτέρων· εὐθὺς δ᾽ οἷς τοῦτο συμβέβηκε καὶ συνεχῶς ἐκπνέουσιν, ὡς ἂν ἐκκαθαιρομένου τε καὶ κενουμένου τοῦ τοιούτου πνεύματος ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς· εἰ δέ τις μηκέτι συνεχῶς, ἀλλ᾽ ἤδη διὰ μακροῦ χρόνου τὰς ἐκπνοὰς ποιεῖται, δῆλον ὡς αἱ προϋπάρχουσαι διαθέσεις αὐτῷ πέπαυνται καὶ σημεῖον οὕτως ἰητήριον ἡ μακρόπνοια τῆς χάσμης ἔσται. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς αἰτίαν ἰωμένην τὴν μακρόπνοιαν τὰς χάσμας τὰς συνεχεῖς ἀκούειν ἐγχωρεῖ, δοκεῖ μοι καὶ αὐτὸ μηκέτι δεῖσθαι μακροῦ λόγου. τὸ γὰρ ἕως πλείστου τὴν ἀναπνοὴν ἐπισχεῖν, ὅπερ ὀνομάζεται κατάληψις πνεύματος, ᾧ λόγῳ τοὺς λυγμοὺς ἰᾶται, τούτῳ καὶ τὰς χάσμας ἰάσεται. καὶ γὰρ οὖν καὶ ποιοῦσιν ἐπὶ τοῖς γυμνασίοις αὐτὸ σύμπαντες οἱ ἀθληταὶ, διώσασθαι τῇ βίᾳ σπεύδοντες ἅπαν ὅσον ἐν τοῖς κατὰ δέρμα λεπτοῖς πόροις, ἢ ὑγρῶν ἢ ἀτμῶν ἴσχεται. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἡ μακρόπνοια τῶν συνεχῶν χασμῶν σημεῖόν ἐστιν, ἢ αἴτιον

contrariorum contraria fint remedia. Oscitant enim et pandiculantur continenter, ob vaporofum quendam et craffum fpiritum in musculofo genere contentum, ut aliis in locis oftenfum eft. Quibus vero hoc contingit, ftatim etiam continenter expirant, utpote quum in expirationibus ejusmodi fpiritus expurgetur et evacuetur. Si vero quis non ita continue, fed jam per longum tempus expirationes faciat, manifeftum eft, praecedentes in ipfo affectiones ceffaffe; atque ita ut fignum fanabit ofcitationem longa fpiratio. At longam fpirationem etiam ut caufam fanare continuas ofcitationes intelligere licet, atque hoc ipfum non longo fermone mihi indigere videtur. Refpirationem enim ad plurimum tempus continere, quod fpiritus cohibitio nominatur, qua ratione fingultus fanat, eadem etiam ofcitationes fanabit. Et vero faciunt hoc in exercitiis omnes athletae, per vim expellere conantes quicquid five humorum five vaporum tenuibus circa cutem meatibus detinetur. Ob haec igitur fpiratio longa continuas ofcitationes fanat, aut ut

Ed. Chart. VII. [285.] Ed. Baf. III. (195. 196.)

ἰατρικόν· ἐν δ' αὖ τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις πίνουσιν ἡ βραχύπνοια· τοῦτο δ' οὐκέτι σαφῶς, ἀλλ' ἤδη συμβολικώτερον εἴρηται. πότερον γὰρ τοὺς φρενιτικοὺς ἡγητέον ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦσθαι νῦν, ὅτι καὶ δι' ἄλλων εἶπεν, οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες; ἢ μᾶλλον οἷς κατέψυκται τὰ περὶ τὸν πνεύμονα καὶ τὴν καρδίαν, ὡς ἀναπνεῖν τε ἅμα διὰ μακροῦ καὶ ψυχρὸν ἐκπνεῖν; εἰσαγομένη γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ἡ βραχύπνοια, σημεῖον ἰητήριον· ἐπὶ δὲ τῶν κατέψυγμένων οὐ σημεῖον μόνον, ἀλλὰ καὶ αἴτιον. ὡς γὰρ ἡ κατάληψις τοῦ πνεύματος ἐκκενοῦν ἠδύνατο τὰ πε(196)ριττὰ καὶ διὰ τοῦτο ταύτην ἐπὶ τῶν λυζόντων τε καὶ χασμωμένων πολλὰ καὶ σκορδινωμένων καὶ συντόνως γεγυμνασμένων παρελαμβάνομεν, οὕτως ἡ συνεχὴς ἀναπνοὴ ῥιπίσαι τε ἅμα καὶ ἐκθερμᾶναι τὰ κατεψυγμένα δυνήσεται. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν συνεβούλευσεν ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χροιῆς ἀναλήψιος ἕνεκα καὶ ἐκχυμώσιος, ὡς καὶ τῆς ὀξυθυμίας ἐπεγείρειν τὴν ἔμφυτον

ſignum aut ut cauſa: *Abhorrentes vero a potu et vix bibentes, ſpiratio brevis;* hoc vero non amplius manifeſte, ſed jam aenigmati propius dictum eſt. An videlicet phreniticos ab ipſo nunc indicari putandum eſt, quod alio loco dixerit: *Phrenitici paucibibi, ſtrepitu percelluntur facile, tremuli?* An potius eos, quibus partes circa pulmonem et cor perfrigeratae ſunt, ut ſimul et per longum tempus reſpirent et frigidum expirent? Brevis enim ſpiratio ex utrisque inducta ſanitatis ſignum eſt; in perfrigeratis vero non ſolum ſignum, ſed etiam cauſa. Quemadmodum enim ſpiritus cohibitio ſuperflua evacuare poterat et ob id hanc in ſingultientibus et multum oſcitantibus et pandiculantibus et vehementer exercitatis aſſumebamus, ſic continua reſpiratio ventilare ſimul et excalefacere perfrigerata poterit. Hac igitur ratione etiam in ſecundo epidemiorum ſuaſit excandeſcentiam inducere ſtudere, et coloris reparandi et ſanguinis ſub cutem diffundendi gratia, tanquam et excandeſcentia in-

Ed. Chart. VII. [285. 286.] Ed. Baf. III. (196.)
θερμασίαν δυναμένης. ἀλλ᾽ ὅτι γε πυκνοτέραν ἐργάζεται πάντως ἡ ὀξυθυμία τὴν ἀναπνοὴν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. παραληψόμεθα οὖν αὐτὴν ἐπὶ τῶν κατεψυγμένων τε καὶ ἀχροούντων καὶ ἰσχνῶν, ἐκ διαλειμμάτων τέ τινων καὶ προσηκόντων καιρῶν· οὐ γὰρ δὴ συνεχῶς γε οὕτως, ὡς ἄγαν βλάψαι τὴν δύναμιν, ἀλλ᾽ ὥσπερ τὰ γυμνάσια τὰ ῥωννύντα τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, οὐκ ἄμετρα ποιεῖσθαι κελεύομεν, ἀλλ᾽ ἐν καιρῷ τε καὶ μέτρῳ παραλαμβάνομεν, οὕτω καὶ βραχύπνοιαν, εἴ τε κατὰ μόνας εἴ τε καὶ μετὰ τῆς ὀξυθυμίας ἐπιτηδεύσομεν, οὐκ ἄνευ καιροῦ καὶ μέτρου παραληψόμεθα· προσέχειν δ᾽ ἐνταῦθα χρὴ τῷ λόγῳ καὶ μὴ νομίζειν τὴν αὐτὴν εἶναι διάθεσιν τῇ νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν δηλουμένῃ τὴν κατὰ τὸ [286] προγνωστικὸν, ἐφ᾽ ἧς ἔλεγε· ψυχρὸν δ᾽ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίγνεται. ἐπὶ γὰρ τῶν ἐν ὀξέσι νοσήμασι, περὶ ὧν ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ ποιεῖται τὸν λόγον, ἡ τοιαύτη δύσπνοια θάνατον δηλοῖ· τοῖς δ᾽ ἄλλοις νοσήμασιν, ὅσα χωρὶς πυρετοῦ, ψυχρότης τὴν ὅλην ἕξιν τοῦ

natum calorem excitare queat. At vero quod denfiorem omnino reddat refpirationem animi excandefcentia, nemo ignorat. Affumemus igitur ipfam in perfrigeratis et decoloratis ac gracilibus, ex quibusdam intervallis et temporibus opportunis; non fane ita continenter, ut valde facultatem laedat; fed ut exercitationes innatum calorem corroborantes non immoderatas facere jubemus, fed tum opportune tum moderate affumimus, fic etiam brevem fpirationem five per fe five cum excandefcentia ufurpabimus, non fine opportunitate et modo affumemus. Hic autem fermoni mentem advertere oportet, et non putare eandem affectionem effe cum ea, quae nunc a nobis oftenditur, eam quam in praenotionum libro recenfuit, de qua dixit: *Spiritus frigidus ex naribus et ore prodiens valde jam perniciofus eft.* In acutis enim morbis, de quibus in illo libro fermonem facit, hujusmodi fpirandi difficultas mortem portendit; in aliis vero morbis, qui citra febrem confiftunt, frigus totum ani-

ζῶον καταλαμβάνει· συμπίπτει μὲν οὐδὲ τούτοις ἀκινδύνως, οὐ μὴν ἐξ ἅπαντός γε ὀλεθρίως. ἐκ τούτων δ' ἐστὶ καὶ ἡ καλουμένη ὑστερικὴ πνὶξ καὶ ὅλως αἱ ἄπνοιαι πᾶσαι, γυναιξὶ μὲν συνεχῶς καὶ μάλιστα ταῖς στειρευούσαις συμπίπτουσαι, σπανίως δέ ποτε καὶ ἀνδράσι. ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων ἁπασῶν διαθέσεων ὑπὸ πλήθους ὕλης ψυχρᾶς ἡ ἔμφυτος θερμασία βαρύνεται, δίκην φλογὸς ὑπὸ πολλῶν ὑγρῶν ξύλων καταπνιγομένης, ὥστε καὶ ἀνάψαι ποτὲ δυνατὸν ταύτην κρατήσαντα τῆς ὕλης· ἐφ' ὧν μέντοι δαπανηθείσης τῆς ὕλης ἐξ ἀνάγκης αὐτὴ συναποσβέννυται, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασιν οὕτως ἐκπνεόντων, οὐδεμία σωτηρίας ἐλπὶς ὑπολείπεται. τούτων δὲ οὖν μεμνῆσθαι χρὴ, καὶ ὡς ἐν ταῖς ἀπνοίαις ἀπολωλέναι μὲν τελέως ἅπασαν τὴν ἀναπνοὴν, οὔθ' ὑπονοῆσαι δυνατὸν, οὔθ' οὕτως ἔχον φαίνεται τοῖς ἐπιμελῶς κατασκεπτομένοις τὸ συμβαῖνον· ἐλάχιστον δ' αὐτοῖς ἅμα καὶ διὰ μακροτάτου χρόνου γίνεται τὸ πνεῦμα καὶ ταύτῃ λανθάνει τοὺς πολλούς· ἀλλ' εἰ προσέχοι τις ἐπιμελῶς τὸν

malis habitum apprehendit; et accidit quidem neque his extra periculum, non tamen penitus perniciofe. Ex his autem eft et fuffocatio uteri appellata, et omnino omnes apnoeae, i. e. *fpiritus interceptiones*, quae mulieribus quidem affidue et praefertim fterilibus accidunt, raro autem aliquando et viris. In hujusmodi enim omnibus affectionibus prae multitudine materiae frigidae innatus calor gravatur, ad fimilitudinem flammae, quae multis humidis lignis fuffocatur. Quare etiam accendi quandoque poteft haec iterum, exuperata materia, at in quibus confumta materia, neceffario etiam ipfa fimul extinguitur, quemadmodum in iis, qui in acutis morbis fic expirant, nulla fpes falutis relinquitur. Horum itaque meminiffe oportet et quod in apnoeis omnem refpirationem plane periiffe, neque fufpicari licet, neque ita effe apparet, quod contingit diligenter confiderantibus. Minimus autem fimulque per longiffimum tempus ipfis fit fpiritus, atque hac ratione plerosque latet ac fallit; verum fi quis diligenter ad-

νοῦν, ἢ καὶ προσθείη τινὰ τῶν δακτύλων πρὸ τῆς τοῦ κάμνοντος ῥινὸς, αἰσθήσεται τῆς ἀναπνοῆς. εἰ δὲ καὶ τρίχα κατακρεμάσει πρὸ αὐτῆς, ἢ ἔριον λεπτὸν, ἀκριβῶς διεξεσμένον, ὄψεται καὶ ταῦτα σειόμενα. κατὰ μὲν δὴ τὰς τοιαύτας διαθέσεις βραχύπνοια, τουτέστιν ἡ διὰ βραχέος χρόνου κίνησις τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἥνπερ δὴ καὶ πυκνὸν πνεῦμα καλοῦμεν, αἴτιόν τε ἅμα καὶ σημεῖον ἰητήριον ὑπάρχει· κατὰ δὲ ταὐτὸ τῶν συνεχῶν χασμῶν οὐ μόνον ἡ διὰ μακροῦ, τουτέστιν ἡ ἀραιὰ, σημεῖόν τε ἅμα καὶ αἴτιόν ἐστιν ἰητήριον, ἀλλὰ καὶ ἡ μεγάλη. καλεῖται γὰρ καὶ ἥδε κατὰ δεύτερον λόγον μακρόπνοια. πρώτως μὲν γὰρ ἡ διὰ μακροῦ χρόνου γινομένη, τουτέστιν ἡ ἀραιὰ, τοῦτο κέκτηται τοὔνομα, δευτέρως δὲ καὶ ἡ μεγάλη. περὶ μὲν δὴ τούτων ὧδε ἔχει.

Κεφ. ια'. Παραθώμεθα δὲ δὴ καὶ τἄλλα σύμπαντα τὰ περὶ τῆς δυσπνοίας αὐτῷ γεγραμμένα. κατὰ μὲν δὴ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν, ἐπὶ μὲν τῆς Ἀντιγένους, προειπὼν ὡς ἀσθμώδης ἐγένετο πρὸ τόκου, μετὰ ταῦτ' ἐπιφέρει· ἔπειθ'

vertat, aut etiam digitorum quempiam naribus aegri admoveat, percipiet utique respirationem. Quod si quis etiam prae naribus pilum suspendat aut tenuem lanam probe concerptam, videbit etiam haec moveri. in hujusmodi sane affectionibus spiratio brevis, hoc est motus spirabilium organorum per breve tempus, quem videlicet etiam densum spiritum appellamus, causa simulque signum sanationis existit. Eadem vero ratione continuarum oscitationum, non solum respiratio per longum tempus, hoc est rara, signum simulque causa sanationis existit, sed etiam magna. Vocatur enim et haec secundario spiratio longa. Primario etenim ea, quae per longum tempus fit, hoc est rara, hoc nomen possidet; secundario vero etiam magna. Atque de his quidem sic se res habet.

Cap. XI. Apponamus autem et alia universa ab ipso de spirandi difficultate conscripta. In secundo itaque epidemiorum, in Antigenis conjuge, praefatus anhelam fuisse ante partum, post haec infert: *Postea simul cum partu pus*

ἅμα τόκῳ πύον ἀνήμεσεν. ὥσθ' ὁμολογεῖ καὶ τοῦτο τοῖς ὑφ' ἡμῶν ἀποδεδειγμένοις· ἀσθμαίνουσι μὲν γὰρ οἱ πυκνὸν ἀναπνέοντες ἅμα καὶ τὸν θώρακα μέχρι πολλοῦ διαστέλλοντες. γίγνεται δὲ τοῦτο ποτὲ μὲν ἐν διαθέσεσι πολλῆς εἰσπνοῆς δεομέναις. ἀμέλει καὶ τοῖς δραμοῦσιν ἢ ὁπωσοῦν ἄλλως ὀξέως γυμνασαμένοις τὸ τοιοῦτον συμπίπτει καὶ πᾶσι τοῖς περικαέσι πυρετοῖς· γίγνεται δ', ὡς ἐδείχθη, κἀπειδὰν ἔμφραξις, ἢ θλίψις, ἢ στενοχωρία τις ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις ὑπάρχῃ· τοιοῦτον δέ τι φαίνεται συμβῆναι καὶ τῇ τοῦ Ἀντιγένους, ὡς ἐδήλωσε τὸ πύον. [287] ταύτης μὲν δὴ πρώτης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν δυσπνοίας μέμνηται· μετὰ δὲ ταύτην τῆς συμβάσης τῇ Λυκίῃ, περὶ ἧς, ὡς καὶ πρόσθεν ἔλεγον, ἔγραψε· πνεῦμα ἐδιπλασιάζετο, οὐ μὴν μέγα κατὰ λόγον. ἐπεπόνθει γὰρ αὐτῆς τὸ νευρῶδες γένος τῶν ὀργάνων, ὥστε καὶ τῶν οὔρων ἐπίσχεσιν παντελῆ γενέσθαι. διὰ τοῦτο μὲν δὴ τὸ διπλασιαζόμενον ἐγίνετο πνεῦμα· διά τί δὲ οὐ μέγα; ἢ διότι κατέψυκτο; περιέσταλτο γοῦν, φησι· τούτῳ δ' ἐδεί-

evomuit. Quare et hoc cum his, quae a nobis demonftrata funt, confentit; anheli enim funt, qui denfum fpiritum habent, et fimul thoracem multum diftendunt. Contingit autem hoc aliquando quidem affectiontbus multa infpiratione indigentibus, ut a curfu, aut alia quacunque vehementi exercitatione ejusmodi fpiritus accidit, et omnibus ardentibus febribus; fit etiam, ut monftratum eft, quando obftructio, aut compreffio, aut anguftia quaedam in refpirabilibus organis exiftit. Tale vero quiddam apparet accidiffe etiam Antigenis uxori, quemadmodum pus indicavit. Hujus quidem primae in fecundo epidemiorum fpirandi difficultatis meminit; poft hanc vero ejus quae Lyciae accidit, de qua velut antea dixi, fcripfit: *Spiritus intro duplicabatur; non tamen magnus fecundum rationem.* Affectum enim erat ipfi nervofum organorum genus, ut etiam abfoluta urinarum fuppreffio fieret, et ob hoc fane duplicatus fpiritus fiebat. Cur autem non magnus? An quod effet perfrigerata? *Contegebatur itaque*, inquit. Monftratum eft autem, quod hac

χθῇ χρώμενος τῷ ὀνόματι κατὰ τῶν ἀποψυχομένων τὴν ἔμφυτον θερμασίαν. ἐφεξῆς δὲ καὶ περὶ τῶν γενομένων τότε κυναγχικῶν διαλεγόμενος, ὡδὶ γράφει· πνεῦμα δὲ τούτοισιν οὐ πάνυ μετέωρον· ὡς δηλονότι μετεώρου τὰ πολλὰ τοῖς κυναγχικοῖς γιγνομένου τοῦ πνεύματος. οὕτως δὲ καλεῖν ἔθος αὐτῷ τὸ μικρὸν πνεῦμα, καὶ ὡς δόξειέ τινι, αὐτόθι που μέχρι τῆς φάρυγγος εἰσιὸν, οὐκ εἰς τὸ βάθος τοῦ θώρακος κατερχόμενον. ὅτι δὲ τοιοῦτον ἀνάγκη ὑπάρχειν τὸ πνεῦμα τοῖς ὁτιοῦν ὀδυνωμένοις τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἔμπροσθεν εἴρηται. τίς οὖν ἡ αἰτία δι' ἣν τοῖς κυναγχικοῖς οὐ πάνυ τὸ πνεῦμα μετέωρον; ἢ διότι μηδὲ τὸ τῆς κυνάγχης εἶδος αὐτοῖς εἰθισμένως ἐγένετο; πρῶτον μὲν γὰρ ἐρεῖ· φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα, κειμένη δέ· εἶθ' οὕτω φησίν· οὐ πνιγόμενοι οἱ πλεῖστοι, εἰ μὴ καταπίνειν προθυμοῖντο· καὶ ὅλως ἡ διήγησις ἅπασα τῆς τότε γενομένης κυνάγχης, ἀπαθῆ μὲν ἐδείκνυτο μεῖναι τὴν φάρυγγα, τὰ δὲ ἐπιγειτνιῶντα ταύτῃ μέρη, τὰ συνεχῆ τοις σπονδύλοις τοῦ τραχήλου, παθεῖν. καὶ γὰρ οὖν καὶ μεταστῆναί φησι καὶ αὐτοὺς τοὺς σπονδύ-

voce utatur in iis quibus calor innatus perfrigeratus eft. Deinceps vero et de anginofis tunc factis differens fic fcribit: *Spiritus his non valde fublimis;* tanquam videlicet ut plurimum fublimis fpiritus anginofis fiat. Sic autem vocare ipfi mos eft parvum fpiritum, et ut alicui videatur, ad fauces usque circiter ingredientem, non autem in thoracis profunditatem defcendentem. Quod vero ejusmodi fpiritus neceffario exiftat in his, qui quodcunque tandem fpirabile organum dolent, antea dictum eft. Quae fuit igitur caufa, ob quam anginofis fpiritus non valde fublimis erat? An quod neque anginae fpecies ipfis confueto more facta erat? *Primum enim,* inquit, *fauces non inflammatae, fed jacentes.* Deinde fic ait: *Non fuffocabantur plurimi, nifi quum deglutire cupiebant;* et omnino tota narratio de angina tunc facta illaefas permanfiffe oftendit ipfis fauces, verum vicinas his partes vertebris colli continuas affectas fuiffe. Nam et ipfas vertebras luxatas fuiffe ait, partim intro folum,

λους, τοὺς μὲν εἴσω μόνον, τοὺς δὲ καὶ εἰς τὰ πλάγια. μήτ' οὖν ἄλλου τινὸς τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων πεπονθότος, ἀλλὰ μηδὲ τῆς φάρυγγος αὐτῆς κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, ὅτι μὴ τῇ κοινωνίᾳ τῆς θέσεως συναπολαυούσης τῶν παθημάτων, δεόντως οὐ πάνυ μετέωρον ἦν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα· μηδ' ὅλως μὲν γὰρ ἐνοχλουμένης τῆς φάρυγγος, οὐδ' ἂν μετέωρον ἦν μηδαμῶς· ἐπεὶ δ' ἐκ τοῦ συμπάσχειν τοῖς παρακειμένοις ἠνωχλεῖτο, τὴν μέσην τῶν εἰρημένων κατάστασιν ἐκτήσατο, μετρίως πυκνωθέν. ἐφεξῆς δὲ τῆσδε τῆς καταστάσεως ἑτέρας μνημονεύει γενομένης ἐν Περίνθῳ, τόνδε τὸν τρόπον ἀρχόμενος τῆς διηγήσεως· ἐς Πέρινθον περὶ ἡλίου τροπὰς ὀλίγον τὰς θερινὰς ἤλθομεν· ἔπειτα διηγεῖται τὴν ὅλην τῶν νοσημάτων ἰδέαν, ἀπὸ καύσου μὲν ἀρξαμένην, ἐμετώδη δὲ γενομένην καὶ μέχρι πλείστου χρονίσασαν. ἀλλὰ καὶ ὡς χωρὶς ἐμέτων οἱ καῦσοι τούτοις ἐγίγνοντο, καὶ ὡς ἡ γαστὴρ αὐτοῖς διεχώρει πολλὰ, καὶ τοῦτο προσέθηκεν. ὥστ' ἐκ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εὔδηλον εἶναι, τῆς καταστάσεως τὴν ὑπόθεσιν ἐν φλέγ(197)μασι διασηπομένοις γεγενημένην, ἀπα-

partim etiam in obliqua. Quum igitur neque aliud aliquod spirabilium organorum ipsis fuerit affectum, neque fauces ipsae ex propria ratione, nisi ob communitatem situs, affectionis participes essent, merito non valde sublimis ipsis erat spiritus. Etenim si penitus non fuissent fauces affectae, nequaquam sane spiritus sublimis fuisset; quum vero per consensum vicinorum laederentur, mediam praedictorum constitutionem accepit, moderate densatus. Deinceps vero ab hac constitutione alterius meminit Perinthi factae, hoc modo narrationem incipiens: *Perinthum circa solstitium fere aestivum venimus.* Deinde recenset totam morborum speciem a causo exorsam, verum vomitoriam factam, et ad plurimum tempus inveteratam. Quin et quod citra vomitus ardentes febres his factae sint, et quod venter ipsis multa dejecerit, apposuit; ut tum ex his tum ex aliis omnibus manifestum sit, ejus constitutionis causam in pituita putrescente

θῶν μὲν τῶν ἀναπνευστικῶν μεινάντων, καὶ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας, ἐκ δὲ τῶν κατωτέρω μερῶν αὖθις ὁρμωμένου τοῦ καύσου· εἰκότως οὖν αὐτοῖς οὔθ᾽ ὥσπερ οἷς ἐν πνεύμονί τε καὶ καρδίᾳ πλῆθος ἤθροιστο θερμασίας πυρώδους, ἐγένετο μέγα τὸ πνεῦμα, μικρόν τ᾽ οὐκ ἦν παντάπασιν, ὡς μήτ᾽ ὀδυνωμένοις μήτε κατεψυγμένοις. εἴπερ οὖν τὸ μετέωρον οὐδὲν τοῦ μικροῦ διαφέρον δηλοῖ, κατὰ λόγον αὐτοῖς φησι τὰ πνεύματα μετέωρα γίγνεσθαι, οὐ μὴν πάνυ γε. μετὰ δὲ ταύτην τὴν κατάστασιν οὐδεμιᾶς ἐν τοῖς ἐφεξῆς δυσπνοίας ἐμνημόνευσεν ὁ Ἱπποκράτης, ἄχρι τῆς ῥήσεως ἐκείνης ἣν πρώτην παρεθέμην ἁπάντων ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ γράμματος, ἣ ἄρχεται τόνδε τὸν τρόπον· πνεύματα πυκνὰ σμικρὰ, μεγάλα ἀραιά. ταύτην δὲ σύμπασαν ἐξηγήσασθαι φθάνω. τῆς οὖν ἐφεξῆς αὐτῷ γεγραμμένης δυσ[288]πνοίας ἐπὶ ἀῤῥώστου τινὸς, οὗ τὸ ὄνομα Σκόπος, εἴη ἂν ἤδη μνημονεύειν καιρός· ἔχει δ᾽ ἡ τοῦ παλαιοῦ λέξις ὧδε· πνεῦμα δὲ ὑπόπυκνον, ὑποχόνδρια ἤλγει, καὶ ἀναπνέων, καὶ στρε-

fuiffe, ita ut fpirabilia organa illaefa permanferint, itemque ipfum os ventriculi, fed ex inferioribus partibus initium impetus fui fumpferit ardens febris. Merito igitur ipfis neque magnus fpiritus factus eft, quemadmodum his fit, quibus in pulmone et corde febrilis caloris multitudo collecta eft; neque parvus omnino fuit, ut qui nec dolerent, nec perfrigerati effent. Si parvus igitur et fublimis nihil diverfum fignificant, jure utique fublimes fpiritus ipfis factos effe dicit, non tamen valde. Poft hanc vero conftitutionem nullius deinceps difficilis refpirationis Hippocrates mentionem fecit, usque ad illam dictionem, quam primam omnium principio hujus libri appofui, cujus initium hoc eft: *Spiritus parvi denfi, magni rari.* Hanc vero totam jam antea expofui. Tempeftivum igitur jam fuerit mentionem facere difficilis refpirationis in aegroto quodam, cujus nomen Scopus, ab ipfo deinceps confcriptae. Habet autem ita fenis dictio: *Spiritus fubdenfus, hypochondria dolebat, et refpirans, et cum*

φόμενος. φαίνεται δὴ καὶ οὗτος ὁ ἄῤῥωστος μαρτυρῶν τοῖς πολλάκις ὑφ᾽ ἡμῶν προειρημένοις· ἐπεὶ γὰρ τὰ ὑποχόνδρια τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις συνῆπται, διὰ τοῦτο ὀδυνωμένων αὐτῶν ὑπόπυκνον ἦν τὸ πνεῦμα. ταυτὶ μὲν οὖν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἴδη δυσπνοίας ἔγραψεν. ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ πρῶτον μὲν μέμνηται τῆς Νικοστράτου γυναικὸς, τῆς ἐν Κρανῶνι, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐχούσης τὸ πνεῦμα· δεύτερον δὲ τῆς Ἀντιγένους, ἀσθματώδους οὐχ ὑπόγυιον τότε γενομένης, ἀλλ᾽ ἐξ ἀρχῆς οὔσης, ὥστε καὶ βήττειν ἀεί· περὶ μὲν δὴ ταύτης οὐδ᾽ ἓν ἂν εἴη ζήτημα· περὶ δὲ τῆς ἐν Κρανῶνι, τῆς Νικοστράτου γυναικὸς, διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ προσθεῖναι τὸ μικρὸν καὶ πυκνὸν πνεῦμα, διότι παρεφρόνησεν. εἴρηται γὰρ ἤδη πολλάκις, ὡς τοὐναντίον τὸ ἀραιὸν καὶ μέγα πνεῦμα παραφροσύνης ἐστὶν ἴδιον· ὥστε ἄξιον ζητῆσαι, διὰ τί τουτὶ μὲν οὐκ ἐγένετο, τὸ δ᾽ ἐναντίον αὐτῷ τὸ τῶν ἀλγημάτων ἴδιον, τὸ μικρὸν καὶ πυκνόν. οὐδὲ γὰρ προσέθηκεν ἐν τῇ διηγήσει τῆς ἀῤῥωστίας, γενέσθαι τινὰ ὀδύνην οὐδενὸς τῶν μορίων, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὄγκον

vertebatur. Apparet autem et hic aeger teftimonium praebere iis, quae multoties a nobis funt dicta. Quum enim hypochondria cum fpirabilibus organis conjuncta fint, ob id ipfum fane dolentibus ipfis fubdenfus fpiritus erat. Atque haec quidem difficilis refpirationis genera in fecundo epidemiorum fcripfit. In quarto vero primum meminit uxoris Nicoftrati in Cranone, quae parvum et denfum fpiritum habuit; deinde uxoris Antigenis, anhelae non nuper factae, fed a principio exiftentis, ut et tufliret femper; et de hac fane nulla quaeftio fuerit. Verum de uxore Nicoftrati in Cranone ob id mihi videtur parvum et denfum fpiritum appofuiffe, quod deliraverit. Dictum enim jam faepe eft, quod contrarius, hoc eft rarus et magnus fpiritus, delirii proprius exiftat. Quare quaeftione omnino dignum eft, cur hic quidem non fieret, verum ipfi contrarius, qui dolorum proprius eft, parvus videlicet et denfus. Neque enim in narratione morbi, ullius partis dolorem ullum factum effe

Ed. Chart. VII. [288.] Ed. Baf. III. (197.)

ἐπίσημον οὔτε καθ᾽ ὑποχόνδριον οὔτε κατὰ θώρακα. τί δὴ οὖν ἐστι τὸ γινόμενον; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ διττή τις ἰδέα νοσήματος συστῆναι περὶ τὸ γύναιον ἀπὸ διττῆς ἀρχῆς· ἐν μὲν γὰρ τῷ παραφρονῆσαι καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὸ στόμα καὶ τὴν ῥῖνα παρασπασθῆναι δῆλον ὡς ἐν τῇ κεφαλῇ τις ὑπόθεσις αὐτῇ νοσήματος ὑπῆρχεν· ἐκ δὲ τοῦ τὸν σῖτόν τε ἐγκατακλεισθῆναι μέχρι δεκάτης ἡμέρας καὶ τοῖς οὔροις ὀροβοειδῆ γενέσθαι τὴν ὑπόστασιν, οὐ μικρὰν ἐν ἥπατι νομίζω γενέσθαι φλεγμονὴν, ἐφ᾽ ἧς τὴν ἄνωθεν διάθεσιν νικηθεῖσαν οὐ δυνηθῆναι καθ᾽ ἑαυτὴν τυπῶσαι τὴν ἀναπνοήν. εἴρηται γὰρ οὖν καὶ πρόσθεν ἤδη πολλάκις, ὡς κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν διάθεσιν ἡ τῆς δυσπνοίας ἰδέα σχηματίζεται. δηλοῖ δ᾽ οὐχ ἥκιστα τῆς παραφροσύνης τὸ βραχὺ καὶ ἡ λέξις αὐτὴ τοῦ παλαιοῦ. παραλέγειν γοῦν αὐτὴν εἶπεν· εἴωθεν δὲ τῷ τοιούτῳ ῥήματι χρῆσθαι μικρὰν ἐνδείξασθαι βλάβην βουλόμενος, ὡς καὶ τοῦτ᾽ ἀποδέδεικται πολλάκις. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, ἐπὶ βραχὺ μὲν αὐτῆς παραφρονούσης, ἰσχυρῶς δὲ φλεγμανθείσης κατὰ τὸ ἧπαρ, οὐ

addidit, fed neque tumorem notabilem circa hypochondrium aut thoracem. Quid igitur eft factum? Mihi equidem videtur duplex morbi fpecies huic mulierçulae a duplici principio conftitiffe. In eo enim, quod defipuit et collum et os et nafum convulfa habuit, manifeftum fit, quod in capite caufa aliqua ipfius morbi extiterit; ex eo vero, quod cibus intus conclufus usque ad decimum diem fuerit et in urinis orobea fedimenta, non parvam in hepate factam effe inflammationem exiftimo, per quam fuperna affectio victa non potuerit fecundum feipfam refpirationis fpeciem effingere. Dictum enim eft et jam antea faepe, ex vincente affectione ipfam fpirandi difficultatis fpeciem formari. Indicat autem non minime ipfius delirii parvitatem et ipfa fenis dictio; aliena enim loqui ipfam dixit. Solet autem hujusmodi verbo uti, ubi parvam laefionem vult indicare; quemadmodum et hoc faepe demonftratum eft. Nil igitur mirum, parum quidem illa defipiente, forti vero inflammatione hepar oc-

τὴν τῆς παραφροσύνης, ἀλλὰ τὴν τῆς φλεγμονῆς οἰκείαν ἀπαντῆσαι δύσπνοιαν. οὕτω μὲν δὴ καὶ περὶ τούτων ἔχει.

Κεφ. ιβ'. Τί δ' ὅταν εἴπῃ, πνευματώδη τινὰ γενέσθαι, χρὴ δέχεσθαι; πότερον ὃν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων πνευματίαν ἐκάλεσεν; ἢ τὸν πεπνευματωμένον τὴν γαστέρα; τί δέ ἐστιν ὁ πνευματίας, ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων αὐτὸς ἐξηγήσατο σαφέστατα. προειπὼν γὰρ, ὡς ταχέως πνευματίαι γίνονται, συνάπτων εὐθὺς ἐπιφέρει· ὑπὸ δὲ πολλοῦ καὶ πυκνοῦ πνεύματος. τοῦτο μὲν δὴ καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς ἐξηγησάμην ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ· τὸ δ' ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐπισκεπτέον, αὐτὴν ὑπογράψαντας τὴν ῥῆσιν ἔχουσαν ὧδε· ὁ ἐκ τῶν μετάλλων· ὑποχόνδριον δεξιὸν ἐντεταμένον, σπλὴν μέ[289]γας, κοιλίη ἐντεταμένη, ὑπόσκληρος, πνευματώδης, ἄχροος. ἐγχωρεῖ γὰρ ἑκάτερον, καὶ δύσπνουν αὐτὸν γεγονέναι, διά (τε) τὰς ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις διαθέσεις, καὶ πνευματωθῆναι τὴν γαστέρα.

cupante, non defipientiae, fed inflammationi propriam refpirandi difficultatem eveniffe. Atque ita fane de his habet.

Cap. XII. Quid vero quum *pneumatodem* aliquem factum effe dicit, intelligere oportet? Num eum quem in libro de victu acutorum pneumatiam vocavit? An eum, qui ventrem inflatus eft? At vero quis fit pneumatias, in libro de victu acutorum ipfe manifeftiffime expofuit; quum praedixiffet enim, *cito pneumatiae fiunt;* ftatim fubjungens infert: *A denfo vero ac multo fpiritu.* Atque hoc fane etiam ftatim in principio hujus libri expofui. Caeterum quod in quarto epidemiorum habetur, confiderandum eft, ipfa dictione fubfcripta, quae hoc modo habet: *metallicus; hypochondrium dextrum intentum, fplen magnus, alvus intenta, fubdura, pneumatodes, decolor.* Poffibile eft enim utrumque, et difficulter fpirantem ipfum factum effe ob hypochondriorum affectiones, et ventrem item in-

πολὺ δ᾽ ἔτι μᾶλλον ἀσαφὴς ὁ ἐφεξῆς ἄῤῥωστος, ἔχων ὡδί· ὁ Τιμαίνεω εἶχέ τι πνεύματος, ὡς ὠχρῶδες εἶναι. καὶ γὰρ καὶ τούτῳ πάνυ τις ἦν ἥπατος κακοπραγία, δι᾽ ἣν ἐνεχώρει δυσπνοεῖν αὐτὸν, καὶ πνευματοῦσθαι τὴν γαστέρα· τὸ γὰρ ὠχρῶδες χρῶμα κακοπραγοῦντος ἥπατος γνώρισμα. τὸ δ᾽ ἐφεξῆς λεγόμενον ὡδί· ὁ τῆς λεχοῦς ἀνὴρ, ὁ παρὰ Σιτοδόκῳ, ἰκτεριώδης, πρὸς ὃν ἑβδομαῖον εἰσῆλθον, ὀγδόη ἀπώλετο, οὔτε οὐρέων οὔτε διαχωρέων· ὑποχόνδρια μεγάλα καὶ σκληρὰ, καὶ πνεῦμα πυκνόν· οὐδὲ ζήτημ᾽ ἔχει. σκληρῶν γὰρ οὐ μετρίως καὶ μεγάλων τῶν ὑποχονδρίων γενομένων, εὔλογον πυκνὸν εἶναι αὐτῷ τὸ πνεῦμα. ἀσαφὲς δὲ τελέως ἐστὶ τὸ τούτου συνεχὲς ἐπὶ τῆς λεχοῦς εἰρημένον ὧδε· διαίροντος δὲ τοῦ πυρετοῦ, πνεῦμα οὐκ ἐλύθη. τί γὰρ εἶδος εἶχε δυσπνοίας, οὔτ᾽ αὐτὸς ἐδήλωσε σαφῶς οὔτέ τι σύμπτωμα ἄλλο τοιοῦτον ἔγραψεν, ἐξ οὗ τεκμαίροιτ᾽ ἄν τις τὴν γενομένην αὐτῇ διάθεσιν. καὶ μέντοι καὶ μετὰ ταύτην οὐκ ὀλίγον προελ-

flatum fuiffe. Multo vero obfcurior eft, qui deinceps fequitur aegrotus, fic habens: *Timaenei filius habuit quid fpiritus, ut viridantis palloris effet.* Nam et huic quaedam valde mala hepatis affectio aderat, ob quam et difficulter fpirare ipfum poffibile erat, et ventrem item inflari. Color enim viridantis palloris male affecti hepatis fignum eft. At quod deinceps ab eo dicitur hoc modo: *Maritus puerperae apud Sitodocum ictericus, ad quem feptimo die ingreffus fum, octavo moriebatur, neque mingens neque deiiciens; hypochondria magna et dura et fpiritus denfus;* nihil quaeftione dignum habet. Duris enim non moderate, et magnis hypochondriis factis, cum ratione denfus ipfi fpiritus erat. Verum penitus obfcurum eft, quod deinceps in ipfius puerperae morbo dictum eft, hoc modo: *Definente autem febre, fpiritus non eft folutus.* Quam enim difficilis refpirationis fpeciem habuerit, neque ipfe manifefte indicavit, neque aliud quodquam ejusmodi fymptoma fcripfit, ex quo quis coniiciat de affectione ipfi facta. Atqui et poft

θὼν ἄρχεται διηγεῖσθαι τόνδε τὸν τρόπον· ἡ Τιμαίνεω πνευματώδης. δύναται μὲν γὰρ δύσπνους ἀκούεσθαι, δύναται δὲ καὶ ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγησαμένων οἴονται λέγεσθαι, ἐμπεπνευματωμένη τὰ ὑποχόνδρια· βέλτιον δὲ δοκεῖ μοι, καὶ ἴσως ἀναγκαῖον, τὴν πεπνευματωμένην τὰ ὑποχόνδρια λέγεσθαι μᾶλλόν περ ἢ δύσπνουν. ὀλίγον οὖν ἐν τῇ διηγήσει προελθὼν, καί τινι εὐπνοωτέρη, φησὶν, ὡς ἂν ἤδη προειρηκὼς ὑπὲρ αὐτῆς δύσπνουν εἶναι. ὅτι δὲ πνευματώδεις, οἷς πυκνόν ἐστι τὸ πνεῦμα, προσαγορεύειν εἴωθεν, εἴρηται μὲν κἂν τοῖς πρόσθεν, ἀλλὰ καὶ νῦν δῆλον· ἐπὶ τὸ χεῖρον γὰρ αὖθις ἐτέτραπτο τὰ τῆσδε τῆς ἀνθρώπου συμπτώματα, καὶ κατὰ τὴν ἑξκαιδεκάτην ἡμέραν ἀποθανεῖν αὐτήν φησι, πυκνὸν ἔχουσαν τὸ πνεῦμα. καὶ ὁ μετὰ ταύτην δὲ γεγραμμένος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἀνέπνευσε πυκνὸν ἐπὶ τῇ τῶν ὑποχονδρίων διαθέσει, δῆλον ἡ ῥῆσις αὐτὴ ποιήσει, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσα· ὁ παῖς, ὃς ἦν τῆς γυναικὸς τῆς τοῦ Ἀποιμάντου ἀδελφῆς, ὑπο-

hanc paululum progreſſus, in hunc modum narrare incipit: *Timaeni ſoror pneumatodes.* Poteſt enim difficulter ſpirans intelligi, poteſt etiam quemadmodum interpretum plurimi arbitrantur, inflatis hypochondriis dici. Verum mihi videtur melius eſſe, et fortaſſis neceſſarium, inflatam ad hypochondria dici potius, quam difficulter ſpirantem; paululum itaque in narratione progreſſus, *et quodammodo facilius ſpirans,* inquit, tanquam qui jam praedixiſſet de ipſa, quod difficulter ſpiraſſet. Quod vero pneumatodes appellare ſoleat eos, quibus denſus eſt ſpiritus, dictum quidem in ſuperioribus eſt, ſed et nunc manifeſtum. Rurſus enim in deterius mutata ſunt hujus mulieris ſymptomata, et circa decimum ſextum diem ipſam mortuam eſſe ait, *denſum ſpiritum* habentem. Quin et quod poſt hanc conſcriptus aeger etiam ipſe denſum ſpiritum habuerit ob hypochondriorum affectionem, ipſa dictio manifeſtum facit, hoc modo habens: *Puer qui mulieris erat Apoemanti ſororis, ilia ma-*

χόνδρια μεγάλα, καὶ σπλὴν, πνεῦμα, διαχώρησις πικρόχολος. ὥσπερ γὰρ πνευματώδεις ἐνίοτε καλεῖ τοὺς πυκνὸν ἀναπνέοντας, οὕτω ποτὲ καὶ ἁπλῶς γράφει, πνεῦμα, θαυμαστὸν δ' οὐδὲν εἰ μεγάλων ὄντων ὑποχονδρίων, ἐγίγνετο πυκνὸν τὸ πνεῦμα. καὶ γὰρ αὖ καὶ προελθὼν ἐπ' αὐτοῦ πάλιν ἐρεῖ· τὰ ὑποχόνδρια δὲ ἐντεταμένα ἦν, καὶ δὴ καὶ ἦν τι βηχίον ξηρὸν ἡσυχῆ. καθόλου γὰρ, ὡς ἔφαμεν, ἐπειδὰν ἢ ὄγκος, ἢ ὀδύνη τις ἐν τοῖς καθ' ὑποχόνδρια συσταίη, μικρὸν καὶ πυκνὸν ἐξ ἀνάγκης ἀναπνέουσιν. ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν οὐδ' ἐπειδὰν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα, προειπὼν, ὑποχόνδριον ὑπολάπαρον, προσθῇ, πνευματῶδες δὲ οὐ κάρτα. εἰ γὰρ δὴ (198) τὸ μὲν λαπαρὸν κενὸν, τὸ δὲ ὑπολάπαρον ὑπόκενον, ἐπὶ τοσοῦτον δυσπνοήσουσιν, ἐφ' ὅσον αὐτοῖς ἔχει κακῶς τὰ καθ' ὑποχόνδριον. μετρίως οὖν αὐτῶν πεπονθότων, μετρίως δυσπνοήσουσιν· ὥσπερ πάλιν ἐν τοῖς κατωτέρω τοῦ βιβλίου, ὧδέ πως γράφει· τῇ οἰκέτιδι, ἣν νεώνητον ἐοῦσαν κατεῖδον,

gna, et ſplen, ſpiritus, dejectio amarae bilis. Quemadmodum enim pneumatodes aliquando vocat denſum ſpiritum habentes, ſic quandoque etiam ſimpliciter, *ſpiritus,* ſcribit. Nihil vero mirum eſt, ſi magnis exiſtentibus hypochondriis ſpiritus denſus fiebat. Nam etiam rurſus progreſſus de ipſo denuo inquit: *Hypochondria vero intenta erant, et ſane erat etiam tuſſicula modice ſicca.* In univerſum enim ut diximus, quum aut tumor, aut dolor quispiam in partibus hypochondriorum conſtiterit, parvus et denſus neceſſario fit ſpiritus. Quare neque hoc mirum, quod etiam in his, quae poſt haec ſequuntur, cum antea dixiſſet, *hypochondrium ſubmolle,* apponat, *pneumatodes autem non valde.* Si enim molle vacuum, ſubmolle autem ſubvacuum ſignificat, tantum ſane difficulter ſpirabunt, quantum partes hypochondriorum ipſis male habuerint. Moderate itaque ipſis affectis moderate difficulter ſpirabunt. Quemadmodum rurſus inferius eodem libro, ubi in hunc modum ſcribit: *Servulae, quam recens emptam vidi, duri-*

Ed. Chart. VII. [289. 290.] Ed. Baf. III. (198.)

ᾖ τὸ σκλήρυσμα ἐν τοῖσι δεξιοῖσιν ἐνῆν μέγα, [290] οὐ κάρτα ὀδυνῶδες· εὐλόγως ἐπάγει, καὶ οὐ πάνυ δύσπνοος. εἴπερ γὰρ τὸ σκλήρυσμα μὴ κάρτα ὀδυνῶδες ἦν, οὐδὲ πάνυ δύσπνουν εἶναι τὴν ἄνθρωπον εἰκὸς ἦν. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὴν τελευτὴν ἤδη τοῦ βιβλίου περὶ τοῦ πρεσβυτέρου διηγούμενος, εἶτα προειπὼν, παρηνέχθη κοσμίως, ἐπήνεγκεν, οὐ πάνυ δύσπνοος. ἀεὶ γὰρ κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ἐργαζομένης τὴν δύσπνοιαν αἰτίας καὶ τὸ τῆς δυσπνοίας γίνεται μέγεθος. ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημιῶν γέγραπται, ὁμολογοῦντα τοῖς περὶ δυσπνοίας ὑφ᾽ ἡμῶν ἀποδεδειγμένοις. ἐν δ᾽ αὖ τῷ ε΄ τῶν ἐπιδημιῶν ιδ΄ μὲν ἄῤῥωστος γέγραπται τόνδε τὸν τρόπον· ἐν Λαρίσσῃ Ἱπποσθένης, περιπνευμονίῃ ἐδόκει τοῖς ἰητροῖσι ξυνέχεσθαι· ἦν δὲ οὐδαμῶς· ἀρχὴν δὲ παλαίων, ἔπεσεν ἐν σκληρῷ χωρίῳ ὕπτιος, καὶ ἐπέπεσεν αὐτῷ· καὶ ἐλούσατο ψυχρῷ, καὶ ἔμεινε, καὶ ἔδοξε βαρύτερος γενέσθαι· τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ ἐπύρεσσε, καὶ βὴξ ἔσχε ξηροτέρη, καὶ τὸ

ties in dextris erat magna, haud vehementi cum dolore; bene fubjungit, *neque valde difficulter fpirans.* Si namque durities fine magno dolore fuit, certe neque valde difficulter fpirare ipfam par erat. Sic vero etiam in fine jam libri de feniore narrans, atque praefatus: *defipuit moderate;* fubjunxit, *non valde difficulter fpirabat.* Semper enim pro magnitudine caufae difficilem refpirationem facientis etiam ipfa difficilis refpirationis magnitudo fit. Verum haec quidem in quarto epidemiorum fcripta funt, quae omnia iis quae a nobis de difficili refpiratione demonftrata funt, abunde confentiunt. At in quinto epidemiorum decimusquartus aegrotus hoc modo fcriptus eft: *In Lariffa Hippofthenes peripneumonia correptus effe medicis videbatur; erat autem nequaquam; verum principio luctans, in duro loco cecidit fupinus,* adverfario *ipfi illapfo, et lavatus eft frigida, et coenavit, et gravior factus effe fibi videbatur. Sequenti autem febricitavit, et tuffis prehendit ficcior et fpi-*

πνεῦμα πυκνόν. εἶτα μικρῷ προελθὼν, ὁπότε δὲ βήσσοι, φησὶν, ὠδυνᾶτο τὰ στήθεα καὶ τὰ νῶτα. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, οὕτω διακειμένων τῶν κατὰ θώρακα, πυκνὸν γενέσθαι τὸ πνεῦμα. τὸ δ᾽ ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου προσκείμενον, οὐδὲ ῥέγχος εἶχεν, εἰς ἀπόδειξιν μὲν εἴρηται τοῦ μὴ γενέσθαι περιπνευμονικὸν τὸν ἄνθρωπον, ὁμολογεῖ δὲ καὶ αὐτὸ τοῖς κατ᾽ ἀρχὴν εὐθὺς ἐν τῷδε τῷ λόγῳ πρὸς ἡμῶν εἰρημένοις, ὁπότ᾽ ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἐξηγούμεθα τὴν λέξιν ταύτην· οἱ δ᾽ ἀπὸ τῆς ὀρθοπνοίας τε καὶ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγέντες. ἔννατός τε καὶ τριακοστὸς ἄῤῥωστος ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν γέγραπται, πυκνὸν ἔχων καὶ αὐτὸς τὸ πνεῦμα. παραγράψω δὲ κἀνταῦθα τὴν ῥῆσιν αὐτὴν, ὧδέ πως ἔχουσαν· παιδίον ὑπὸ ὀρέος ἐπλήγη τὴν γαστέρα καὶ τὸ ἧπαρ, ἀπέθανε τεταρταῖον· τὸ πνεῦμα πυκνὸν εἶχε, καὶ οὐ κατενόει, καὶ πυρετὸς εἶχεν. οὐκ ἄδηλον ἐπὶ τούτου, τὸ περιτόναιον καὶ τὸ διάφραγμα συμφλεγμῆναι γαστρὶ καὶ ἥπατι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παραφρονῆσαι τὸ παιδίον. ἀλλ᾽ οὐ κατὰ τὴν παραφροσύνην

ritus denfus. Deinde paululum progreffus: *Quoties vero tuffiebat,* inquit, *dolebat pectus et dorfum.* Nihil itaque mirum eft, fic affectis partibus thoracis, denfum fpiritum factum effe. Quod autem in fine fermonis habetur: *Neque ftertorem habuit,* dictum eft, ut demonftraretur non fuiffe peripneumonicus hic homo. Confentit autem et ipfum iis, quae ftatim a principio hoc in libro a nobis dicta funt, quando hanc dictionem ex libro de victu acutorum expofuimus: *alii vero orthopnoea et ftertore fuffocati.* Nonus deinceps et tricefimus aegrotus in quinto epidemiorum fcriptus eft, itidem et ipfe denfum fpiritum habens; afcribam autem et hic ipfam dictionem hoc modo habentem: *Puer a mulo percuffus ventrem et hepar, mortuus eft quarto die; fpiritum denfum habuit, et non intelligebat, et febris corripuit.* Non obfcurum eft in hoc et peritonaeum et feptum transverfum una cum ventre et hepate inflammata fuiffe, et ob id etiam puerum deliraffe. Verum ex delirio non habebat dif-

ἐδυσπνόησεν, ἡ γὰρ μείζων διάθεσις ἡ καθ᾽ ὑποχόνδριον, καθ᾽ ἑαυτὴν ἐτύπωσε τὴν ἰδέαν τῆς ἀναπνοῆς, ἡ δ᾽ ἥττων ἡττήθη. ἐν δὲ τῷ ε᾽ ταῦτα.

Κεφ. ιγ᾽. Πάλιν δὲ μεταβάντες ἐπὶ τὸ ἕκτον, οὗ καὶ πρόσθεν ἤδη τὴν κοινὴν πρὸς τὸ δεύτερον ἐξηγησάμεθα ῥῆσιν, ἐπὶ τὰς ὑπολοίπους ἔλθωμεν. εἰσὶ δὲ ὀλίγου δεῖν ἅπασαι σαφεῖς ἤδη διὰ τὰ προειρημένα. τὸ γὰρ πνεῦμα μόνον ἁπλῶς οὕτω γράφων ἐν ταῖς τῶν νοσημάτων ἐδείχθη συνδρομαῖς ἀντὶ τῆς δυσπνοίας, ἀφ᾽ ἧς πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα· τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτ᾽ ἐπὶ πλέον πυκνούμενον ἔθος αὐτῷ ἆσθμα καλεῖν. ὥστε κατὰ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν ἐπειδὰν εἴπῃ, πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, τὴν μετὰ πυκνότητος ἀκουσόμεθα δύσπνοιαν. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῆς ἐν Κρανῶνι γυναικὸς, ἐφ᾽ ἧς οὕτω γράφει· σπλὴν φύσει μέγας, πυρετὸς καυσώδης, ἐξέρυθρος, πνεῦμα, τὴν προειρημένην δύσπνοιαν ἀκουστέον, ἐφ᾽ ἧς πυκνοῦται τὸ πνεῦμα, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς Ἀγίσιος κόρης. ὅτι δὲ διαφέρει τὸ πυκνὸν πνεῦμα

ficilis ſpirationis ſpeciem; major enim affectio in hypochondrio per ſe reſpirationis ſpeciem formavit, minor vero penitus eſt victa. Haec vero in quinto libro.

Cap. XIII. Ad ſextum autem iterum tranſgreſſi, cujus etiam jam antea communem ſecundo libro dictionem expoſuimus, reliquas recenſeamus. Sunt autem fere omnes ex jam praedictis manifeſtae. Eum enim, *ſpiritum*, ſolum ſimpliciter ita ſcribere in morborum concurſibus monſtratum eſt, pro difficili reſpiratione, qua denſus ſpiritus redditur; eundem vero amplius denſatum, aſthma ſolet appellare. Quare in ſexto epidemiorum, quum inquit, *ſpiritus intus relinquatur*, reſpirandi difficultatem cum denſitate intelligimus. Similiter autem et in muliere apud Cranonem, in qua ſic ſcribit: *Splen natura magnus, febris ardens, rubicunda, ſpiritus;* praedicta difficilis ſpirationis ſpecies accipienda eſt; in qua ſpiritus denſatur. Quemadmodum etiam in filia Agiſis. Quod vero differat denſus ſpiritus ab aſth-

τοῦ ἄσθματος, ἐδήλωσε σαφῶς. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε· ἡ [291] Ἀγίσιος κόρη μὲν ἐοῦσα πυκνοπνεύματος ἦν· γυνὴ δὲ γενομένη, ἐκ τόκου οὐ πάλαι ἐπίπονος ἐοῦσα, ἐπιπολαίως ἦρεν ἄχθος μέγα καὶ αὐτίκα ψοφῆσαι μὲν ἐδόκει κατὰ τὸ στῆθος· τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ ἄσθμά τε εἶχε καὶ ἤλγεε ἰσχίον τὸ δεξιόν. εἶτ᾽ ἐφεξῆς ἔπτυσεν ἀφρῶδές, φησιν, ἀρχομένη δ᾽ ἦν ἀνθηρά. καὶ δῆλός ἐστιν ἐξ ὅλης τῆς συνδρομῆς, ὡς φύματος ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις παλαιοῦ καὶ δυσπέπτου ῥαγέντος ἔπτυσε ταῦτα καὶ ὡς διὰ ταῦτα τὰ φύματα πυκνοπνεύματος ἦν. ἐν δ᾽ αὖ τοῖς κατωτέρω τοῦ βιβλίου, κατὰ μὲν τὴν κατάστασιν, ἧς ὑπήρξατο τόνδε τὸν τρόπον· βῆχες ἤρξαντο περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινάς· οἷσι δὲ καὶ πνεῦμα ξυνεμετεωρίζετό, φησι, (καὶ ὅτι μετέωρόν ἐστι πνεῦμα τὸ σμικρὸν καὶ πυκνὸν, διήλθομεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν) ἀμέλει καὶ συνάγχας γενέσθαι κατ᾽ ἐκείνην τὴν κατάστασιν ἔφη. μοχθηροὶ γοῦν οἱ τὸ μετέωρον ἀντὶ τοῦ μεγάλου νομίζοντες εἰρῆσθαι, διότι μετεωρίζει τὸν θώρακα, διαῖρον ἐπὶ πλεῖστον·

mate] manifefte indicavit, habet autem ipfa dictio hoc modo: *Filia Agifis virgo exiftens, denfi fpiritus erat; mulier vero facta, a partu recenti aegra magnum onus non alte fuftulit; et ftatim quidem ftrepuiffe circa pectus videbatur; poftridie vero afthma habuit, et dextrum coxendicem doluit.* Deinceps vero: *Spuit fpumofum*, inquit, *per initia autem erat florida.* Equidem ex toto fymptomatum concurfu manifeftum fit, eam tuberculo in fpirabilibus organis inveterato, et coctu difficili rupto, haec expuiffe; et quod ob haec tubercula denfi fpiritus fuerit. At in inferiori libri parte, circa conftitutionem, quam hoc modo incepit: *Tuffes coeperunt circa folftitium hibernum: quibusdam vero et fpiritus fimul fublimis fiebat*, inquit, (fublimem fpiritum parvum effe et denfum, in fuperioribus explicavimus) anginas nempe fub illam conftitutionem factas effe ait. Male itaque fentiunt, qui fublimem pro magno dictum effe putant, quod thoracem fublimem plurimum diducendo attollat. Progreffus autem

ὀλίγον δὲ προελθὼν, πνευματίας ὀνομάζει τινάς· καὶ εἴρηται καὶ περὶ τοῦδε πρόσθεν, ὡς ἤτοι τοὺς ἐμπεπνευματωμένους, ἢ τοὺς ἀσθματώδεις, οὕτως καλεῖ. τὸ δ' ἐν τοῖς ἐφεξῆς λεγόμενον, ἄσημον πνεῦμα, σμικρόν ἐστι καὶ διὰ τοῦτ' ἀφανὲς, οἷον καὶ ταῖς καλουμέναις ἀπνοίαις καὶ ταῖς ὑστερικαῖς πνιξὶ συνεδρεύει. τοιοῦτον δέ τι βούλεται δηλοῦν ἐξ αὐτῆς τῆς λέξεως ἐχούσης ὧδε· καὶ τὰ πνεύματα τοῖσι φθινώδεσι τὰ ἄσημα, κακὰ, καὶ τοῖσιν ἀτόκοισι· καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσεως. αἱ γὰρ δὴ ἄτοκοι γυναῖκες, αὗται δὲ τουπίπαν εἰσὶν αἱ μὴ καθαιρόμεναι καλῶς, ἁλίσκονται μάλιστα ταῖς ἀπνοίαις, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὅσαι χηρεύουσιν ἐπὶ πλεῖστον. ὥσθ' ὅσα μὴ διάσημα σαφῶς πνεύματα, μηδ' ἐστὶν ἡμῖν κατάδηλα, ταῦτ' ἄσημα κέκληκεν. ἐκ τούτων ὁρμώμενος ἄν τις εὑρίσκοι καὶ χωρὶς ἐμοῦ τἄλλα πάντα τὰ περὶ δυσπνοίας εἰρημένα κατά τε τὰ γνήσια καὶ τὰ νόθα τῶν βιβλίων, καίτοι σχεδὸν ἡμεῖς πάντα διήλθομεν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ τὰ γνήσια. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τὰ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱέος αὐτοῦ καὶ

paululum, *pneumatias* nominat quosdam, et dictum etiam de hoc eſt antea, quod aut flatulentos aut aſthmaticos ſic vocat. At vero qui deinceps legitur *Spiritus obſcurus*, parvus eſt et propterea non apparens, qualis et apnoeas et ſuffocationes uteri comitatur; atque hujusmodi quiddam vult etiam ex ipſa dictione indicare, quae ſic habet: *Et ſpiritus tabidis obſcuri, mali, et non parientibus;* et quaecunque alia talia ab eadem conſtitutione. Mulieres etenim non parientes (ſunt autem hae omnino, quae non probe purgantur) apnoeis maxime prehenduntur, quemadmodum ſane etiam, quae diutius ſunt viduae. Quare ſpiritus, qui non manifeſti ſunt, neque nobis patentes, eos obſcuros appellavit. Ex his igitur progreſſus quispiam inveniet et citra meam opem, omnia alia de difficili ſpiratione dicta tum in genuinis tum in ſpuriis Hippocratis libris; quamquam nos ferme omnes genuinos in hoc ſermone recenſuimus. At vero quandoquidem et hi, qui ad Theſſalum filium ipſius referuntur, et qui

τὰ Πολύβου τοῦ γαμβροῦ, τῆς Ἱπποκράτους ἐστὶ τέχνης, οὐ πόῤῥω δ᾽ αὐτῶν οὐδ᾽ ὅσα δοκεῖ μὲν Εὐρυφῶντος εἶναι, φέρεται δ᾽ ἐν τοῖς Ἱπποκράτους, ἐάν μοι σχολὴ γένηταί ποτε πλείων, ἄλλο τέταρτον προσθήσω βιβλίον, ἐξηγούμενον ἃ κατὰ τὰ λοιπὰ τῶν ἐπιγεγραμμένων Ἱπποκράτους εἴρηται περὶ δυσπνοίας. νυνὶ δ᾽ ἑτέρων κατεπειγόντων, οὐκ ἐπ᾽ ἐκεῖνα μεταβήσομαι.

ad Polybum generum, itidem artis Hippocraticae funt; et non procul ab his abfunt ea, quae Euryphontis effe videntur, feruntur autem inter Hippocratica fcripta; fi mihi otium contigerit aliquando majus, alium adhuc quartum adjiciam librum, in quo exponam ea, quae in reliquis Hippocrati infcriptis libris continentur de refpirationis difficultate. Nunc vero aliis rebus urgentibus, ad illa non tranfibo.

LIPSIAE

LITERIS FRIDER. CHR. DÜRRII.

